homo enim no distingueretur essentialiter a lapide inquantū animal si animal nō esset de essentia eius qō tm̄ est licet nō vltimū constitutiuū ei⁹ sic autē arguitur in p̄posito: quodcunqz distinguitur ab alio per se: inquantū tale distinguit̄ per aliquod qō est per se de ratiōe eius inquantū tale filius per se distinguit̄ a nō filio. igit̄ per aliquod qō est de essentia eius sed hoc nō est vis spiratiua cōsequit̄ enim p̄prietatez cōstitutiuā eius g̃ ꝛc. 2° sic formale cōstitutiuū distinguit̄ cōstitutū ab omni alio etiā si per impossibile qō cunqz aliud ab illo circumscribatur. q; per illud distinguitur primo. i. adequate ab omni nō tali: sed quodcunqz nō habēs illaz formā constitutiuā est non tale igitur per illam distinguit̄ ab omni alio nō habente illā. Ista ratio declarat̄ q; licet homo nō tātū per rationale distinguat̄ a lapide: sed etiā per animalitatez. nō etiā p̄mo distinguit̄ per rationalitatē. i. nō adequate: quia tūc quodlibet distinctū a lapide essz rōale: sed adequate in genere corporis p̄mo distinguit̄ a lapide per animatuz tamen circumscribēdo per intellectū ab homine quodcunqz aliud a rōali p illud solū distinnguere⁊ essentialiter a quocunqz nō rationali ⁊ ita lapide qui nō est rōnalis. nō igit̄ tm̄ illud distinguit realiter qō distinguit adequate: sed etiā illud qō solū si poneret esset incompossibile illi a quo distinguit̄. Cōfirmat̄ ista ratio p̄ncipalis sumpta ex ꝓprio cōstitutiuo: q; si p̄ per impossibile nō spiraret sed filius. adhuc tm̄ pater paternitate distingueretur a filio ⁊ spiritussancto sicut paternitate cōstruit̄ in esse personali. Ex secundo medio. s. ex distinctione emanatorū arguit̄ sic: generatio distinguit̄ a spiratione ⁊ hoc per impossibile circumscripto oi alio a rōe generationis ⁊ spiratiōis aut saltez circumscripto hoc: q; spiratio actiua essz a filio: dum tamē staret distinctō p̄ncipiorū generandi ⁊ spirādi: g̃ ⁊ quolibz tali circumscripto: staret distinctio filij ⁊ spiritussancti. ꝓbatio ꝓntie: q; impossibile est vnā personā duabus ꝓductionibus totalib⁹ accipe esse. nulla enim ꝓductione aliquid accipit esse per impossibile circumscripta nō minus acciperet esse: sed si ꝓductiōe hac ⁊ illa acciperet aliquid esse vt vtraqz cōplete: q; vraque esset perfecta: igit̄ vtraqz circumscripta haberet esse per alteram: complete: ⁊ ita neutra ⁊ vtraque acciperet esse. Ad istā rōnem ponunt̄ alique responsiones ad antecedēs: ⁊ q; de hoc tractabit̄ di. ix. modo nō insisto. ꝓclusiones istarū rationū concedo ⁊ magis patebit ꝓposituz declarata illa distinctiōe emanatōnum. Ad auctoritatē boetij cōcedo q; relatio multiplicat trinitatez: ⁊ tamē nō tm̄ distinguit a relatione oppositā: sed a qualibet relatiōe disperata: cui formaliter nō est idē q; sicut in genere qualitatis albedo nō tm̄ distinguit ab altera qualitate cōtraria sz etiā ab oi alia disperata: q; nō est albedo dulcedo fō maliter nec ordo ⁊ si aliqua disperata eēt incompossibilis alteri disperate in eodē suppposito nō tm̄ distinctio suppositorū ita aliqua relatio disperata ab alia relatione disperata distinguitur absqz aliqua alia in compossibilitate. alique autem non tantū habēt distinctionē sed etiam incompossibilitatē siue in compossibilē ratiōnē in eodē suppposito quales sunt relationes disperate accipiendi naturam: quia persona que disperatis modis accipet naturam non vnico modo haberet naturam ad augu. de ciui. dei dico q; quelibet persona hoc est q; habet nisi q; relatiuum habet correlatiuum ⁊ nō est illud. posita autem illa ypotasi spiritussanct⁹ nō hꝫet filiū vt correlatiuum ⁊ spirantem. ⁊ ideo nō sequitur q; spiritussanct⁹ est filiꝰ q; nō haberet filiuz. nec sicut intrinsece: nec sicut correlatiuū originans. excipit autez Augusti. q; illud qō habetur nō est habēs qū hēt̄ vt correlatiuū: nō igitur accipit augusti. nisi qō habet. vl eo modo quo dicitur filius hēre diuinitatem: vel quo modo dicitur habere patrem. vnus modus est hābendo formaliter vel essentialiter. aliꝰ modꝰ est habendo correlatiue vel originaliter.

Ad rationes p̄o prima opinione

ad p̄mam dico q; tam ſm qdditatem q̃z ſz eē manet ibi relatio. quocunqz enim mō manet: ſm qdditatem manet. ſm eiꝰ esse qō est esse ad aliud. quia qdditas relationis nō pōt eē sine esse ad aliud. q; intelligendo relationē sine esse ad aliud nō intelligitur relatio: sed absolutū: q; ſm Augusti. 7°. de trini. c. 8. vel. 6. si est ad aliud nō est substātia: ⁊ si ē substātia sine ad se iā nō est relatio. quocūqz etiā modo trāsit eē trāsit ⁊ qdditas. q; sicut esse ad aliud qō est eē relationis. vere est idē esse eēntie. ita ⁊ quidditas relationis est idē essentie. nihil. n. est ibi quod nō est idez. manet igit̄ ⁊ qdditas ⁊ esse. q; relatio nō est formaliter essentia diuina. q; sicut dicit Aug. 7°. de tri. c. 4. vel. 12. non est verbū quo sapiētia. transit aūt vtrūqz q; cum hoc q; nō est formaliter idem. ē vere idez. sicut sepe dictuz est. Cum igitur dicis: aut distigui tur ſm esse aut ſm quidditatem: dico q; ſm quidditatem ⁊ ſm esse ad aliud. Et cū dicis sic trāsit. g̃ non sic distinguit ꝓsequētia nō valet. q; trāsit ſm idētitatem ⁊ manet ſm formalitatē. ⁊ q; nō oz verā idētitatem esse formalē: q; formalis rō huius transeuntis non est formaliter rō illiꝰ eēntie in quaz transit. ideo huic rōni formali competit quod est huic ꝓprium est autem ei ꝓprium distingui realiter ab omni relatione tam opposita q̃z disperata ei incōpossibili: et ideo cum hoc quod vere trāsit vere manet q̃tuz sufficit ad distinctiōem realē tam ab opposita relatiōe q̃z etiam a relatiōe disperata sibi incōpossibili. Ad secundam cum dicitur de duabus ꝓprietatib⁹ i patre respōsuz est distin. secunda parte secunda tertia q. non. n. oportet tantam esse distinctionez vel incōpossibilitatem. productionum actuarum: quanta ē productionum passiuarū: quia impossibile est idem duabus productionibus oppositis produci ⁊ accipere esse. non autem est incompossibile idem duab⁹ ꝓductiōib⁹ actiuis cōicare esse distinctis personis.

Hec est distinctio vndecima.

In qua mgr̃ postq̃z egit de mō quo spūssc̃us ꝓcedit: agit de p̄incipio a quo ꝓcedit. Et tria circa hoc facit. Ma primo oñdit qd circa hmōi p̄incipiū latini sentiant.. Secūdo subdit in quo greci ab ipsis discrepāt. Tertio subiungit in quo greci. simul ⁊ latini consentiant. Primuz facit a p̄incipio distinc. vsqz ibi. Greci tm̄ dicunt. Secūdū ab inde vsqz ibi Sciēendum tm̄ est. Tertiū vero ab inde vsqz ad finē dist. Et hec est sn̄a mgr̃i in generali. In speciali vero sententia mgr̃i stat in trib⁹ ꝓpositionib⁹. quaꝝ p̄ia est. Veritas approbat euāgelij patrē ⁊ filiū simul p̄oduxisse spiritum sanctū. Que ꝓbat sic. Illud ſm veritatem euangelicam debet teneri: qō ipsa approbat ex auctoritatibus noui testamēti. Sed patrez ⁊ filium simul spiritūsanctuz ꝓducere est hmōi. vel ipm spiritumsc̃um ꝓduci ab vtroqz. quod idē est. igit̄ ꝓpositio vera. Tenet arg^m. ⁊ maior. sed minorē ꝓbat magister i textu. Et p̄mo quo ad hoc q; filius spm̃sc̃m ꝓduxit. vnde dicit scriptura. Misit deus spūm filij i corda vestra. ⁊ itez. Qui aūt spūm xp̄i nō hꝫ: hic nō est eius. Preterea euāgeliū Joānis dicit. Paracletus autem spiritussanctus quem ego mittam vobis a patre. Secundo probat idem quo ad hoc q; etiam spiritussanctus procedit a patre. Unde christus ait i euangelio: Non enim vos estis qui loquimini. sed

Argum̃tatio hereticī.

ſpiritus patris veſtri qui loqnit in vobis. Et alibi dicit. Quē mittet pater in nomie meo. ⁊ iterū. Qui a patre ꝓcedit. Scđa ꝓpoſitio eſt. Greci falſo motiuo inducti: ſpiritūſanctū a filio ꝓcedere negauerunt. Et qō negantes negandi motiuū male intellexerūt. ſed ſpiritūſanctū negare ⁊ procedere a filio eſt hmōi. igiť ꝓpoſitio vera. ſ. ꝙ greci falſo motiuo decepti negauerūt ſpiritūſanctū a filio ꝓcedere. Argumentū eſt apparens. ⁊ maiorē ſuppono veraz ſed minorē ꝓducendo in textu ꝓponit primo errorez grecorū: qui eſt ꝙ ſpirituſſanctus a filio nō ꝓcedit Quod primo ꝓbant per illud euangelij Joh. xv. Qui a patre ꝓcedit. Et idē cātat in miſſa in ſymbolo fidei: vbi agiť de ꝓceſſiōe ſpūſſancti. ⁊ tū nulla fit ibi mētio ō filio: ⁊ ꝙ ibi loqť ō filio: Latini apposuerunt. propter quā quidē opinionez greci dicunt nos anathematizatos. qz Leo papa tertius ſm traditionē conciliorū apud eos celebratorum: anathematizauit oēs aliud dicentes de trinitate q̄ in eorū cōciliis extitit determinatū. qō dicūt atteſtari tabulā argenteaz rome retro altare ſācti Petri ⁊ pauli poſitā. In qua poſt ſymbolū habeť in ea ſcriptū. Qui aliud docuerit vel predicauerit: anathema ſit. Magiſter vero nos ſaluādo dicit. Nos autez dicimus aliud illi cōtrariuz: ſed ſolum ſanctorū doctrinā explicamus. Et iē ꝙ xp̄us dicit in euangelio ſpiritūſanctū a patre ꝓcedere. nō ideo hoc dicit ꝙ non ꝓcedit a filio. ſed moris ſui fuit ad patrē referre quicqd habuit. Et iō qz nō dixit ſpiritūſanctū a ſolo patre procedere: non negat euz etiā a ſe procedere. Ex quibus patet ꝓpoſitionez eſſe verā. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. ex quo greci cōcedūt ſpiritūſanctū eſſe ſpirituz filij nō ſenſu ſed verbis a nobis differūt. Iſtā ꝓpoſitionē expreſſe ponit magiſter i textu Athanaſiū. didimū. Cyrillū ⁊ Joannez chryſ. qui fuerūt doctores eorūz: ſenſiſſe qui omnes aperte dixerunt ſpiritūſanctuz a patre ꝓcedere ⁊ filio vt patet ex eorūz auctoritatibus. igitur ꝓpoſitio vera.

Utrum ſpirituſſanctus prius vel plenius ꝓcedat a patre q̄ a filio.

Di. iz. **Tem queritur cuz** ſpirituſſanctus a patre procedat ⁊ a filio. vtz prius vel magis ꝓceſſerit a p̄re q̄ a filio. qō nititur hereticꝰ oñdere ita dicens. Si ꝓceſſit vtiqz ſpūſſcūs a patre. ꝓceſſit vtiqz aut nato iā filio: aut non nato filio. Si vero iam nato filio proceſſit: ante natꝰ eſt filius quā proceſſerit ſpirituſſanctus. Proceſſit ergo natiuitas filij proceſſionem ſpiritꝰ ſancti. Si autem proceſſit a patre non genito filio: ante proceſſit quā filius genitus fuerit.

Arguñ tatio beretici.

Reſponſio Auguſtini ad id quod primo q̄rebatur. ſ. an prius a patre quā a filio ꝓceſſerit

His ⁊ huiuſmodi queſtionibus magis laboriosis quā fructuoſis reſpōdet Auguſt. in. xv. li. de trini. dicens. In illa ſumma trinitate que deus eſt: interualla temporum nulla ſunt per que poſſet oſtēdi aut saltem requiri: vtrum prius de patre natus ſit filius: ⁊ poſtea de ambob⁹ ꝓceſſerit ſpirituſſanctus. Nunquid ergo poſſumus querere vtz iam proceſſerat de patre ſpirituſſanctus quando natus eſt filius. ante nondum proceſſerat ⁊ illo nato de vtroqz proceſſit. Non poſſunt prorſus ibi iſta queri: vbi nihil ex tēpore inchoatur. vt ex conſequēti perficiatur in tempore. Ideo qui poteſt intelligere ſine tempore generationem filij de patre. intelligat ſine tempore proceſſionez ſpiritusſancti de vtroqz Ecce his verbis abſoluta eſt queſtio illa qua querebatur. vtrum prius proceſſerit ſpirituſſanctus a patre quā a filio.

Hic agitur de eo quod ſecundo querebatur ſcilicet an plenius vl magis proceſſerit a p̄re q̄ a filio.

Nunc tractandum eſt quod ſecundo querebatur. ſ. an plenius vel magis procedat ſpirituſſanctꝰ a patre quā a filio. Ad quod dicimus. qz ſicut non ante procedit a patre quā a filio. ita nō plenius vel magis ꝓcedit a patre quaz a filio. Auguſtinꝰ tamē in xv. li. de trinita. dicit. ꝙ ſpirituſſanctus principaliter procedit. de patre. Non fruſtra inquit in hac trinitate non dicitur verbum dei niſi filius. nec donum dei: niſi ſpirituſſanctꝰ nec de quo genitum eſt verbuz. ⁊ de quo procedit ſpirituſſanctꝰ principaliter niſi deus pater. Ece audiſtis quia ſpirituſſanctus principaliter procedit a patre. Sed ne te hoc turbaret: ipſe continuo ex quo ſenſu dixerit aperit dicens. Ideo addidi principaliter. quia et de filio ſpirituſſanctus procedere reperitur. ſed hoc quoqz illi pater dedit non iam exiſtēti ⁊ nondum habenti. Sed quicquid vnigenito verbo dedit: gignēdo dedit. Sic q̄ eū genuit: vt ēt ō illo donū cōe procederet. ⁊ ſpirituſſanctus ſpiritus eēt amborum. Ece expoſuit i pſemet quomodo ſpiritus principaliter procedat a patre: nō quia prius vel magis ꝓcedat a patre q̄ a filio. ſed quia cum procedat a filio: hoc ipſum habet filius a patre.

Qđ aug dicit ſpiritūſanctū ꝓcedere a patre.

Ex eodem ſenſu etiam dicitur ſpirituſſanctꝰ proprie procedere a patre.

Ex quo ſenſu dixerit principaliť ꝓcedeř a patre.

Ex eodem ſenſu etiam dicitur procedere ꝓprie de patre. Unde Hiero in expoſitione catholice fidei. niceniqz ſymboli ait. Credimus in ſpiritumſanctum. qui de patre procedit proprie. Item ſpiritumſanctū verum deuz inuenimus in ſcriptura: ⁊ de patre eſſe proprie. Et ita de patre filius. ⁊ ſpiritꝰ ſanctus proprie ⁊ vere de patre procedit. Ece aperte dicit ſpiritumſanctuz proprie eſſe de patre: ⁊ proprie procedere a patre. Quod nō

Hiero

est ita itelligẽdũ tãq̃ ꝑus vel pleni⁹ a ꝑre ꝓcedat quã a filio. ſz qz hoc hz ꝑ a ſe nõ ab alio vt de ipſo ſit ⁊ procedat ſpũſſcũs. Filio ãt nõ a ſe ſz a ꝑre hoc hz. vt de ipo ſit ⁊ procedat ſpirituſſanctus.

Ex eodem ſenſu dicitur ſpirituſſanctus eſſe ⁊ mitti a patre per filium.

Forte etiam iuxta hanc in/

telligẽtiã dr̃ ſpũſſcũs mitti pfiliũ. ⁊ a ꝑre eẽ p filiũ. Vñ hylarius ad deũ ꝑez de ſpũſcõ ⁊ fi/
Hilari. lio loq̃ns i. xii. li. de tri. ait. In ſpũſcõ tuo ex te profecto ⁊ p eũ miſio. Itẽ añ tpa vnigẽit⁹ tuus ex te natus manet ita q̃ ex te p eũ ſpũſſcũs tuus ẽ. qõ ⁊ ſi ſẽſu nõ ꝓcipiã. tũ teneo i cõſcia. In ſpũalibus. n rebus tuis hebes ſũ. Itẽ in eodẽ. Cõſua hãc ozo fidei mee religionẽ: vt qõ in regnãtiõis mee ſymbolo ꝓfeſſus ſũ ſẽper obtineã te ꝑez. ſ. ⁊ filiũ tuũ vna tecũ ado rez: ſpm̃ſcm̃ tuũ q ex te per vnigẽitũ tuũ ẽ ꝓ/
me rear. Ecce aperte dicit ſpm̃ſcm̃ a ꝑre p fili uz: ⁊ mitti ⁊ eẽ. qõ nõ é itelligẽdũ q̃ſi a ꝑre p fi liũ mioꝛẽ mittat̃ vel ſit. ſz qz ex ꝑre ⁊ filio ẽ. et mittitur ab vtroque. ſed hocip̃z habz filius a patre. vt ab ipſo ⁊ ſit. ⁊ mittatur ſpirituſſanct⁹.
Hilari. Hoc ꝯ voluit ſignificare Hylari⁹ diſtinctio nẽ faciẽs in locutiõe: vt oſideret i ꝑre eẽ aucto ritatẽ. Inde ẽ ẽt q̃ veritas oſidens patrẽ eſſe auctoꝛẽ ꝓceſſiõis qua ꝓcedit ſpirit⁹ a filio. di xit i euãgelio. De ꝑre ꝓcedit. cũ de patre filio ꝓcedat ſpirituſſanct⁹. Vñ Aug. in. xii.
Qõ cur filius dixit õ ſpũ ſancto a ꝑre ꝓcedere cũ ab vtroque ꝓcedat. li. de tri. querit. ſi de patre ⁊ filio ꝓcedit ſpi/ rituſſanct⁹ cur filius dixit de ꝑre ꝓcedit. Cur putas niſi qz ſolet ad eũ referre. ẽt qõ ipſius ẽ de quo ⁊ ipe ẽ ſicut ait. Mea doctrina nõ eſt mea: ſed eius qui miſit me. Si ꝯ hic intelligit eius doctrina quã tñ nõ dixit ſuã: ſz patris. quantomagis illic itelligendus ẽ ſpirituſſãct⁹ de ipo ꝓcedere vbi ſic ait. de patre ꝓcedit vt nõ diceret de me nõ ꝓcedit. A quo añt hz filius vt ſit deus. ẽ. n. deus de deo. ab illo vtiqz hz vt ẽt de illo ꝓcedat ſpirituſſanctuſ Et iõ ſpirituſſanctus vt etiã de filio ꝓcedat ſicut ꝓcedit õ patre: ab ipo hz ꝑre. Qua pro pter q̃ põt intelligere i eo qõ ait filius. Sicut hz ꝑ vitã in ſemetipo. ſic dedit ⁊ filio vitaz habere in ſemetipo. nõ ſine vita exiſtenti iã fi/ lio vitã patrẽ dediſſe. ſz ita euz ſine tẽpoꝛe ge/ nuiſſe: vt vita quã ꝑ filio gignendo dedit coeterna ſit vite patris qui dedit. Intelligat ẽt ſicut hz pater i ſeipo. vt de illo ꝓcedat ſpi rituſſanctus ſic dediſſe filio: vt ẽt de iſto ꝓ/
cedat idẽ ſpirituſſanctus. ⁊ vtrũqz ſine tem/ poꝛe. Ita ergo dictũ ẽ ſpiritũſanctũ de patre ꝓcedere vt intelligat̃ q̃ ẽt ꝓcedit de filio de patre eẽ ⁊ filio. Si. n quicqd hz de patre habet filiꝰ. de patre hẽt vtiqz vt ⁊ de illo ꝓ/ cedat ſpirituſſanct⁹. ſed nulla ibi tpa coꝯitanẽ que habeãt ꝑus ⁊ poſteri⁹. qz ibi oõ nulla ſt

Irca diſtinctionem

i2. Quero vtz ꝑ ⁊ filiꝰ ſpirẽt ſpũm ſcũm inq̃ſtũ olo vnũ. vel iq̃ſtũ aliquo⁹ diſtincti Qõ inq̃ſtũ diſtincti. Aug. 6 de tri. c. 5°. vel. i6. ſpũſſcũs ẽ cõis vnio ꝑis ⁊ filij. ex hꝫ accipitur cõiter q̃ ẽ nexꝰ amboꝝ: nexꝰ ãt nõ ẽ aliquoꝝ: niſi iq̃ſ/ tuz ſũt diſtincti. ẽ ãt nexꝰ eoꝝ inq̃ſtũ ꝓcedit ab eis iq̃ſtũ ſũt diſtincti. Itẽ actio ẽ ſuppoſiti: igit̃ duoꝝ ſuppoſito ruz nõ ẽ vna actio: ſpũſſcũs ãt ꝓducit̃ actiõe ꝑis ⁊ fi/ lij vt agẽtiũ: igit̃ inq̃ſtũ diſtincti. Itẽ ſi ꝓducũt iq̃ſtũ oio vnũ: aut inquãtũ vnũ i eẽntia: aut iquãtũ vnũ i p/ ſona. aut inquãtũ vnũ in vi iſpiratiua: nõ inquãtum vnũ in eẽntia. qz tũc. ſ. ſ. ꝓduceret ſe. qz ẽ vnũ in eẽn⁴ cũ ꝑe ⁊ filio. nec ſo⁹ inquãtũ vnũ in ꝓſõa: qz ſic nõ ſũt vnũ. nec ʒ⁰⁰. inquãtũ ſũt vnũ in vi iſpiratiua: qz tunc ſeq̃r q̃ ꝑ eẽt duo ꝓnci⁴ reſpectu filij ⁊. ſ. ſ. pp duas vi res ꝓductiuas i ipo reſpectu eoꝝ. Cõtra. 5. de tri. c. i7. vel. 34. ꝑ ⁊ filiꝰ ſũt vnũ ꝓnciᵐ ad. ſ. ſ. ſic ꝑ. ſ. et ſ. ſ. ſũt vnũ ꝓncipiũ ad creaturã. creatura añt eſt a tri/ bus inquãtum vnũ nõ inquãtũ diſtincti. ꝙ ⁊ c.

Inſta qõne planũ ẽ q̃ ꝑ ⁊ filiꝰ ſũt vnũ ꝓnciᵐ ſ. ſ. hꝫ ꝺclaratũ ẽ in ꝓcilio gnãli lugduñ. ſub Grego. io. xp̃ianiſſimo. ſicut pz̃ eẽ de ſum. tri. et fi. catho. ⁊ ẽ hodie in. vi. lib. decretaliũ. Rõ ãt hꝰ vitaꝫ ẽ iſta. qz vt dcñ ẽ diſt. 2ª. ꝑ ꝓ⁹ origine hz actuz fecũditaꝫ inteꝰ q̃z volũtaꝫ. in illo ꝓri cõicaꝫ filio fe/ cũditas eadẽ q̃ ẽ in ꝑre: qz in illo ſigno oꝛigis in q° fi/ liꝰ. ꝓducit̃ p fecũditatẽ inteꝰ cõicaꝫ ſibi a ꝑre q̃cqd ei nõ repugnat. ⁊ ita fecũditas volũtaꝫ: igit̃ in alio ſigº oꝛigis q̃ ꝓducit̃ ꝓſõa p actũ fecũditaꝫ ſcõe. ſ. volũta tis ꝓducitur a ꝑre ⁊ filio oio vt ab vno ꝓncipio ꝓ/ pter vnam fecunditatem ꝓncipij ꝓductiui in eis.

Sz ẽ difficultas alia. cũ. n. volũtas iſta ſit vna i duo bꝰ ſuppoſitis. q̃ ſuppoſita ꝓcoꝛdit volũt iſta volũtate ⁊ ꝓcoꝛdia ꝓnotet aliquã diſtinctio. ſuppoſitoꝝ cõcoꝛ dãtiũ vtz ꝑ ⁊ filiꝰ ꝑ ſe magis ſpirẽt hac volũtate iq̃ſ tũ vna vel inq̃ſtũ ꝓcoꝛs. Hic dr̃ ſic q̃ ſuppoſita ꝓduc/ cẽtia ſũt diſtincta ⁊ ꝓp illã diſtinctio. nullo⁹ ꝓcederẽt ſpirare inquãtũ ꝑles. hũt. n. vnã viz ſpiratiuã. Sed vlteriꝰ illa vna vis ſpiratiua nõ oio ſb rõne vnitaꝫ ſue ẽ pri⁴ ꝑn⁴ fecũdũ ad ſpirãdũ: ſz ſub rõe ꝓcoꝛdis volũtaꝫ vbi ꝓnotat̃ aliq̃ diſtictio. ⁊ ꝓp iſtã di. ꝓnota/ tã ex parte ꝓncipij quo põt ꝓcedi q̃ ſpirãt inquantuz ſunt diſtincti. Iſta opi. cõfirmat̃ per Ricar. 3. de tri. q̃ñ intellectꝰ perfectã fecunditatẽ hẽ põt ad ꝓ/ ductionẽ verbi vt exiſtit in vna ſola perſona. volun tas añt ad ꝓductionẽ ſpirituſſancti perfectã fecũ/ ditatez habere nõ põt niſi ſit in gemina perſona: ⁊ hꝫ qz fecunditas intellectus cõſiſtit in plenitudine pfe/ cte ſapientie que põt eẽ in vnico dicente ricar. de tri ni. li. 3. c. i6 nihil diffinit̃ ꝓtrariũ nẽ ſi plenitudo ſapi entie dicat̃ poſſe ꝓſiſtere in ſingularitate ꝓſone. naz quantũ vr̃ etiã ſi vna ſola ꝓſona in deitate eſſet: nihi lomin⁹ plenitudinẽ ſapientie habere poſſet. fecun/ ditas añt volũtatis ꝓſiſtit in plenitudine veri amo ris: qui nõ põt eſſe niſi in duobus ad minus: dicen/ te eodẽ ricar. c. 3. nõ põt amoꝛ eẽ iocũdus ſi non ſit ⁊ mutuus quare cũ in amoꝛe eẽntiali fecũditas volũ/ tatis nõ poſſit eẽ niſi ſũme pfectus ⁊ iocũd⁹ ſit amoꝛ oz q̃ volũtas ſi ſit fecũda q̃ ſit amoꝛ mutuus. vt ſit ꝑm eũ ibidẽ qui amoꝛẽ impẽdat ⁊ ſit q amoꝛẽ repen dat. Quia vt dicit. c. 7. ſũme diligẽti nõ ſufficit ſi ſũ me dilect⁹ ſũmaz dilectionẽ nõ repẽdit: ⁊ ꝑm hoc vt ſupꝛa dictũ ẽ ad hoc q̃ cõmunis volũtas patris ⁊ fi lij ſit fecũda ad ſpirãdũ ſpiritũſanctũ nõ ſufficit q̃ ſit vna volũtas cõmunis amboꝝ ⁊ amoꝛ eẽntialis in ipa cõis q̃ ambo ſimul amãt ⁊ volũt: ſz oz q̃ ſit volũ tas cõcoꝛs ⁊ mutua duoꝝ qua vnꝰ ſũmuz amoꝛẽ al teri impendat ⁊ ille viceuerſa eundẽ repẽdat. quo

exiſtẽte.ſecũda ẽ volũtas vt ex ipſa neceſſe ſit ema-
na re amorẽ qui ẽ ſpiritus ſanctus dicẽte ricar. vbi
ꝑus.c.xj.q in amore mutuo multũq; feruẽte nihil ꝑ
clari⁹ q; ab eo quẽ ſume diligis ⁊ a q⁹ ſume diligeris
aliũ eq̃ diligi velis. In illꝰ itaq; vt dicit ſic mutuo di
lecq; vtriuſq; pfectio vt ꝓſumata ſit exhibite dilecti
onis ꝓportẽ eq̃ rõe reqrit ⁊ h̃ ꝑ vim ſpiratiuã q̃ ẽ ꝓpor
volũtas i mutuo amore ꝓducẽdo. ſ.ſ. nõ ſolũ vt ſint
vnũ i volũtate illa ſiue amore: ſz vt ſũt plures inẽ ſe
diſtincti q̃ diſtinctio ꝓnotat ꝑ h̃ q volũtas dr̃ eẽ ꝓcors ⁊
amor mutu⁹ q nõ põt eẽ niſi ſit pluriũ ꝟz q plures ſũt
inſepabiles. nã hec ꝓpoſitio cũ aſſociatõez ipoꝛtat q̃
nõ ẽ niſi pluriũ diſtinctoꝝ ⁊ pp h̃ bñ dr̃ q pr̃ fili⁹ ⁊ ſ.ſ. ſũt
tres coetni: cũ tñ iſta negẽt pr̃ fili⁹. ſ.ſ. ſit tres etni: ꝑ h̃
ẽtq volũtas ꝓcors ẽ amor mutu⁹ duoꝝ ſz ſit vnus ⁊
idẽ: tñ nõ ẽ eadẽ rõ ei⁹ vt ẽ a pr̃e i filiũ ipenſus ⁊ eꝓuer
ſo vt ẽ a filio ad pr̃em repẽſus qñ ꝟz ricar. li. z. c. 2. qñ
duo mutuo ſe diligũt ⁊ ſũmi deſiderij affect⁹ iuicẽ re
pendũt ⁊ iſti⁹ in illũ: ⁊ illi⁹ i iſtũ affect⁹ diſcurrerit ⁊ q̃
ſi in diuerſa tẽdit ⁊ ꝑ h̃ q̃ q̃ſi in diuerſa tẽdit qdam⁰⁰
rõe diuerſus ẽ: ſz iſta diuerſitas ẽ in amore vel volũ
tate eẽntiali q̃ nõ obſtãte fecũditas ẽ penit⁹ vna ⁊ ea
dẽ in volũtate illa ꝓcordi ⁊ amore mutuo in q̃ fecũdi
tate pr̃ ⁊ fili⁹ ſũt penit⁹ vnũ: ⁊ vniformit ſpirãt. ſ.ſ. q a
duob⁹ ꝓcordit diligit: vt duoꝝ effect⁹ tertij amoris
icẽdio in vnũ cõferat. vt dicit ibidẽ ricar. ⁊ ꝟz h̃ ſpi
ratiõe. ſ.ſ. dupliẽ ꝓſiderãda pr̃is ⁊ filij diſtinctio vno
mõ vt exꝑmunt ſicut eliciẽtes actũ alio⁰ vt itelligũt
eẽ ꝓcordes i amore mutuo ⁊ i volũtate circa rõez eli
ciẽdi actũ: ⁊ ex diſtinctiõe ei⁹ ꝑmo mõ: ꝓſiderate nul
lo mõ dicẽdi ſũt ſpirare vt plures. ſz. n. ſint plures q
ſpirãt nõ tñ ꝓpꝓlalitatẽ q̃ ꝓncipalit ẽ in illis ſpirãt: ſz
ſolũ ex diſtinctiõe eoꝝ. 2⁰. mõ ꝓſiderata ⁊ ſic pr̃ ⁊ fili⁹
nõ ſpirãt. ſ.ſ. inquantũ ſũt plures in eliciẽdo actionẽ
ſz ꝓcurrãt i vnã rõez ꝟz quã elicit actõ ſz vt ſũt plures
i vna volũtate q̃ ẽ rõ eliciẽdi actũ ꝓcordãdo ⁊ amorẽ
ſuũ in illa mutatiõe mutuãdo.

Contra iſtã opi. arguit ſic: ſi pr̃ ⁊ fili⁹ ꝓducãt
ſ.ſ. volũtate inq̃ſtũ ꝓcordit amãtes
ſe ea: igit ẽ ali⁹ ſpirit⁹. ſ. ꝑus ꝓduct⁹: ꝓns ẽ iconueniẽs
ꝓbatio ꝓntie: ꝑmo qꝛ i quocunq; ſigno nãe vel origi
nis ẽ ꝓncipiuz ꝓductiuz pfectũ i ſe ⁊ in ſuppoſito cõ
ueniẽte actiõi i illo ſigno ꝑt eẽ tali ſuppoſito rõ ꝓducẽ
di: ſe volũtas ifinita vt volũtas ifinita intellecta añ
oẽ velle h̃ns ifinitũ obm ſibi pr̃ns ⁊ ſufficiẽs ꝓnci⁹ ꝓ
ductiuũ ſpirati amoris ifiniti: ⁊ pr̃ ⁊ ſ.ſ. ſũt ꝓſõe ꝙuẽien
tes actiõi vel ꝓductiõi. g̃ volũtas vt in pr̃e ⁊ ſ.ſ. nõ in
tellecta vt q̃ formaliꝛ volũt: ſz vt volũtas ifinita h̃ns
eẽntiã diuinã pñtẽ ſibi ꝑ actũ intelligẽtie. ẽ pr̃i ⁊ ſ.ſ. ꝓn
ci⁹ ꝓductiuũ. ſ.ſ. ⁊ ita ſi. ſ.ſ. ꝓducat ꝑ volũtatẽ inq̃ſ⁹
volẽs ſiue inq̃ſtũ ea pr̃ ⁊ ſ. diligũt ſe actu ſeq̃ret q añ
ſ.ſ. ꝓductũ volũtate volẽte erit. ſ.ſ. ꝓductus volũta
te vt ẽ act⁹ ꝑmus qđ ẽ inconueniẽs. Iſta rõ de volũ
tate q̃ ſit ꝓn⁹ ſpirãdi vt volũtas ẽ. nõ ãt vt ẽ actu vo
lẽs ꝓfirmat duplr: ꝑ⁰ ꝑ formalẽ rõnẽ volũtat⁹ in ꝓn
cipiãdo q̃ ẽ libtas q̃ nõ ita ꝙuenit ipſi velle. 2⁰ ꝑ ſile ð
intellectu. De ꝑ⁰ arguit ſic: volũtas vt in nob eſt
actus ꝑmus libã ẽ ad h̃ndũ actũ volẽdi. ñ ãt ipe act⁹
volẽdi lib ẽ ſiue ꝓn⁹ libex ꝓducẽdi aliqd libe q: ac-
tus volẽdi ẽ q̃dã q̃litas nãl: ⁊ ſi ẽ ꝓn⁹ h̃ituſ vr̃ eẽ ꝓn⁹
nãle eius nõ libuz ſic ẽ ſi ex tali h̃itu gnãret h̃itus appe
titiuus nãliꝛ gnãret: ita q nõ ẽ in ptãte act⁹ gnãtio ta
lis h̃itus vt vr̃. g̃ magis vr̃ q ſaluat. ſ.ſ. ꝓduci libe ſi
ꝓducat volũtate vt ẽ actus ꝑmus q̃ſ ſi ꝓducat volũ
tate vt actu volẽs. vt. ſ. intellr ſ̃ actu 2⁰. Ex ſo ar
gu⁹ ſic: filius ñ ꝓducit intellũ pñno: vt actu intelligẽs
ẽ. ita q actual intellectio ſit formaliꝛ q̃ pr̃ gnãt filiũ:
ſic oñſũ ẽ ſ. di. 2. g̃ a ſili volũtas vt actu volẽs nõ erit
ꝓn⁹ ꝓducẽ di. ſ.ſ. ſz volũtas vt actus ꝑmus. 2⁰ ꝓbo
q̃ntiã ꝓncipalẽ ſic. accipiẽdo eandẽ maiorẽ ſic ꝑus. ſ.-

in q⁹ cũq; ſiq̃ nãe vel origls. ⁊ c̃. addẽdo hãc minorẽ
q̃ diuina volũtas h̃ns obm ꝑ⁹ ſibi pñs ẽ rõ ꝓducen
di amorẽ adeq̃tũ illi pfecti⁹ q̃ h̃ns obm ſcõariũ ſibi
pñs: vel ſaltẽ nõ min⁹ pfecte. g̃ cũ eẽn⁹ diuina ſit ꝑmũ
obm volũtat⁹ diuine. nõ pr̃ vt pr̃. nec filius vt. ſ. ga
tũc pr̃ eẽt formaliꝛ btũs in plibus obiſ diſtict⁹. g̃ volũ
tas h̃ns eẽntiã diuinã pñtẽ ſibi ſiue vt amabilẽ ſiue
vt amatam non curo in iſta ꝓductione ſecũda ma
gis eſt ꝓncipium ꝓducendi amorem adequatũ
illi q̃ vt habet patrem vt pater: vel filium vt filiuſ
ꝑ obiecto vel ſaltẽ nõ min⁹: ⁊ ita cũ volũtas ꝑus hẽ-
at eẽntiã ꝑ obo q̃ pr̃ez vt pr̃ẽ ꝑus ſpirabit. ſ.ſ. volũta
te vt ẽ eẽntie diuine tãq; ꝑmi obi q̃ volũtate vt ẽ pa
tris ⁊ filij tãq; obi ſcõi. Cõfirmat iſta rõ qꝛ eẽn⁹ di
uina ẽ formaliꝛ infinita pñitas vt pñitas ñ ẽ forma
liter infinita: g̃. ſ.ſ. q ẽ amor infinitus ⁊ h̃ non tñ rõne
volũtat⁹ infinite ſed etiã rõne obi infiniti vt dcñ eſt
di. 10. magis ſpirabit volũtate vt ẽ eẽntie diuine. q̃
ẽ obm infinitũ. q̃ſ vt ẽ pr̃is vt pr̃is vel filij vt filij vt
obi. Si dicat eẽntiã nõ eẽ ꝑmũ obm volũtat⁹ diuine
ſz rõnẽ formalẽ in ꝑ⁰ obo qđ ẽ ꝓſona. Hoc ſlm eſt:
tũ qꝛ vnũ ẽ ꝑmũ obm volũtat⁹: tũ qꝛ rõ formalis obi
amati ꝑus amat ⁊ ꝓcedit vel ꝓcludit ꝓpo⁰⁰: qꝛ tẽ ſic
erit rõ formalis ſpirãdi eo mõ q⁰ ꝑ⁰⁰ obm ꝓcurrit ad
ſpirare. Ex iſtis duab⁹ ꝓbõnib⁹ ꝓcludit q ꝑ ñ ſpi-
rat. ſ.ſ. inq̃ſtũ diligit filiũ. ꝑ⁰ nec fili⁹ inq̃ſtum diligit
pr̃em: ſed. p. ⁊. f. inq̃ſtũ h̃nt eẽntiã diuinã pñtẽ vt obz
ꝑ⁰⁰ volũtat⁹ ſue: ⁊ h̃ ꝑ ꝟz ꝓbõnẽ ꝓñie principalis. filr
ſpirãt inq̃ſtũ h̃nt eẽntiã pñtẽ ⁊ nõ inq̃ſtũ amatã actu.
ſ. inq̃ſtũ amabilẽ pñtatã actu intelligẽtie eoꝝ ꝑ ꝑmã
ꝓbõnẽ ꝓñie. Et ſi obijcias ꝑ ꝑmã ꝓbõnẽ ꝓñie nõne
ꝑus pr̃ ⁊ fili⁹ ſũt amãtes eẽntiã in ſe q̃ſ ſpirãt ſpñſcñ
Rñperi põt ſicut ꝑus dcñ ẽ di. 6. ð ꝓductiõe filij q⁰⁰
pr̃ aliq⁰⁰ ꝑus origine intelligit q̃ſ filius ſit generatus
⁊ tñ nõ ſic q intellectio actual pr̃is ſit rõ gignẽdi filiũ.
ſz memoria in pr̃e: ita ꝑt dici de dilectiõe q̃ pr̃ ⁊ filius
diligũt ſe ꝓformit ⁊ formaliꝛ ⁊ de actu ſpirandi. 2⁰
ſic. ꝑn⁹ eq̃ pfectũ in vno ſuppo⁹ ſic̃ i duob⁹: eq̃ ẽ ꝑn⁹
agẽdi in vno ſic̃ in duob⁹. qꝛ ad actionẽ nõ vr̃ req̃ri
niſi ꝑn⁹ pfe⁹ quo ⁊ qđ ſuppo⁹ agẽs pfe⁹: ſz volun-
tas eq̃ pfecta ẽ in vno ſuppoſito ſic̃ in duob⁹ ⁊ vnum
ſuppo⁹ eq̃ pfe⁹ ẽ pfectiõe req̃ſita ad ſuppo⁹ agẽs ſi
cut duo. g̃ volũtas eq̃ põt ꝓncipiũ ꝓducẽdi eẽ i vno
ſic̃ in duob⁹: ita q illa mutuatio ñ ſit aliq̃ rõ ꝓducẽdi
ex ꝑte ꝓncipij ꝓductiui. prima ꝑs minoris ꝓbat: qꝛ
ꝓncipiũ quo nõ accipit pfectionẽ ſibi ꝓpetẽtez a ſup-
poſito ſz dat ſuppoſito: qꝛ eo ſuppoſitũ ẽ pfectũ vt poſ
ſit agere: g̃ nõ eſt tale ꝓncipiuz pfecti⁹ in plibus q̃ſ in
vno q̃ ẽ idẽ ꝓncipiũ in plurib⁹ ⁊ in vno. Et ſi di-
cas q illud ꝓncipiũ nõ ẽ in vno vt ꝓncipiũ ꝓductiũ
eſt: ſed tñ ſic ẽ in duob⁹. ⁊ tñ derelinquit in patre ge
nito filio. Hoc vr̃ abſurdũ qꝛ omnẽ realitatẽ tã ab
ſolutã q̃ſ relatiuã ꝑmo ſigno originis nullã g̃ hz filio
genito quã nõ pr̃e intelligat habere ꝑus originẽ q̃ſ fi
lijs generet: quare ⁊ illã fecũditatẽ ſiue illa fecũdi-
tas ponat relatio ſiue aliqđ abſolutũ. Itẽ ſi in patre
ẽ pfecta volũtas p: q in eo ẽ ꝑius origine q̃ſ in filio
nõ tñ eſt ꝓncipiũ ſpirãdi pfectũ p te: quero quid intel
ligit addi huic ꝓncipio vt ſit ꝓncipiũ ſpirãdi pfectũ
nõ aliud ſuppoſitũ qꝛ illđ nihil addit ꝓncipio quo: ſz
tñ illo hz q poſſit agere. ſi dilectio mutua p te hui⁹
in illũ ⁊ ecõuerſo: g̃ relatio duplex rõnis erit vltima
ta actualitas ꝓncipij ſpirandi qđ ẽ impoſſibile ꝓpt
duo. ꝑmo qꝛ nulla relatio rõnis ꝑexigit ꝓductiõi di
uine: vt ꝓbabit di. 8. ꝓtra opi. ponentẽ intellectũ ⁊
volũtatẽ in deo diſtingui tñ rõe. 2⁰ qꝛ tũc eẽnt duo
ꝓncipia formalia prima ſpirãdi. ⁊ ita duo ſuppoſita
nõ ſpirarẽt ꝑciſe ineuantũ vnũ qđ eſt cõtra Augu. 5.
de tri. c. 17. ſicut allegatũ ẽ in opponẽndo Itẽ ſi habe
rẽt duas volũtates poſſent cõcordes eẽ in tali mu-

tuitate & inquantū cōcordes spirare nō est vt vnū pn cipiū spirādi qz nec vt vnū suppositū nec vt vnuz q° inquantū cōcordes. Jtē aut pr̄ volūtate ꝛ volitiōe vt in ipo cū ista relatiōe ad filiū dilectū ē totale pnci piū spirādi, ant nō, si sic sequit̄ q filius nō spiret. qz ñ hz idē quo inquātū hz relatiōez e conuerso, nō, n. spirat inquantū diligēs quo diligere circūscripto nihil mi nus spirare. s. s. sed circūscripta relatione e conuerso. s. relatio ad pr̄ez dilectū nihil minus spirare. a pr̄e. s. s. vt totali pncipio p suū velle vt tēdit in filiū. Si vet̄ in pma diuisiōe q nō sequit̄ q vterqz inquantū amās alterꝝ ē diminutū pncipiū ꝛ ambo sil̄ sūt vnū pncipiū q̄si p aggregatiōez vt duo trahētes naui non aūt vnū pncipiū p identitatē pncipij pfecti. hēt ipro bat̄ p aug. 4. de tri. c. 18. vel. ℔ 4. pr̄ est pncipiū toti us deitat̄. ꝛ p ipm in auctoritate ꝓallegata. ℔. de tri c. 17. vel. 34. pz q sūt vnū pncipiū. s. s. oio vnū ꝛ vni formiter sicut tres pſone sunt vnū principiū creatu re. nō āt oio vniformit̄ spirarēt si fili⁹ stati in suo signo originis hīet fecunditatē spirādi ꝛ pr̄ nō hīet in pri mo signo suo oio oēm fecunditatē sed hīet solū in se cundo signo filio genito. Et si inst̄ de potētia cre andi q illa nō sit in patre ante ꝓductionez filij ꝛ. s. s. patebit resp̄sio partim hic exponēdo intentionē ri car. ꝛ amplius i qōe de ordine ꝓductionū intrinseca rū ad extrinsecas i scō di. pma. q. pma. Preterea ꝫ illas rōnes quas inuit ricar. ꝓ se. s. q amor mutu us sit iucūdissimus. ex hoc sequit̄ q pr̄ eēt formalit̄ tali amore beat⁹. qz amor quo est beat⁹ ē iucundissi mus. ꝛ tūc pr̄ nō eēt formalit̄ beat⁹ in se sed in filio obiective qō ē hereticū. Jtē scō ꝫ illā rōnē arguo sic. i nobis amor mutuus ē iucūdior. qz p talē mutui tatē hī in dilecto amplior ratio diligibilitatis. qui cunqz. n. dilect⁹ potēs diligere si rediligat amabili ior ē. qz nō tm̄ bonitas quecunqz sit in eo ē rō diligi bilitatis sed redamatio ē aliq rō diligibilitatis. ꝛ ꝓ pter hoc ipe habēs illā bonitatē q̄ est pma rō diligi bilitatis. ꝛ simlit̄ redamationē ē amabilior. igit̄ op positū erit in diuinis vbi ista rō maioris amabilita tis nullo mō poterit inueniri nec poni nō. n. fili⁹ est amabilior patre qz redamās patrē q̄ꝫ pp eēntiā diui nā ppter q̄ꝫ pmo amat̄ nec ista redamatio est alia rō amabilitatis in filio. Preterea amor mutuus in nobis nō est iucundior nisi sciat̄ sicut nō amat̄ boni tas: nisi cognita sic nec amatur redamans inquan tum redamans nisi cognoscatur eius redamatio: sed si hoc modo deberet poni in diuinis amor mu tuus iucundior. ꝛ ppter hoc tali amore spirari. s. s. tūc pr̄ ꝛ fili⁹ nō tm̄ inquātuz redamantes sed inquā tuz amantes se ꝛ scientes se redamari spirarēt. s. s. ita q cognitio redamatiōis videt̄ tūc eē formalius ꝛ imediati⁹ pncipiū spirādi. s. s. q̄ꝫ amor ꝛ ita forma lius ꝛ imediatius erit. s. s. ꝓductus p intellectū q̄ꝫ p volūtatē. Preterea cōtra opinatē qz tenet q. s. s. pos set distingui a filio ꝛ si nō ꝓcederet ab eo ppter eius distinctum modum procedendi a patre. si autem fecunditas volūtatis ad spirādū spiritū sanctū nō ē nisi vt formalit̄ volūtas ē in duobus nō posset spiri tui sancto competere suus modus ꝓcedendi alius a modo ꝓcedendi filij nisi esset a filio ergo videt̄ sibi ipsii cōtradicere.

Quantum ad istum articulum cedo q pr̄ ꝛ filius spirāt. s. s. volūtate inq̄ꝫtum oīno vna. qz ad rō nez pncipij ꝑcise vt pncipiū nō regrit̄ nisi perfectio eius in se. ꝛ q hēat̄ in pſona añq̄ꝫ intelligat̄ hīe termi num adequatū: volūtas aūt omnino vna ē in pr̄e et filio ꝛ añ ordinē originis intelligit̄ in eis q̄ꝫ intelliga tur hīe terminū adequatū: qz ambo sūt spirativi: ꝛ iō volūtas vt in eis ē idē pncipiū ꝓductiuū r̄spectu. s. s.

Sz pp vba Ric. intelligēda distinguo. q mlt̄ipl̄r ꝑt intelligi volūtas cōcors aut cōcordās in aliquo actu secūdo elicito. puta amādo idē obm. ꝛ tñe vel eēntiā vel. s. s. vel amādo se ꝛ redamādo. puta q pr̄ diligat eq̄ filiū ꝛ ecōuerso. vel pōt intelligi cōcors quasi hītu aliter inq̄ꝫtū actus ꝑmus natus ē hīe quasi actum se cūduz: duob⁹ ꝑmis modis nō vr̄ q pr̄ ꝛ filius spirēt spiñ volūtate cōcordi: vt ꝓbatum ē in prima rōne p duas ꝓbōnes: nec. n. dilectiōe eēntie vt ꝓbatuz est in prima ꝓbōne: nec suiimicē vt tactū ē in secūda p batione formalit̄ spirāt. ℊoz q intelligat̄ tertio modo volūtate cōcordi. i. volūtate inq̄ꝫtū est actus primus in quo nati sunt cōcordare in actu secō ꝓcorditer pro ducēdo amorē. tali inquaz volūtate spirāt: ꝛ magis vna q̄ꝫ cōcordi: qz vt intelligit̄ actus ꝑmus intelligi tur vna volūtas in eis. ꝛ nō habere cōcordiam nisi isto modo loquendo. quia iste ꝓsone intelligūtur pos se cōcordari in actu quasi secūdo. cōcorditer spirādo

Saluādo tm̄ aliqualiter verba Ric. dico q q̄ñ in aliquo eodē sunt duo principia ordinate actiua: illō nō est in potētia proxima ad agēdū principio secūdo nisi ꝑintelligatur in actu ꝑmi principij: ex⁹ de intel lectu ꝛ voluntate in aīa. igit̄ pr̄ nō est omnino fecun dus potētia propinq̄ ad spirādum qō est actus volū tatis ꝛ principij quo. nisi intelligat̄ in actu pncipij ꝓ oris quod ē inte⁹: ꝛ per ꝓñs volūtas nō ē principium proximū nisi vt ē in duobus. Hoc sequtur. qz p illam productionē priorē sine qua nō est ista potētia propin qua. volūtas est in duobus. qz per actuz prime fecū ditatis cōicatur ꝓsone producte secūda fecūditas. s. s. fecūditas volūtatis respectu spiratiōis. s. s. non tam̄ est alia fecūditas in duobus q̄ꝫ in vno. sed eadē ꝛ in producēte ꝛ in producto. Exemplū istius ē aliqualit̄ in nobis. anima enim nō ē fecūda potentia propinq̄ ad hñdum actū volēdi nisi sit in actuali intellectiōe Iz illa actuali intellectiōe nō formaliter producat ac tum amādi. sed voluntate vt ē actus primus q ꝑti sit in aīa añ intellectionē. Iz nō in potētia ꝓpinq̄ oio ad agēdū. si tūc aīa ꝓducēs intellectionē cōicaret si bi fecūditatē volūtat̄ nō eēt volūtas in poten⁹ ꝓpin qua ad ꝓducēdū amorē nisi ꝑus eēt ꝓductū vbum: ꝛ ita cōicata sibi volūtate fecūda. ꝛ ita nūq̄ꝫ eēt volun tas prime fecūda nisi in duob⁹. nō tm̄ ita q illa fecū ditas regrat de rōne sua eē in duob⁹ quasi ipa nō pos set eē in vno. immo ipa eadē ia ꝑmāneret in ipa mē te: Iz pp ordinē fecūditatū in ꝓducēdo necio qz secun daz fecūditatē q̄ñ est in potētia proxima eē in duob⁹ Pōt igit̄ ꝓcedi q pr̄ ꝛ filius voluntate vna q̄ ē in eis spirāt q̄ ē pfecte fecūda in duob⁹ suppositis exīs. q: ꝑus intell̄r cōicari genito ꝛ ita e ē in duobus q̄ꝫ q ꝑñs s. ea ꝓducat. Iz quō dilectiōe mutua spirat. s. s. Rñdeo dilectiōe. i. volūtate qua pr̄ ꝛ filius vt actu ꝑin o nati sunt se mutuo diligere. Hac inquā volūta te vt exīte in eis vt ē nata tal̄ eē q̄ diligūt se mutuo spirat. s. s. nō āt aliquo actu secō q̄ñ dilectiōis actual̄ impēse ꝛ repēse. Si istō ñ sufficiat ad intētionē Ric exponat eū q poterit: qz nō vr̄ q eius determinatio bñ possit stare cū dictis Aug. q attribuit patri ꝛ filio pfectā rōnem vnius principij respectu spūsci. sicut trinitati respectu creature si ꝫdicat ꝑdictis. Qualit̄ aūt Augu. dicat q pater ꝛ filius diligunt se spū. s. q̄ñ fit mutua dilectio pr̄is ꝛ filij. sicut vr̄ loqui de tri. lib. 6. c. 5. exponet̄ dis. 32. vbi magister tractat de illa q stione vtrū pr̄ ꝛ fili⁹ diligūt se spiritu sancto.

Jurta questionē istā est vna difficultas quasi grāmatcalis vtrum pater ꝛ filius pos sent dici vnus spirator vel duo spiratores. Ubi mul tiplicit̄ dicit̄. sed quia. vis est designatio nominis non multū īmor videtur enim⁹ q tale nomen ver bale significet principiū agēdi vt illud natū est de-

nominare ſuppoſitū actiuum. ſicut enim lectio ſignificat qdditatiue actū per modū habitus ⁊ getis: ita lector ſignificat ꝑncipiū huiꝰ actus p modū habitus ⁊ getis. vt eſt denominatiuū ſuppoſiti actiui. ſpirator igit̄ ſignificat viz ſpirādi ⁊ ꝓcernit ſuppoſitū: ⁊ quia vna ē vis in patre ⁊ filio ⁊ ſmin⁹ nūeralis appoſitꝰ alicui determinabili ponit ſuū ſignificatū circa illud. ſō nō vī ꝓcedendū de vi ſermōis q̄ ſint duo ſpiratores. q̄ tunc vis ſpiratiua videret nūerari in eis. Et ſi obijciat. ſūt duo ſpiratores. ḡ duo ſpiratores. ꝑtia ꝓbat. q̄ ſicut ſingulare infert ſingulare: ſic plurale infert plurale. ℟. dico q̄ ꝑtia nō valet q̄ ꝓticipiū ſignificat actū vt in fieri. cōſignificat. n. tps ſicut verbū. ⁊ ita ſicut ꝓcedit ꝑ filius creat: ita q̄ ſint creatores nō aūt cōcedit q̄ ſint duo creatores ſed vnꝰ creator: q̄ nomē verbale nō ſignificat actū per modū actus ⁊ in fieri. ſed p modū habitꝰ ⁊ getis. Sz quē rō quare terminꝰ numeralis cōcedit poſſe apponi ſmmis adiectiuis ⁊ nō ſubſtātiuis: pōit iſta rō: q̄ adiectiua adiacēt ſuppoſitis ⁊ ſignificāt formā in adiacētiam ad ſuppoſita. ⁊ ideo ꝑnt numerari ad numerationē ſuppoſitoꝝ. ſed ſubſtātiua nō ſignificāt formā in adiacētia ad ſuppoſita ſz ſignificāt aliquo mō abſoluto a ſuppoſitis: ⁊ iō nō ꝑnt ſic numerari. q̄ ſic ſignificaretur ibi numeratio forme: ⁊ iō nō cōcedit duo dij. ſic̄ concedit duo hītes deitatē. Sz iſta rō nō vī ſufficer. q̄ ſmmus nūeralis ponit ſignificatū ſuū circa ſignificatū determinabilis. ſignificatū aūt ſubſtātiui ⁊ adiectiui idē ē: nō differūt aūt niſi in modo ſignificādi. iō vī q̄ terminus nūeralis ꝑmo ponat ſignificatū ſui circa idē. ⁊ ideo ſi ſignificet numeratio forme dēminabilis ex vna ꝑte ⁊ ex alia. nec ꝓpter illā adiacētiā ad ſuppoſitum q̄ conuenit vni ⁊ nō alij nō rōne ſignificati ſed rōne modi ſignificādi: poterit eē veritas i vna ⁊ falſitas in alia. Aſſigno aliā rōnem talē. oē depēdens depēdet ad aliquid oīno ⁊ ſimplr indepēdens nullūq̄. n. depēdētia alicuius ſufficienr dēminat niſi ad aliqd omnino indepēdens: ⁊ ideo q̄ duo eque dependēt neutrū eſt natum terminare alteruz ſed vtrūq̄ dependet ad z^m. indepēdēs: adiectiuum eſt depēdens ad ſubſtātiuū. q̄ igitur adiectiuum additur ſubſtātiuo ſaltez inuenit indepēdens ad quod terminatur eius depēdentia. q̄ autem duo adiectiua adduntur ſibi mutuo. neutrū ad alteruz depēdet. quia neutrum terminat ad alterum. ſicut neutrum terminat dependentiaz alterius. ſed depēdet ad aliquod tertiū q̄ō terminat ſufficienr depēdētiam eoꝝ amboruz: igitur quādo terminus numeralis addit̄ ſubſtantiuo ſicut ſi dicatur duo ſpiratores ſtatim terminus numeralis adiectiuus hz ſubſtantiuum terminans. ⁊ quia adiectiuum determinat illud quod eius dependentiam terminat. ideo denotatur ſignificatum ſui ſubſtantiui nūerari: q̄ aūt addit̄ adiectiuo vt cū dicit̄. duo ſpirātes. vtrūq̄ eſt depēdens. et ideo neutꝝ determinat alteꝝ ſicut neutrū terminat depēdentiā alterius: ſed ambo dependent ad z^m q̄ō terminat eoꝝ dependētiam ⁊ determinat̄ per ipſa. Et hoc in ꝓpoſito ē aliqui vel ꝑſone. quaſi dicat tres aliq vel tres ꝑſone creātes. q̄ hz vſitate adiectiuum maſculinum nō ſit ſubſtātiuū ſed tm̄ neutrū ſit ſubſtātiuum. tm̄ in diuinis q̄ adiectiuū maſculinum ponitur per ſe tunc intelligit̄ ibi ē ſubſtātiuum vt qs vl̄ perſona: vt cū dī pater ⁊ filius nō ſunt vnus ſicut dicunt auctoritates: hz ſint vnus deus. q̄ vnus abſolute poſitꝰ ſignificat adiectiue ⁊ intelligitur habere ſuum ſubſtātiuum. ſ. quis. vnde ſignificatur q̄ pater ⁊ filius ſint vnus quis vel vnus aliquis vel vna perſona. q̄ō ē fl̄z. tūc ad illā q̄ſtiā ſūt duo ſpirātes. ḡ duo ſpiratōes nego eā. ⁊ cū ꝓbaſ q̄ ſic̄ ſinglr infert ſinglr ita plr plurale plurale. dico q̄ nō oz q̄ ſi ad aliquod añs ſequat aliquod ꝑnſ q̄ ad diſtinctiōez añtis ſequat diſtictio ꝑntis niſi qñ ꝑnſ illud diſtinguit̄ in antecēdētibus ſicut genus diſtinguit̄ in ſpeciebus. In ꝓpoſito autē ad ſuppoſitū ſpirās ſequit̄ ſpirator ſed illud ꝑnſ nō diſtinguit̄ nec numerat̄ numerato añte. ⁊ iō arguendo ſpirās ergo ſpirator. duo ſpirantes ḡ duo ſpiratores. eſt fallacia ꝑntis arguendo a diſtinctione añtis ad diſtinctionē cōſequētis. ⁊ ſi aliqñ inuenit̄ a doctoribꝰ. q̄ pater ⁊ filiꝰ ſunt duo ſpiratores. debent exponi eorum auctoritates ⁊ ſane intelligi. multe enim auctoritates ſanctoꝝ que nō ſunt vere de virtute ꝓmonis exponēde ſunt ſm magiſtrū. di. 12.

Ad argumenta ℟ndetur. Ad ꝑmum cū arguit̄ de nexu. dico q̄ pater ⁊ filius nectunt̄ in ſpiritu ſancto ſicut in cōmuni producto. ⁊ que ſic neuter i cōi ꝓducto licz ſint diſtincta. alioquin nō cōnecterent̄. tamē nō habent cōe ꝓductū inquantum diſtincta ſed inquantū vnum vnde producētū vnuz eſt ab eis inquantū ſunt vnū ꝓducens. ⁊ ita auctoritas illa ē in oppoſituz. Ad 2^m dico q̄ actio eſt ſingularis per ſe exiſtis. non oportet aūt eſſe alicuius ſingularis incōicabilis per ſe exiſtis ſicut dictū eſt di. 4. ſicut hec eſt vera deus creat vel deus eſt pater filius ⁊ ſpiritusſanct⁹. ita ponit̄ hic q̄ ē aliquis ſpirator ſingularis cui ꝑmo cōuenit. i. adeq̄te ſpirare qui ꝓintelligit̄ aliquo mō in patre ⁊ in filio quib⁹ cōuenit actus ſpirādi. q̄ vterque eſt hic ſpirator. ⁊ tūc diceret̄ q̄ illius ꝓ ſe exiſtis q̄ō eſt quaſi cōe quoddā in re ad patrē ⁊ filiū eſt vna actio hz illud nō ſit vnū ſuppoſitū. i. incōicabile. ſicut nec trinitas eſt vnū ſuppoſitū vna tamē creatione creat. Iſtud nō videt̄ hic ꝓbabile ſicut ibi deus creat quia nō vī detur hic aliquis ꝑ ſe exiſs cōmunis patri ⁊ filio ⁊ nō ſpiritui ſancto. q̄ tunc illud ſingulare per ſe exiſs licz nō incōicabilit̄ realiter tm̄ referret̄ ad ſpiritū ſanctuz ⁊ eſſet aliquid realiter relatuz ad intra ꝓius aliquo mō q̄z intelligeret̄ eſſe perſona. ita q̄ non omnis relatio realis ad intra eēt ꝑſone q̄ō nō videt̄ ꝓbabile.

Aliter pōt dici q̄ actio nō denominat vltima denominatione niſi ſuppoſitū vel habentē modū ſuppoſiti. dico modū ſuppoſiti ꝑ aīma ſeparata ⁊ ꝑ accidentib⁹ ſeparatis per miraculū que denominat̄ ab actione vltima denominatiōe q̄ per ſe exiſtūt licz nō incōicabilit̄ q̄ nata ſunt coicare ſe ſuppoſitis duz tamē nihil cōicant illis nihil denominat̄ ab actiōe eorū: niſi ipſa vltima denominatione. ſed omnis fōma exiſs in alio vt forma ſicut dat cē illi ita dat illi aliquo mō denominari a ſua actione. ⁊ licet forma in ſuppoſito denominet̄ ab actione ſua nō tamē vltima denominatione ſed vlterius denominaret̄ ſuppoſitū ab eadē actiōe ſi tū aliqua forma ꝑ ſe exiſs nata eſſet habere aliquā actionē ꝓpria ſi ipſa daret idē eſſe plurib⁹ exquo ſuppoſita nō denomināt̄ actione forme niſi q̄ hēnt eē per formā nō denominarētur ab eadē actiōe ſicut haberent idē cē illius forme actiue. Et remplū ſi vna albedo eſſz in duab⁹ ſupficiebuſ vna īmutatiōe imutarēt. igit̄ cū volūtas fecunda ſit vnū ꝓncipiū ſpirādi q̄cquid denominat̄ ab iſta actione ꝑ hoc q̄ hz eſſe iſta forma denominatur eadē actiōe. Quando igit̄ dicitur actio eſt ſuppoſiti ḡ pluriū ſuppoſitoruz plures actiones nego ꝑntiam niſi quando plurificatur in eis illud q̄ eſt ratio agendi: ꝑ q̄ō iſta dicunt̄ denominatiue agere. Et ſi obijcias. ab vna aīma hominis ſunt multe opatiōes ſenſitiuarū partiū. vt diſtincte vt intelligere ⁊ velle ⁊ etiā videre audire ⁊ talia multa. ⁊ ſi partes ille eſſent ſuppoſita eſſent eoꝝ agentiū plures actiones

Dico q̄ nō ſemper ſi vnica res eſt. eſt eius vnica ratio agendi imo vnica res pōt includere in ſe plures rationes agendi. ſicut dicetur d̄ aīma reſpectu

suarum potētiaꝝ ⁊ si de hoc fiat questio. dictum autē est in ista rōne iam hīta de vna rōne simpliciter agē di. qualis vna rō est in patre ⁊ filio respectu pductionis, vel ad pducēduꝫ spiritūsanctū. Ad tertiū dico ꝙ pater ⁊ filiꝰ spirāt spiritūsanctū inq̄ꝫtū sunt omnino vnū: ⁊ nō inquātū sunt vnū in cētia. nec inquātum vnū in persona: sed inquātuꝫ sunt vnū in vi spiratiua. Et cum infert ḡ pater esset duo principia productiua, ppter duplicem secūditatē in eo. nego ꝓnti am. q; ad hoc ꝙ dicatur plura pducentia requiritur numeratio suppositoruꝫ. non enim dicitur aliqs plures sciētes ly habeat plures scientias: sed oporteret esse plura suppositа ad hoc ꝙ sequeretur. de hoc i 3° libro. vbi queret vtrum si plures nature assumētur a verbo esset vnus homo vel plures.

Ecundo quero vtrū pater ⁊ filius spirēt oīno vniformit spiritum sanctū. Qđ nō. Aug. 15. de trini. c. 17. spūssanctus principaliter procedit a patre. non igitur principaliter a filio. ḡ nō vniformiter oīno. Itē hiero. epistola. 88. Spiritussanctus ꝓprie a patre, pcedit per filiuꝫ. ergo non procedit ꝓprie a filio. Itē hyllarius de trini. 22. Spiritumsanctuꝫ qui a te per vnigenituꝫ est promerear. igit est a patre per filium. ergo nō vniformiter ab vtroq;. Itē Ricar. 6. de trini. spūssanctus procedit a patre mediate ⁊ imediate. a filio autē imediate tm̄. ḡ ꝛc̄ Itē omnis causa prima plus agit q̄ꝫ secūda. ex prima ꝓpositiōe de causis ⁊ patet ex dicto phi p̄mo posteriorum. ⁊. 2. metaphy. necessariorum principia esse verissima semper oportet q; sunt aliꝭ causa veritatis ergo omne prius procedens plus ꝓducit q̄ꝫ secūduꝫ producēs. pater videtur plus producere cum det filio producere. ḡ. ꝛc̄. Cōtra. vno principio inquātum omnino vnuꝫ in eis spirāt spiritūsanctum ex questione p̄cedente. ḡ oīno vniformiter.

Respondeo actus potest ꝑsiderari triplr. vel in se vel iquātū ē timini vel inq̄ꝫtuꝫ ꝓparat ad suppositа agētia. p̄mis duobꝰ modis ē oīno vniformitas vl potiꝰ vnitas. q; vltime vna actio ⁊ vnꝰ timinꝰ pductꝰ. 3°ꝰ loquēdo sic ipa vis spiratiua cōicat filio a ꝑe ita ēt ꝙ filiꝰ spiret ly hꝫ a ꝑe. ⁊ ita pater spirat a se. filiꝰ aūt nō a se. Cōtra igit pater ꝑius spirat spiritūsanctū q̄ꝫ filius spirat spūsc̄m: quia in illo primo signo originis in quo pater habet a se esse habet spirare a se. ⁊ tunc filius nō spiraret quia si spūssc̄us ꝓcintelligitur habere prius ēē a patre q̄ꝫ a filio. tūc filius pduceret spiritumsanctū iā ꝑmittez. Confirmatur q; quodcūq; p̄ncipiū pductiuū in supposito priori intelligitur habere terminum adequatum non potest esse principium producendi in posteriori supposito: sic ē in proposito. ergo ꝛc̄. Ro. de istis ordinibus siue originis siue nature ⁊ de multis ordinibus prioritatis ⁊ posterioritatis alꝭ dicetur. ſz q̄ꝫtum ad propositum dicenduꝫ: ꝙ non est consimilis ordo inter patrē generantē ⁊ spirantē sicut inter patrē spirantē ⁊ filiū spirantē. vnde istud nō est intelligēduꝫ ꝙ pater spirat anteq̄ꝫ filius spiret. sicut eius origine pater generat q̄ꝫ spiret, ppter ordinē principioꝝ in pducendo. q; tunc filius nō spiraret vt argumentū deducit quēadmodū spiritꝰ sāctus nō pōt generare filiū iam p̄intellectū generari. Sed est iste ordo ꝙ in patre est p̄mo vtraq̄ꝫ fecunditas a se. 2° est in patre actus p̄me fecunditatis. ⁊ tunc in filio est 2ª fecūditas. 3° est actus secūde fecūditatis simul a ꝑe ⁊ filio habentibus tunc simul illā fecunditatē adhuc tm̄ cū aliquo ordine. q; ille actus est patris a se. filii autē nō a se sed ad patrē. sicut nec in scō signo est illa fecū

ditas filij a se, sed patris est a se nō est ergo ordo originis inter spirationem patris ⁊ filij quasi spiret pater in aliquo signo originis in quo non spiret filius sed in eodem signo originis simul spirant. est tm̄ ibi ordo spirantiū in spirando q; pater in 2° signo originis spirat a se filius aūt non a se. Ad confirmationē dico ꝙ maior nō est vera si illō principiū posterius nō habeat terminū adequatū anteq̄ꝫ aliud suppositū producat cui coicat illō principiū ſm totā eiꝰ fecunditatē. ⁊ sic est in ꝓposito de vi spiratiua quam pater cōicat filio anteq̄ꝫ habeat terminū adequatuꝫ ſ. spiritū sanctum.

Per idē patet ad oēs auctoritates adductas. q; propter hoc dicit Aug. p̄em principaliter spirare exponit. n se ideo principaliter dixi q; ꝙ filius spirat hoc habet a patre. Dicit tamē quidā doctor ꝙ pater spirat principaliter ⁊ principalius filius autē tm̄ ꝑncipaliter spirat. q; respectu. ſ. ſ. habet filius sub auctoritatē licꝫ pater habeat auctoritatē respectu filij ⁊ respectu. ſ. ſ. inq̄ꝫtū spirat. Alius aūt doctor contradicit sibi ꝙ non est ibi aliqua cōparatio ꝓprie dicta in aliqua forma vna sed tantum est ibi compatio in voce sicut michael dicitur sanctior demone vbi est tantū cōpatio ſm vocez ⁊ nō ſm aliquā formā cōem in vtroq;ꝫ extremo sed illa forma ē tm̄ in vno extremo ⁊ nō in altero. ita p̄ncipalitas est in patre vt idē sit patrē ꝑncipalius spirare ⁊ ꝑncipaliter spirare. Ad aliud de Hiero. dico ꝙ ꝓprietarius tm̄ dī ille qui hīdo rem nullo mō dependet ab alio vsurarius autē qui in vtē do re depēdet ab alio nō est ꝓprie ꝓprietarius. pater igit qui vim spiratiuaꝫ habet a se recte dicit ꝓprie spirare. filius non sic ꝓprie. ſ. a se spirat licꝫ ꝓprie. i. nō improprie vl imperfecte spiret. Per idē pz ad hylariū qñ dicit ꝙ spiritꝰ sanctus est a ꝑe p filiū distinguit tm̄ ꝙ aliquid determinatū p hāc ꝓpositionē p cuꝫ suo causali aliqñ cōparat ad verbū trāsitiuū vel intransitiuū. si ad transitiuum tunc notat in casuali huius ꝓpositiōis p filiū auctoritas vt pater creat p filiū si ad absolutū vel intrā sitiuū tūc notat in cāli huius ꝓpositiōis auctoritas ⁊ hoc vel efficientie sicut hō viuit p deū vel cāe formalis vt hō sapit p sapientiā. Et idē pz ad ricar. pater. n. eadē fecunditate imediate spirat spiritū sāctuꝫ. sed inquantū dat filio illā virtutē spirādi qua filius spirat: pōt dici mediate spirare. nec ē hic difformitas aliq̄ pfectionis ⁊ imperfectiōis siue aliquid quod ponat diuersitatem in actu sed tantum alius modus habendi eandem virtutem. pater a se sed a patre. Ad vltimum dico ꝙ illa propositio est vera de causa ⁊ causato propter hoc ꝙ in causis ordinatis est alia virtus causandi ⁊ principalior in priore non autem in principio quod non est causa. quia ibi non est alia virtus principiandi. ita est in proposito. ⁊ ideo non plus principiat primum principium principians quam secundum sicut nec causa superior plus causaret quam causa secunda si eadem virtute causatiua causaret cum causa secunda.

S. bōaventu. li. ꝑmo disti. ix Alexā. de alexā dria di. p̄ti. Marro. distinct p̄ti.

Ista est duodecima distinctio. In qua mgr̄ p' q̄ꝫ egit de p̄ncipio a quo spūssanctus ꝓcedit: agit de ordine processiōis eius. Et tria circa hoc facit. Nam primo excludit ordinē temporum. Secundo excludit ordinē dignitatis. Tertio ponit ordinē naturalis originis. Primū facit a principio huius distinctiōis vsq̄ ibi. Nūc tractandum est quod secūdo q̄rebatur Scōm ab inde vsq̄ ibi. Augus. tm̄. xv. li. de trinita. Tertium ab inde vsq̄ ad finē distinctiōis. Et hec ē sētētia magistri in gnāli. In spāli sentētia mgr̄i statꝫ tribus ꝓpōnib⁹. quaꝝ prima ē. Spūssanctꝰ duratione tpis nec prius nec posterius ꝓcessit a ꝑe q̄ꝫ a filio

qualiter filius ⁊ spūs scūs ꝑm istas missiones se habeant ad ꝓiem. ℙrimū facit a ꝓncipio distinctionis vsqz ibi. Sz ꝑus querendū ē. Scōā ab inde vsqz ibi ℍylarius aūt dicere videt. Tertiū vo ab inde vsqz ad finē distinctionis. In spāli vo sīa magri stat i tribus ppōnibus. q̄rū ꝓma est hec. Spūs sanct⁹ ad modum filij ē missus dupliciter. s. visibilr ⁊ inuisibilr. Et ꝓbatur sic. Spūs sci tpalis missio ē creature sanctificatio. sed creature scificatio duplr fit. aliqū cum apparētia alicuius visibilis signi. qnqz vo effectu solū interiori sine visibili signo. igitur missio spūs sācti est duplex. s. visibilis ⁊ inuisibilis. Istā rōnem intendit magr in textu. vñ ꝓponit ꝓmo. Sicut filius dupliciter ē missus. s. in carnē visibilr ⁊ in castas mentes inuisibilr. Sic spūs scūs visibiliter apparuit in die pēthecostes in spē linguarū ignearū: aliisqz vicibus in specie colūbe: ⁊ quotidie illabit mētib⁹ fideliū inuisibilr. Et subdit postea q illa visibilis spūs sci missio nō fuit nisi q̄dā ipsi⁹ appentia vel manifestatio in corporali creatura tanqz in signo manifestationis vt magr inducit in textu ex aūcte. b. Aug. Secūda ꝓpō est hec. Spūs scūs nō dr minor realr tota trinitate ꝓpter ipsi⁹ visibilē missionē sicut filius propter suā. ℍāc ꝓpōnē magr insinuās q̄rit. Quare spirit⁹ scūs rōne sue visibilis missionis nō dr minor patre sicut filius rōne sue incarnationis seu visibil missionis dr minor tota trinitate. Et rndet q spūs scūs nō assūpsit colūbā vt eēt colūba sz vt in ea apparerz ⁊ vt p eā designaret inuisibilis missio. filius aūt assūpsit humanā nām. nō solū vt in ea apperet: sz ēt vt esset hō. Et iō filius ꝑm illā suā visibilē missionē dicit minor. non solū ꝑ se sed ēt seipso ⁊ angelis vt pz ibi. Minuisti eū paulomin⁹ ab angelis ⁊c. Ad qō magr adducit multas aūctes vt pz in lra. Tertia ꝓpō ē h ℙr auctoritate donationis ē maior filio sibi eēntialiter eqli. ℍāc ꝓpōnē ꝓbat magr auctoritate ℍyla. 9. de tri. dicētis. Donātis auctoritate ꝑē maior. nū quid p doni cōfessionē fili⁹ ē minor. ℳaior itaqz donās est. sed minor iam nō ē cui vnū eē donat. Unde pz hanc ꝓpōnem esse veram.

De missione spiritus sancti qua inuisibiliter mittitur.

Di. 17.

Amnunc accedamus ad assignandam missionem spiritus sancti qua inuisibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipse spiritus scūs qui deus est ac tertia in trinitate ꝑsona vt supra ostēsum est a patre ⁊ filio ac seipso temporaliter procedit. idest mittit̄ ac donatur fidelibus. sz que sit ista missio siue donatio vl quo modo fiat considerandum est.

ℙremittitur quiddam ad hāc ostensiōez necessarium. scilicet q spiritus sanctus ē charitas qua diligimus deum ⁊ proximum.

ℍoc autem vt intelligibilius doceri ac plenius ꝑspici valeat premittēdum est quiddam ad hoc valde necessarium. ℳictum quidem est supra ⁊ sacris auctoritatibus ostensum. q spiritus sanctus amor est patris ⁊ filij quo se inuicem amāt ⁊ nos. ℍis autem addendū est q ipse idem spiritus sanctus est amor siue charitas qua nos diligim⁹ deum ⁊ proximum: que charitas cum ita est in nobis vt nos faciat diligere deū ⁊ ꝓximū. tunc spūs scūs dicitur mitti vel dari nobis. ⁊ qui diligit ipsam dilectionē qua diligit proximum in eo ipso deum diligit: q ipsa dilectio deus est. i. spiritus sanctus.

Auctoritatibus ita esse confirmat.

Ne autez in re tanta aliquid de nostro influere videamur. sacris auctoritatibus qđ dictum est corroboremus. ℳe hoc Aug. in. viij. lib. de trinitate. ait. Qui ꝓmū diligit: consequens est vt ipsam precipue dilectionem diligat. ℳeus autē dilectio est. cō sequens ergo est vt ꝑcipue deum diligat. Itē in eodem. ℳeus dilectio est vt ait Joannes apostolus. Ut quid ergo imus ⁊ currimus i sublimia celorū: ⁊ ima terrarū querentes eum qui est apud nos si nos esse apud eum velim⁹ ℙemo dicat nō noui quid diligaz. diligat fratrem ⁊ diligat eandem dilectionem. ℳa gis enim nouit dilectionem qua diligit q̄ fratrem quem diligit. Ecce iam potes notiorem deum habere q̄ fratrem. ℙlane notiorē qa pr esentiorē q̄ interiorem q̄ certiorez amplectere dilectionem deū ⁊ dilectione amplectere deum. Ipsa est dilectio que omnes bonos angelos ⁊ oēs dei seruos consociat vinculo sācti tatis. Quāto ergo sanctiores sumus a tumore superbie: tanto sumus dilectione pleniores ⁊ quo nisi deo plenus ē qui plenus est dilectione. ℍis verbis satisostendit Augu. q dilectio ipsa qua diligimus deum vel ꝓmū deus est. Sed adhuc apertius in eodē libro subdit dicens. ℳilectionem quam cōmendat ioannes apostolus attendamus. Qui diligit inquit fratrem in lumine manet ⁊ scandalū in eo nō est. ℳanifestum est q iustitie perfectionem in fratris dilectione posuerit. Nam in quo scandalum non est vtiqz perfectus ē. Et tñ videtur dilectionem dei tacuisse quod num q̄ faceret nisi q̄ in ipsa frna dilectione vult intelligi deum. Apertissime enim in eadez epistola paulo post ait. Ita dilectissimi diligam⁹ inuicem q̄ dilectio ex deo est. ⁊ omnis qui diligit ex deo natus est ⁊ cognouit deum. Qui non diligit non cognouit deum q̄ deus dilectio est. Ista contextio satis aperte declarat eā dem ipsam fraternam dilectionem. Haz fraterna dilectio est qua diligimus inuicem. non solum ex deo. sed etiam deum esse tanta auctoritate p̄dicari. s. ioannis. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem. nec fieri potest vt eandem dilectionem non precipue diligam⁹ qua fratrem diligimus quoniaz deus dilectio est.

Augu⁹.

Idem.

Item qui non diligit fratrem non est in dilectione. ⁊ qui non est in dilectione non ē i deo qz deus dilectio est Ecce aperte dixit fraternam dilectionem deum esse.

Qō fraterna dilectio cum sit deus nō ē pz vel filius: sed spūs sanctus mī.

Cum aūt fraterna dilectio

sit deus nec pater est nec filius: sed mī spiritus sanctus: qui proprie in trinitate dilectio vel charitas dicitur. Vnde augu. in. xv. lib. de trini. Si in donis dei nihil est maius charitate. ⁊ nullū est maius donum dei q̄ spiritus sanct⁹ qd consequentuis est q̄ vt ipse sit charitas q̄ dicitur ⁊ deus ⁊ ex deo. Ita enim ait Joānes Dilectio ex deo est. Et paulopost. Deus dilectio est. Vbi manifestat eam se dilectionem dixisse deum quam dixit ex deo. deus ergo ex deo est dilectio. Itē in eodem. Joānes volens de hac re apertius loqui. In hoc inqt cognoscimus: qz in ipso manemus ⁊ ipse in nobis. qz de spū suo dedit nobis. Spūs itaque sanctus de quo dedit nobis facit nos in deo manere ⁊ ipsum in nobis. hoc autē facit dilectio. Ipse est ergo deus dilectio. Ipse igitur significatur vbi legitur. deus dilectio ē. Ex his apparet q̄ spūs sanctus charitas est.

Augu⁹.

Quod non est dictum per causam illud deus charitas est: sicut illud .tu es patiētia mea ⁊ spes mea.

Sed ne forte aliquis dicat

illud esse dictum per expressionem cause deus charitas est. s. q̄ charitas sit ex deo ⁊ nō sit ipse deus. sicut dicitur. deus nostra patientia ē ⁊ spes. non q̄ ipse sit ista. sed qz ista ex deo sūt Occurrit Augu. ostendēs hoc non esse dictū per causam sicut ilia in. xv. lib. de trini. ita dicens. Non dicturi sumus charitatem non propterea esse dictam deum q̄ ipsa charitas sit vla substātia que dei digna sit nomine. sz q̄ donum sit dei sicut dictum est deo. Tu es patiē tia mea. Non vtiqz ideo dictum est. tu es patientia mea. q̄ dei substantia est nostra patientia. sed qz ab ipso nobis ē. Vnde alibi. Ab ipso est patientia mea. Hunc enim sensum facile refellit scripturarum ipsa locutio. Tale ē enī Tu es patientia mea. quale est. Domine spes mea ⁊ deus meus misericordia mea. ⁊ multa similia. Non est autem dictum. Domie charitas mea: aut tu es charitas mea. aut de⁹ charitas mea. Sed ita dictum est deus charitas est. sicut dictum est. deus spiritus est. Hoc q̄ non discernit intellectum a domino. non expositionem querat a nobis. Non apertiꝰ qcquam possumus dicere. deus ergo charitas ē

Ex predictis clarescit q̄ spiritus sanctus charitas est qua diligimus deum ⁊ proximum. vnde facilius est nobis ostendere quomō spiritus scūs mittatur siue detur nobis.

Quomodo spiritus sanctus mittatur vel detur nobis.

Tunc enīz mitti uel dari di

citur cum ita in nobis est vt faciat non diligere deum ⁊ proximum per quod manemus in deo ⁊ deus in nobis. Vnde Augu. hūc missionis modum insinuans in. xv. lib. de tri. ait Deus spiritus sanctus qui procedit ex deo: cum datus fuerit homini: accendit euz ad diligendum deum ⁊ proximum. ⁊ ipse dilectio est. Non enim homo vnde diligat deum nisi ex deo. Ecce quomodo datur vel mittit nobis spiritus sanctus: sm q̄ dicit datum siue donum. Quod donum cōmendat Aug. explanans apertius quomodo detur in eodem li. Dilectio inquit dei diffusa est in cordibus nostris. vt ait apostolus per spiritum sanctū qui datus est nobis. Nullum ē isto dono di excellētius. Solum est quod diuidit inter filios regni ⁊ filios perditionis. Dantur ⁊ alia per spiritum munera. sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impartiat cuiq̄ spiritus sanctus vt eum dei ⁊ proximi faciat amatorem a sinistra non transfertur ad dexteraz. Neq̄ spiritus sanctus proprie dicitur donum nisi propter dilectionem quam q nō habuerit. ⁊ si loquatur omnibus linguis ⁊ habuerit prophetiam ⁊ omnem sciētiaz ⁊ omnem fidem ⁊ distribuerit substantiam suam. ⁊ tradiderit corpus suum ita vt ardeat nō ei prodest. Quantum ergo bonum est sine quo ad eternam vitam neminem tanta bona pdūcunt. Ipsa vero dilectio vel charitas. nā vnus rei nomen est vtrunqz perducit ad regnuz Dilectio ergo que ex deo est. ⁊ deus proprie spūs sanctus est per quem diffundit in cordibus nostris deus charitas per quam nos tota inhabitat trinitas. Quo circa rectissime spiritus sanctus cum sit deus vocatur etiam donum dei. Qō donum proprie quid nisi charitas intelligendum est que perducit ad deū ⁊ sine qua quodlibet aliud dei donum non pducit ad deum. Ecce hic aperitur quod supra dictum erat. scilicet q̄ charitas sit spiritus sanctus ⁊ donum excellēti⁹. ⁊ quomodo hoc donum. idest spiritus sanctus detur nobis. scilicet cum ita impartitur alicui. idest ita habet esse in aliquo vt eum faciat dei ⁊ proximi amatorem. Qō cum facit tūc aut dari dicitur siue mitti alicui. ⁊ tunc ille dicit̄ ꝓprie habere spiritum sanctum.

Augu⁹.

Quō spirit⁹ scūs dei hic notatur

Predicte auct̄ colligit summā

Utrū concedēdū sit q̄ spūs scūs augeat̄ in hoie vel magis vel min⁹ hēatur vel detur.

Hic quēritur si charitas spūs scūs est cū ipsa augeatur ⁊ minuatur i homine. ⁊ magis ⁊ minus per diuersa tpa hēaī vtrū cōcedendū sit q̄ spūs scūs augeatur vel minuatur in hoie: ⁊ magis ⁊ minus habeaī. Si enim in homine augeretur. ⁊ magis vel minus datur ⁊ habetur mutabilis eē videtur. Deus autē oīno imutabilis videtur. Videtur ergo q̄ vel spūs sanctus nō sit charitas vel charitas nō augeatur vel minuatur in homine. Itē charitas ⁊ nō hūti datur vt habeat ⁊ hūti vt plen⁹ hēat. Si ergo spūs sanctus charitas est ⁊ nō hūti datur vt habeat ⁊ hūti vt plenius hēat. Sed quō datur nō hūti cuz ipse vt de⁹ sit vbiq̄ ⁊ in oībus creaturis tot⁹. Et quomodo plenius datur vel habetur sine sui mutatione.

Am spūs scūs detur hūti ⁊ nō hūti

Responsio ad primam questionem.

Hic ponit illi⁹ dubij solutionez

His itaq̄ respondemus dicentes q̄ spiritus sanctus siue charitas penitus imutabilis est nec in se augetur vel minuitur. nec in se recipit magis vel minus: ſz in homine vel potius hoī augetur ⁊ minuitur. et magis vel minus datur vel habetur. sicut deus dicit̄ magnificari ⁊ exaltari in nobis: q̄ tñ in se nec magnificaī nec exaltatur. Vñ ꝓpheta. Accedat hō ad cor altū ⁊ exaltabit̄ deus. Sup quē locū ait auctoritas. Deus non in se sed in corde hois grādescit. Si ergo spūs sanctus hoī datur: ⁊ datus amplius datur. i augetur. ⁊ magis ⁊ minus habetur. ⁊ tamen immutabilis existit.

Responsio ad secundam.

Cunq̄ ubiq̄ sit et in omni creatura totus. sunt tñ multi qui eū non hūt. Nō enim oēs spūm scm̄ habēt in quibus est aliogn ⁊ irrōnabiles creature haberent spūm scm̄. q̄d fidei pietas non admittit.

Auctoritate confirmat vtrāq̄ rōnem.

Hic ponit ꝓfirmatōez ꝓdcē cōclusiōis

At autem certus fiat qd diximus auctoritate confirmamus. Q̄d spiritus scūs magis ac minus ꝓcipiatur ⁊ hōini augeatur. ⁊ non hūti detur ⁊ habenti vt plus habeatur Aug. oñdit super Joā. dicēs. Sine spū scō cōstat nos xpm nō diligere ⁊ ei⁹ mandata seruare non posse ⁊ id nos posse atq̄ agere tāto minus quāto illū percipimus minus Tāto vo amplius quāto illū ꝓcipimus amplius. Ideoq̄ nō solū nō hūti. verūetiā hūti nō incassū ꝓmittitur. Non habēti qdem vt hēatur. hūti autem vt amplius habeatur. Nā si ab alio minus ⁊ ab alio amplius nō haberetur. sanctus Helyseus sancto Helye non diceret. Spūs qui ē in te duplo sit in me. Christo autē qui est dei filius non ad mensurā datus est spiritus. Neq̄ enī sine gratia spūs scī ē mediator dei ⁊ hoium hō xp̄s. Q̄d enim ē vnigenitus dei filius cōlis p̄ri nō est gr̄e: sed nature. Q̄d aūt in vnitatem persone vnigeniti assumptus est homo. gr̄e est non nature.

Ceteris aūt ad mensuram datur ⁊ datus additur donec vnicuiq̄ ꝓ modo siue ꝓfectōis ꝓpria mēsura compleatur. Ecce exp̄resse hēs q̄ spiritus sanctus magis ⁊ minus datur vel accipitur ⁊ homini datus augetur. ⁊ hūti ⁊ nō habēti datur: q̄ spiritus scūs ē charitas que non habēti datur. ⁊ in habēte augetur ⁊ proficit. Immo vt verius ⁊ magis ꝓpie loquar: homo in ea perficit ⁊ deficit, aliquādo. ⁊ tunc ipsa dicitur proficere vel deficere: que tamen nec ꝓficit nec deficit in se q̄ deus est. Unde Aug. in omel. ix. super epl̄am Joā. ait. Ꝺ̄ro bet se quisq̄ quantū in illo profecerit. Ubi q̄ si charitas deus est nec deficit nec ꝓficit. Sicergo in te proficere dicitur charitas: q̄ tu in ea proficis. Ecce quomodo intelligendū sit cum dicitur spiritus sanctus augeri in nobis. quia nos in eo. s. proficimus sic ⁊ alia huiusmodi. Augu⁹.

Q̄d aliqui dicunt spiritum sanctum nō cē charitatem qua diligimus deum ⁊ proximū

Supra dictum est q̄ spiritus scūs charitas est patris ⁊ filij qua se inuicem diligunt ⁊ nos. ⁊ ipse idem est charitas q̄ diffunditur in cordibus nr̄is ad diligendum deum ⁊ proximum. Horum alterum omnes ḡtholici concedunt. s. q̄ spiritus scūs sit charitas patris ⁊ filij. Quod autem ipse idem sit charitas qua diligimus deum ⁊ proximum, a pleriscq̄ negatur. Dicunt enim. Si spiritus sanctus charitas est patris ⁊ filij ⁊ nostra. eadem ergo charitas est qua deus diligit nos. ⁊ qua nos diligimus eum. Hoc autem sanctorum auctoritates negare videntur. Dicit enī Augu. in lib. de spiritu ⁊ littera. Unde est dilectio nisi vnde ⁊ ipsa fides. i. a spiritu sancto. Non esset enim in nobis nisi diffunderetur in cordibus per spiritum. Charitas aūt̄ dei dicta est diffūdi in cordibus nostris. nō qua nos ipse diligit. sed qua nos facit dilectores suos. Sicut iustitia dei dicitur qua nos iusti ei⁹ munere efficimur. ⁊ domini salus qua nos saluat ⁊ fides christi qua nos fideles facit. His verbis videtur monstrari distinctio īter charitatem qua nos deus diligit: ⁊ qua nos diligimus. Et sicut iustitia nostra dicitur dei. nō q̄ ipse sit ea iustus. sed quia ea nos iustos facit. Similiter et fides et salus. sic videtur dicta dei charitas que est in nobis. non q̄ ipse ea diligat. sed quia ea nos diligere facit. De hoc etiam idem Augusti. in lib. xv. de tri. ait. Aucte q̄ videt̄ p eiſſacere. Augu⁹. Augu⁹.

Cū Joānes cōmemoraſſet dei dilectionem nō qua nos eū ſz qua ipſe dilexit nos .ꝛ miſit filiū ſuū liberatorē ꝓ ꝑctis nr̄is. Ecce ꝛ hic videt manifeſte diuidere dilectionē qua noſ diligimus deum ab ea qua ipſe diligit nos.

Ex vbis auctum argumētādo ꝓcedit.

Si ſingunt ſpūs ſcūs dilectio eſt qua de⁹ diligit ꝛ qua nos diligim⁹ duplex dilectio ē. imo duo diuerſa eſt .qđ abſurdū ꝛ a veritate longe eſt. Nō eſt ergo dilectio qua diligim⁹ ſed qua deus tm̄ diligit nos.

Rnſio ad p̄dicta determinās auctoritates

His reſpondemus predi/ctarū auctoritatum verba determinātes hoc mō. Charitas dei dicta ē diffundi in cordibus nr̄is. nō qua ipſe nos diligit: ſz qua nos diligere facit ꝛc. His verbis nō diuidit nec diuiſa oſtdit charitas qua deus nos diligit: ab ea qua nos diligim⁹: ſz potius cū ſit vna ꝛ eadem charitas ꝛ dicat ipſa dei charitas ꝛ diuerſis de cauſis ꝛ rōnibus dei charitas appellari in ſcriptura oſtdit. Dicit enim dei charitas. vel qr deus ea diligit nos. vel qr nos ea ſui dilectores facit.

Determinatio p̄me auctoritatis.

Cumergo ab apoſtolo dicit charitas dei diffundi in cordibus noſtris nō ē dicta charitas dei qua diligit noſ. ſz qua facit nos diligere. i. non ibi appellat charitas dei eo q⁹ de⁹ nos ea diligit ſed eo q⁹ nos ea ſui dilectores facit. Et q⁹ ea rōne poſſet dici charitas dei. qr nos ea diligere facit ex ſimili genere locutionis oſtdit ſicut dicatur iuſtitia dei qua nos iuſtificat. ꝛ dn̄i ſalus qua nos ſaluat ꝛ fides x̄pi qua nos fideles facit.

Determinatio ſecunde.

Similiter ꝛ aliam exponimus auctoritatē vbi ait dilectionem dei commemorari nō qua nos eū: ſz qua ipſe dilexit nos. ac ſi diceret cōmemorat dilectionem dei non ſcōm q⁹ ea nos diligimus deuz. ſed ſecūdum q⁹ ipſe ea diligit nos.

Aliud obijciunt.

Sed aliud eſt inquiunt qđ magis vrget. dixit .n. ſupra Aug⁹ q⁹ dilectio eſt a ſpū ſcō a quo fides. Sicut ergo fides nō ē ſpiritus ſcūs a quo ē ita nec charitas. Quō ergo ſpūs ſcūs eſt ſi ab ipſo eſt. Nā ſi ab ipſo eſt ꝛ ipſe ē. g̊ ſpūs ſcūs a ſeipſo eſt. Ad qđ dicimus. Spūs ſcūs qdē a ſeipſo nō eſt: ſed tm̄ a ſeipſo datur nobis vt ſupra dictū ē. Dat enī ſeip̄m nobis ſpūs ſcūs. Et ex hoc ſenſu dcm̄ ē: q⁹ charitas ab ipſo eſt in nobis. ꝛ tm̄ ipa ſpi/

Rnſio.

ritus ſcūs ē. Fides autē eſt a ſpū ſancto ꝛ non eſt ſpiritus ſanctus: qr donū vel datū ſolum modo eſt non deus dans.

Quod alias inducunt rationes ꝛ auctoritates ad idem probandum.

Alias quoq; inducunt rationes ad idem oſtendēdum. ſ. q⁹ charitas non ſit ſpūs ſcūs: qr charitas affectio mētis eſt et motus animi. ſpūs ſcūs vero non eſt affectio animi vel motus mētis: qr ſpūs ſanctus immutabilis ē ꝛ increat⁹. Non ē ergo charitas.

Quod charitas eſt mot⁹ vel affectio ai.

Quod autem charitas ſit affectio animi ꝛ mot⁹ mētis auctoritatib⁹ cōfirmāt. Dicit .n. Augu. in .iii. lib. de doctrina xp̄iana. Charitatē voco motū animi ad fruēdū deo ꝓpter ipſum. ꝛ ſe ac ꝓximo ꝓpter deum. Idem in lib. de moribus eccleſie catholice tractās illud verbū apoſtoli. Nec mors nec vita poterit nos ſepare a charitate dei. Charitas dei ingt dicta eſt virt⁹ que ai noſtri rectiſſima affectio ē que cōiūgit nos deo qua eum diligimus. Ecce his verbis exp̄mitur ſq⁹ charitas ē affectio ꝛ motus animi. ac per hoc non videtur eē ſpiritus ſanctus.

Augu⁹.

Reſponſio determinans auctoritates.

Ad quod dicimus hoc ita dictum eē ſicut dicitur. de⁹ ē ſpes noſtra ꝛ patiētia noſtra qr facit nos ſpare ꝛ pati. Ita charitas dicitur eē mot⁹ ſiue affectio ai. qr ꝑ eam mouet ꝛ afficitur aīus ad diligēdū deū. Nō aūt mireris ſi charitas cū ſit ſpūs ſcūs dicatur mot⁹ mētis cū ēt in li. Sap̄. dicatur de ſpiritu tu ſapie q attingit a fine vſq; ad finē. q ē actus mobilis: cert⁹. incoingnat⁹. Qđ nō ideo dicitur q⁹ ſapia ſit mobile aliqd vel act⁹ aliqs ſz qr ſui imobilitate oīa attingit. nō locali motu ſed vt vbiq; ſit ꝛ nuſq̄ inclusa teneatur. Si g̊ charitas dr̄ mot⁹ aī. nō q⁹ ipſa ſit mot⁹ vel affectō vel virt⁹ ai. ſed qr per eā quaſi eēt virt⁹ afficitur mēs ꝛ mouetur. Sz ſi charitas ſpūs ſcūs ē q opatur in ſingulis ꝓut vult cū ꝑ eū mens hois afficiatur ꝛ moueatur ad credēdum vel ſpandū ꝛ h⁹i ſicut ad diligendū. Quare non ſic dicitur charitas motus vel affectio mētis ad credēdū vel ſpandū ſicut ad diligēdū. Ad qđ ſane dici pōt: qr alios actus atq; mot⁹ virtutū opatur charitas. i. ſpūs ſcūs mediātibus virtutib⁹ quarū actus fūt. vtpote actū fidei. i. credere fide media. ꝛ actuz ſpei. i. ſpare media ſpe. Per fidē enī ꝛ ſpez p̄dcōs opatur actus Diligēdi vo actū p ſe tm̄ ſine alic⁹ vtutis medio opat̄. i. diligere. Aliter ergo hūc actū opatur alios virtutū act⁹. Jōq; differēter de hoc

ꝛ de aliis logtur scriptura que istū spāliť charitati tribuit. Est ergo charitas vere spūs sā
Augu⁹. ctus. Añ Aug. premissum verbū apli tractāſ in eodē li. charitatē dicit eē bonum quo nihil meli⁹ est. ꝛ p hoc ipsam eē deum significat dicens. Si nulla res ab eius charitate nos separat. qd eē non solū melius sed ēt certi⁹ hoc bono pōt. Ecce dicit qꝛ charitate nihil melius ē Charitas ergo spūs sanctus ē qui est deus ꝛ donū dei siue datum. q diuidit singulis fidelibus dona nec ipe diuiditur sed idiuisus singulis dať. Añ aug. vbi Joānes dicit. nō ad mensuram christo dari spiritum ait. Ceteris vero diuiditur. non quidem ipe spiritus. sed dona eius.

An concedendū sit q p donū dētur dona

Hic queritur cuꝛ spūs sanctus per quem diuiduntur dona ipe sit donū vtrum concedenduꝫ sit q per donum quod est spiritus sanctus singulis ꝓpria diuidunť ꝛ ipm cōiter omnes boni habent. Unde augu. in. xv. lib. de tri. ait Per donum quod est spiritus sanctus in commune omnib⁹ mēbris christi multa dona que sunt quibusq ꝓpria diuiduntur. Non enim singuli quique habent omnia. sed hi illa. alii alia. quāuis ipsum donum a quo cuiq ꝓpria diuidunť omnes habeant. i. spiritum sanctum. Aperte dicit per donum dona donari.

Arca distinctionē

17. quero. Utrū necesse sit ponere charitatē creatā formaliť inherētem nāe btificabili. Qđ nō Aug. 8. de trini. ca. ii. vel. zi. Nul diligit ꝓximū. nīs est vt ipsam pcipue dilectionē diligat. dilectio aūt est deus. nīs igit est vt diligat deum. Quero quomodo accipit dilectionem in minoꝛe si formaliter habeo ꝓposituꝫ. si effectiue tunc erunt q̄ttuoꝛ termini qꝛ maioꝛ nō est vera nisi de dilectione formali qua diligit ꝓximus. Si ēt dicas q pter istam dilectionē que est spiritus sanctus est alia dilectio formaliter. ergo fallacia ꝓsequētis est in argumēto arguendo sic. diligit dilectionez formaliter. ergo hāc: qꝛ antecedēs potest verificari ꝓ alia. si ergo argumētum debeat tenere opz q deus sit formaliter dilectio que est formaliter in diligēte respectu ꝓximi. Item de trini. 15. ca. 19. vel. 49. nullū est usto dei dono excellētius. supple qđ est charitas. sed nullum donū dei est excellētius spū sancto. g spiritus sanct⁹ est charitas. Istud argumētum similiter nō valeret nisi esset de charitate formali. et q spūs sanctus pcise erit illa. Si dicať ad istas auctoritates q spūs sanct⁹ dicať charitas causaliť. Obuiat in hac lra magr adducēs aug^m q ipse intelligat formaliter, dicit enim in. 15, de tri. c. 17: vel. 18. neqz enim dicturi sumus non ꝓpterea deum dictum eē charitatē q ipsa charitas sit vlla sba q̄ dei digna sit noie, sed q donū sit dei sicut dictū est de deo. quoniam tu es patientia mea. nō vtiqz ꝓpterea dictum est qꝛ dei sba est nra patiētia, sed q ab ipso nobis est: sicut alibi legiť. qm̄ ab ipso ē patientia mea. hūc qppe sensum facile refellit scripturarū ipsa locutio. tale enim est tu es patientia mea: quale ē dñe spes mea ꝛ deus meus misericoꝛdia mea. ꝛ multa filia. nō est aūt dictū. dñe charitas mea: aut tu es charitas mea sed ita dictum est. deꝰ charitas est. sicut dictū est deus spūs est. Ꝓterea per rōnem ois creatura potest intelligi non bona: qꝛ est bona per participationem. sed charitas non pōt intelligi nō bona. videť enim bona per eēntiam. g ꝛc. Contra Aug. d moribus eccl̄ie. 4. c. ptractās illud ad Romanos. 8. Quis nos separabit a charitate xpi ꝛc. Charitas ingt dei hic dicta est virtus que animi nostri rectissima est affectio.

Arta istam questio /

i nem aliā in generali ꝓpone de habitu
Utrū sit necesse in habitu ponere rōnem ꝓncipij actiui respectu actus.

Qđ sic. habitꝰ est quo hīs vtiť cum voluerit ꝑm cōmentatoꝛē. 3. de aīa sup illud. opz vt in ea sit intellectus. hoc inq̄z est distinctio intellectus vt habitu intelligat illud qđ est ꝓpriū sibi vel ꝑm se ꝛ qñ voluerit absq̄z eo q indigeat in hoc aliquo exti inseco. sed vti cōpetit agēti. nam patiens ꝓncipio passiuo non vtiť

Ꝓterea q̄ttuoꝛ cōditiones attribuimus hīti habitum: ꝓmo q operať delectabiliť: faciliter: ꝛ expedite ꝛ ꝓmpte ex qualibet pōt argui ꝓpositū. Ex ꝓma: qꝛ actus qui fuit ꝓpus disconueniēs agēti nō fit ibi ꝓueniens nisi ipm inquātum agens aliter se habeat. igitur p istū habitū per quez cōuenit sibi sic opari fit conueniēs sibi, ꝛ ita delectabile seipsum hz inquantum agens. Ex secūda ꝓditione arguiť. qcqd est ex se sūme dispositū ad patiendū nō indiget facilitari vt patiatur. sed potētia habitualis sicut volūtas ꝛ intellectus est ex se summe dispositus ad recipiendū actus qꝛ nō hz cōtrariū. ꝛ ꝓpter hoc non indiget motu ad hīt agat. ergo habitꝰ p quē facilitať disponit ipsā ad agendū non ad patiendū. Ex tertia conditione arguitur. Quia cui competit impediri ei cōpetit expeditio sed impediri conuenit agēti qñ virtus eius actiua deficit ꝛ ab alia superať. igitur habitus per quē cōuenit alicui expedite opari est ipsius vt actiuū est

Ex q̄rta conditione arguiť: qꝛ cuius est tarde ꝛ nō ꝓmpte opari eius est etiā ꝓmptitudo. sz nō ꝓmpte opari cōuenit agenti inquantū actiuum nō passiuuz. g ꝛ ꝓmptitudo quam tribuit habitus ptinet ad agēť inquantū agēs. Ꝓterea ad ꝓncipale habitꝰ iclinat potentiā ad actum. duplex aūtē est inclinatio scz potentie passiue ad formam ꝛ potētie actiue ad agere. habitus nō inclinat ꝓmo modo. nā actus recipiť in potentia īmediate. aliogn actus pfectus ꝛ impfectus nō haberēt idem susceptiuū. ergo inclinat secūdo modo vt ꝓncipiū actiuū ad agere. qđ est ꝓpositū

Ꝓterea ꝑm phm. 8. phy. ꝛ. 2. de aīa. anima ante sciētiā ē in potētia eēntiali. hīs aūt sciētiā ē in potētia accītali. qđ aūt reducit de potētia eēntiali ad accītalē respectu operationis videť eē ꝓncipiū actiuū respectu eius qꝛ est quo hīs opať. vñ phs vult. 2. de aīa: q sicut scientia ē q̄ scim⁹. ita anima ē qua viuimus ꝛ sentim⁹ ꝛc. Et per ꝓns sicut anima ē quo agimus, actꝰ vitales. ita sciētia est quo actu speculamur

Ꝓterea aliqs habitꝰ est practicus ꝛ talis ē actiuus vt prudētia aliqs factiuꝰ vt ars rō practici in cōmuni ꝛ spāliter factiui videť ꝓcludere in tali habita rōnē ꝓncipij actiui. Cōtra. relatio nō est ꝓncipiuz actiuū nec aliqd eēntialiter includēs relationez. habitus autem est ad aliquid ꝑm phm. 7. phy. g ꝛc.

Cōfirmať rō: qꝛ nō min⁹ regriť entitas realis absoluta in ꝓncipio motꝰ q̄z in termino motꝰ. Si g ba-

bitus caret entitate absoluta que sufficiat ad terminandū motum ſm phz. 5. vel. 7. phy. multo magis caret ea que regrit in ꝓncipio actiuo. ℙreterea. ꝛ vni⁹ actionis videt ee vna potētia actiua. 5. phyſi. cōmēto. 7. ſed nō ſolū habit⁹ est potētia actiua respectu opationis: q⁊ tūc ipse habit⁹ eēt potētia: q⁊ potentia est qua ſimplr possum⁹: ꝛ nō eēt illud quo ſimplr ꝓficit potētia. ergo ſolū illud qđ ꝓficit per habitū est ꝓncipiū actiuū actionis. ℭonfirmatur ista rō: q⁊ vna rō regrit ꝓncipiū formale quo eliciat per se vnū. aggregatiuū aūt ex potentia ꝛ habitu ē vnū p accīs. nō p se. igit totū nō pōt ee quo respectu opationis per se vni⁹. ℙreterea accīs nō ē ꝓm agēdi in ſom ꝓpr ium. ſed opatio ad quā ponit habit⁹ recipit frequenter in potētia cui⁹ est ille habit⁹: ꝯ respectu iſti⁹ nō est habit⁹ ꝓncipiū actiuū. ℙreterea aliq habit⁹ ſūt in potētijs ſenſitiuis appetitiuis: ꝛ ille appetit⁹ non est actiuus: q⁊ ſm ℑoan. ſenſus nō ducit ſe ſed ducitur. ꝯ nec forma. i. habit⁹ eius pōt ee ꝓncipiū actiuū: q⁊ ſi eēt oporteret q ⁹ curreret cū potētijs in agendo.

ℭ iſtam ſecundam

a qōnē dicit q aliter est de habitu acqſito ꝛ aliter de habitu infuſo. nam ab alio ē act⁹ bois nāl⁹ ꝛ ab alio est expeditio actus ꝓpter indeterminationē quā habet natura respectu iſtius act⁹. Et ideo virt⁹ acqſita est perfectio nāe ¦ ſuppoſite in iſto ee cui cōuenit talis actio tunc ipſa tm facilitaret nām ſicut virt⁹ acqſita. ſed hoc ē falſum. imo ab eodē est ee gratuitū ꝛ ſimplr elicit actio gratuita ſm illū gradū. Ita q virt⁹ acqſita est virtus ſm illā rōnem virtutis q ponit. ꝛ. ethi. virt⁹ ē q hītē perficit ꝛ opns eius bonū reddit. ſed virt⁹ theologica nō ſic ſed ē virt⁹ ſm illā rōnē virtutis q ponit ꝓmo de celo. q. ſ. virtus est vltimū de potētia.

ℭōtra iſtā opi. ſi ſic intelligat q habit⁹ ſupnaturalis est ſimplr ꝓncipiū respectu act⁹. ℳrguo ſic. quo qſ pōt ſimplr opari illud ē potentia. ſed habit⁹ ſupnāl⁹ p te est hi⁹. igit habit⁹ ſupnālis erit potētia. añs patz q⁊ potētia est qua ſimplr ꝛ ꝓmo possumus agere.

ℙreterea ex hoc ſequtur vlteri⁹ q nō plus erit volūtas bona ſi opet per habitū charitatis q̄ lignū perficit in agēdo ſi agit p calorē ſibi accītalr inherentē. illa enim actione nō ꝓficit ſm forma p se cui⁹ forma le ꝓn^m actiuū ē act⁹ per act⁹ illius ſbi per ex^m. nam ſicut ex hoc nulla cōuenit actio ligno per formā ligni: ſz tm illi accīti qđ recipit in ipo. ita etiā videt q actio illa q cōpeteret charitati vt ꝓncipali ꝓncipio nullo modo cōpeteret volūtati vt volūtas. Ex hoc ſequtur vlteri⁹ q ſicut calor ſi eēt separat⁹ eque caleſaceret: ita charitas ſi eēt ſeparata eque ageret. naz ois forma que est ꝓncipiū totale agendi vt est in ſbo: ſi p se est pōt per ſa opari. Et ita ſequtur euidēter ꝓpositū: q habit⁹ est potentia. ℙreterea opatio nō elicitur libere cuius ꝓncipiū actiuū ē mere nāle ꝛ agēs p modū nāe. Sed habit⁹ eum nō ſit formalr volūtas nec p ꝓns formalr liber ſi est ꝓncipiū actiuū erit mere nāle. ergo operatio eius nō erit libera. ꝛ ita nullū velle erit liberū ſi eliciat ab habitu vt a totali ꝓncipio actiuo. ℙreterea tunc hō hns ſemel charitatē nunq̄z posſet peccare mortalr: qđ est incōueniēs. pbatō ꝓntie: q⁊ hns formā aliquā actiuā ſibi ꝑdominātem ſibi nunq̄z pōt moueri ꝫ inclinationē illius forme ꝑdominātis. ſicut nunq̄z corpus mixtū graue pōt aſcēdere ꝓtra inclinationē terre ꝑdnantis. ſed charitas ſi est ꝓncipiū actiuū totale ꝑdnatur ipſi volūtati q̄ non pōt in actū illū. ergo voluntas ſemp ſequtur inclinationem charitatis in agendo. ꝛ ita nunq̄z peccabit.

ℙreterea actus nō est meus q nō est in ptāte mea ſed actio ipſius habit⁹ non est in ptāte mea. q⁊ ipſe ſi est actiuus nō erit liber ſed ꝓncipiū nāle. ergo illō dī ligere nō erit meū nec potero dici agere iſta opatōe. ꝛ ita actiones meritorie nō ſunt volūtatis nec ſuppoſiti volētis qđ est incōueniens.

Alia uia poſſet dici q uirtu

tes acqſite ꝛ infuſe nō differūt modo ꝑdicto. ſed eodē modo cōparant ambe ad ſbam act⁹. Et tūc est vnus modus dicēdi. q actus hz ſbam a potētia. ſed intēſionē talem vel talē habet ab habitu. ita q quaſi duobus in actu. ſ. ſbe ꝛ intēſioni correſpondeāt duo in rōne ꝓncipij vel cāe. ℭontra iſtud arguo ſic. qa intenſio actus non est aliqd extrinſecuz accīs actui. ſed gradus intrinſec⁹ actui. ita q actus intēſus ē qđ dam p se vnū. ſicut hoc indiuiduū in ſpecie. nō ergo pōt ee aliud ꝓncipiū ſube huius actus ꝛ intenſionis ſue. q⁊ a quo est hoc indiuiduū ab eodē est gradus intrinſecus ꝓpr⁹ huic indiuiduo. nō enim pōt recipere nām ab aliquo ꝛ hāc ſignatam qn recipiat eam in certo gradu. Juxta hoc quaſi ex eodē medio poſſet argui ſicut ꝑus argutū est ad ꝓncipale. q⁊ cū actus intēſus ſit per se vnum ꝛ aggregatū ex potētia ꝛ habitu ſit vnū per accīs nō pōt totū hoc ee ꝓncipiū illius. Sed iſta forma arguendi non cogit vī poſtea ſolueī. ſed ꝓmum cogit q⁊ vī est hoc vnū inde habet certum gradū intrinſecū huic. ℙreterea ſecū do qñcūq̄z ꝓncipium actiuū nāl⁹ ꝯcurrit cum cauſa libera agente cauſa illa libera agente opz q illud ꝓncipium naturaliter coagat quantū pōt. Exemplum de voluntate ꝛ potentia inferiore naturaliter agente quātū est de ſe tale enim hz impediatur ab agendo quādo liberum non agit. tamē libero agēte ipſuz q⁊ per modū nature quantū est de ſe agit coagit illi libero quātū pōt. ergo ſi habit⁹ determinatus in volūtate det intenſionē determinatā actui tunc voluntate operāte ad ſubſtātiā actus neceſſario dabit habitus illam intenſionem ſibi correſpondentē. Et ita quantumcūq̄z ex modico conatu volūtas operet ſemper eſſet actus eius eque intenſus: q⁊ ipſa cauſante ſubſtantiā actus habitus quia agit per modum nature cauſaret quod ſinz est neceſſario. ℙreterea ſi habitus det intenſionē actui hoc erit in aliquo gradu finito. ſignetur iſte gradus ꝛ ſit. a. volūtas igitur cum habitu illo poteſt habere actum intēſum in hoc gradu fiat aliqua alia voluntas perfectior iſta voluntate ſm ꝓporꝛtionem. a. gradus ad actū in infimo gradu: puta ſi. a. eſt gradus 4⁹ in actu fiat volūtas excedens primaz volūtatē in. 4. gradib⁹. iſta igitur voluntas ſine habitu poſſet habere actum eque intēſum ſicut illa voluntas cum habitu. ergo nō preciſe est ſubſtantia actus a potentia ita q⁊ non intenſio.

ℙreterea ſola volūtas infinita circūſcripta omni ratione habitus poteſt habere actum infinitum. ergo voluntas in quocūq̄z gradu nature poteſt in actū determinati gradus antecedēs patet. q⁊ voluntas infinita non est receptiua alicuius habitus: q⁊ nō deficit ſibi aliqua perfectio poſſibilis voluntati. conſequentia probatur: q⁊ ſicut ſum mū ad ſummum: ita ſimpliciter ad ſimpliciter ꝛ quilibet gradus ad gradum ſibi correſpondentez.

Tertio modo attribuendo

bitui aliquo mō rōnē ꝓncipij actiui reſpectu actus pōt dici q hit⁹ est cā ptialis actiua cū quo ai potentia q ēt ē cā ptialis reſpectu actus pfecti pcedētis a potentia ꝛ habitu ſz ipſa poſſet ee totalis cā impfecti precedentis generationē habit⁹. Et tūc de diſtinctione illarum cauſarū partialiū. Et etiam quomodo faciant vnā per ſe cām totalē. dicendū eēt ſicut dcm ē ſupra di. 3. in qōne de cā notitie genite. Sed tūc

est dubitatio cum illa duo non sint cā eiusdē ordinis vel rōnis: sicut duo trahentes nauim qō eox hz rōnem cāe pōris. videt q habit⁹: qz cāe pōris ē determinare secūdā nō ecōuerso. habit⁹ aūt determiat potentiā ad agendū ꝛ nō ecōuerso ꝛ inclinat eam. Inclinare aūt est supioris respectu inferioris nō ecōuerso.

Sed oppositū huius videt: qz potētia vtit habitu non econuerso. ꝛ qō vtit alio est p̄ncipalius in agendo ꝛ illud quo vtit quasi instrm vel causa secūda respectu eius. Silr secūdo potētia est illimitatioz in agendo q̄z habit⁹ eo q ad plura se extendit. sed superioz causa videt esse illimitatioz extēsiue. ergo ꝛc.

Preterea tertio sic. habit⁹ est causa nālis. igitur si ipsa est causa p̄ncipalis mouēs potentiam. moueret eam per modū nature. ꝛ per cōsequēs cum potētia agat eo modo quo mouet ageret per modum nature. Nam agēs qō agit inquātum mouet si mouet per modū nāe agit etiā vlterius per modū nature. ꝛ ita ois actio potētie habitualis eēt nālis ꝛ nulla libera. qō incōueniēs est. Item quarto habit⁹ eēt potētia. qz eēt illud quo p̄mo hūs pōt operari. Preterea qnto: qñ sunt due cāe ordīnate quarū vna est causa alterius illa que est cā alterius est supioz causa. sed potentia est causa habitus saltē mediātibus actibus ꝛ nullo modo ecōuerso. Concedo igit ꝓpter istas rōnes q tenendo habitū esse causam partialē respectu actus erit causa secūda ꝛ nō p̄ma. sed ista potētia erit causa p̄ma ꝛ absolute non indiget habitu ad operandū. Minus tñ perfecte opabitur sine habitu: q̄z cum habitu ꝛ opposito equali conatu ex parte potentie. Quia qñ due cause concurrūt ad aliquē effectum vna sola nō potest ex se in ita perfectuz effectuz sicut ambe simul. Et hoc modo saluat quare actus est intensioz a potētia ꝛ habitu q̄z a potētia sola. nō quidez q potētia sit causa subē actus. ꝛ habitus sit causa intensionis quasi duobus causatis coꝛrńdent due cause. sed q ambe cause cōcurrētes p̄nt ꝓducere effectū perfectioꝛem q̄z altera sola. qui tū effectus ꝑm se totum ꝛ vt per se vnus est a duabus causis. sed ī diuerso ordine cāntibus. Contra istā opi. arguit sic. nulla distincta specie sunt equoce cause sibiinuicē agentes habitus ꝛ actus distinguunt spē. ergo non sūt sibiinuicē cāe equoce agentes. sed actus necessario ē causa equoca in generatione habitus: acqsiti saltem ergo nō ecōuerso. ꝓbatio maioris: qz causa equiuoca eminēter cōtinet in se perfectionē effectus. nō autē p̄nt duo distincta specie se inuicē eminēter cōtinere.

Preterea cōparando ad eādem cām p̄mam duos effectus videt q alter istoz habeat determinatū ordinē mediatū vel īmediatū pōrem vel posterioꝛē ꝛ hoc loquēdo de tota specie alterius istoz duorum effectuum. hoc apparet inductiue in passionibus cōsequētibus idem sm̄ in quo est necessario determinatus ordo: qz vna imediatius seqtur sm̄ q̄z altera ꝛ hoc ꝑm totā spēm: ita q ille ordo nō variat in qbuscunq; indiuiduis spēi. igit respectu potētie que ē cā cōmunis ꝛ habit⁹ habebūt isti duo effectus ordinem determinatum. qz vel necessario act⁹ ꝑm totaz spēm precedit habitū vel ecōuerso. Et cum aliquis actus de necessitate precedat habitū vt causa ei⁹. habitus oīno nō precedet aliquē actum vt eius cā per se.

Preterea si habit⁹ sit causa partialis respectu actus ꝛ equoca. igit causa huius cāe erit pfectioꝛ causa equoca eiusdē actus. cōsequentia patet: qz in causis equiuocis causa cāe perfectioꝛ causa est q̄z causa primioꝛ causato. sed actus est causa generationis habitus. igit si potentia cum habitu pōt in actum pfectū multo magis fuisset sub actu generatiuo habit⁹ posset in eūdem actū perfectū qō videt inconueniens. qz duo actus pfecti non p̄nt esse in eadem potentia.

aut saltem si possunt nō videt q ynum istoꝛum possit eē aliquo modo p̄ncipiū actiuū respectu alterius.

Preterea si habitus est q̄si causa secūda supplēdo aliquē gradum causalitatis qui deest potentie. posz igit fieri habitus ita pfectus q suppleret vicē totius potentie. ꝛ ita aliqs habitus solus sine potētia posz esse causa sufficiens ꝛ in rōne habitus ꝛ in rōne potētie. Et vniuersaliter in agētibus eiusdem rōis vī q ita possit intēdi virtus vnius qō equabitur duobus

Preterea si teneret q in motu intēsionis ꝛ remissionis induiduū p̄ristēs coꝛrūpatur necesse eēt ponere habitū non esse cām actus: qz coꝛrumpit illo actu quo intendit: causa autē non est causa qñ coꝛrūpit qz quod non est nullius est causa.

Qui vellet tenere conclusio

nem istarum rōnū posset negare ab habitu oēm rōez p̄ncipij actiui. Et diceret q habitus tñ inclinat ad opationē q̄si actus pōr cōueniens cū actu secūdo ꝛ determinās ad actū illū. sicut grauitas est actus pōr determinās ꝛ inclinās ad determinatū vbi: lz ꝑm antiquos grauitas nō sit p̄ncipiū respectu esse i illo vbi ꝛ illud videt ꝓbabile: qz nulli dz attribui causalitas respectu alicuius nisi talis cālitas sit euidēs ex natura rei vel cāe vel causati. nulli etiā cāe negāda est pfecta cālitas nisi manifeste appeat impfectio causalitatis in ea: qz nullā nām negādum est pfectionē hēre q̄ nō est euidēs eam carere. nulla aūt videt necessitas ponere aliquā cālitatē actiuam in habitu respū actus: qz sine hoc saluabunt oēs cōditiones que cōiter attribuunt habitui: nulla est ēt necessitas auferēdi a potētia pfectā rōnem cālitatis: vt attribuatur potialis cālitas potentie. ergo non est aliq̄ habitui attribuenda. assūptū pz: qz ille q̄ttuoꝛ cōditiones que habitui attribuunt videlz q ē quo hūs facilr opat: delectabilr: pmpte: ꝛ expedite saluant ꝓpter solā inclinationē habit⁹ quā tribuit potētie vt receptiua ē opationis. delectatio qdem est ꝓpter cōditionē recipiētis cui cōuenit opatio recepta ꝛ obm circa qō ē operatio. numq; enim delectatio ē in factione q̄ p̄cise est factio: lz qz actio ē in agēte pōt eā actio delectabilis ꝓpter ꝓuenientiā agētis ad obm. hāc aūt ꝓuenientiaz pōt tribuere habitus ex hoc q inclinat ad actionem ꝛ obm. q̄z delectabilitas nō includit rōnem p̄ncipij sed tñ ꝓueniētiaz p̄ncipij passiui ad potētiā ꝛ obm. ꝛ hoc q̄tum est ad actionem que est de genere qualitatis non que est de genere actionis. de qua differētia actionum dictum est supra di. 3. q quedam ē operatio que est q̄litas. ꝛ illa conuenit potētie habituate que per habituz inclinat ad talem actum ꝛ ad obm terminās talē opationem. non habituate autem nō sic conuenit nec talis forma nec tale obiectū. Similiter quo ad conditionē secūdam difficultas in opatione accidit ex hoc q receptiuū opationis nō est dispositum ad recipiendum ꝛ nō solū ex defectu virtutis actiue. ergo si receptiuum sit dispositum erit facilitas in agendo inquātum agens agit circa tale passū

Similr de expeditione ꝛ ꝓmptitudine. nam impeditio ꝛ retardatio agētis in agendo pōt esse ꝓpter indispositionē ipsius passi potissime quādo idem est agens ꝛ patiēs vel recipiēs: ita qz iō̄m non operabitur ꝓmpte qz est indispositum ad operādum. hec ēt indispositio non est ad agēdum actione de genere actionis. sed ad hūdū actionem de gñe qualitatis. Nihil enim dicitur formalr operari inquantū elicit operationem. sed inquantum recipit eam in se. Qualiter autem omnia alia habitui attributa saluantur attribuendo totā actionē potētie ꝛ nullā habitui patebit soluēdo argumēta ad p̄ncipale. Sic igit pz q̄liter duab⁹ p̄mis vijs de habitu tanq; inconueniētibus

derelictis due vltime tanq̃ pbabiles pñt sustineri
s. tertia ⁊ quarta attribuẽdo ſm tertiã aliquã cãlita-
tem habitui nõ solũ rõne pncipij passiui. Vel ſm q̃r-
tam negando ab habitu rõnẽ actiui. ⁊ q̃ sit tanquam
forma inclinãs ad aliquã formã vlteriorẽ recipien-
dam lz nõ sit rõ recipiẽdi respectu eius. sicut grauí-
tas inclinat deorsum lz nõ sit rõ receptiua eius qõ est
deorsum. sed corpus inquãtũ est receptiuũ alic⁹ vbi
Argumẽta que sunt ꝓtra istas duas vias vltimas:
qr vtraq̃ põt pbabilr sustineri postea soluentur ſm
alterutram istam.

Dc tenendo de actu

b quo ad subam act⁹ sine quo ad gradum
intrinsecũ. Restat ingrere vlteri⁹ de bo
nitate accñtali act⁹ q̃lis est bonitas mo-
ralis ⁊ de habitu morali. Utrũ habit⁹ moralis in
quãtũ virt⁹ sit aliquo modo pncipiũ actiuũ respectu
bonitatis in actu. Nõ sic videt qr per Arist. 2. ethi. v
tus est que hñtẽ perficit ⁊ opusei⁹ bonũ reddit. Et nõ
reddit bonũ illud in rõne pncipij passiui. qr nõ est rõ
recipiendi. ergo in rõne pncipij actiui. Preterea
virtus est dispõ pfecti ad optimũ ex. 7. phy. nõ ẽ aũt
dispõ passiua: qr vt ꝑus nõ est rõ recipiendi g̃ actiua
Cõfirmat rõ: qr sic se hz optimũ ad optimũ. sic bo
nũ ad bonũ. sed cum optima rõ sit pncipij actiui. er-
go ſm istã rõnem virtus perficit potẽtiã. ⁊ ita ad agẽ
dum. Preterea virt⁹ ẽ moderatrix passionũ. non
moderat aũt per rõnẽ pncipij passiui. qr obm ex quo
ẽ cã nãlis cãt actũ ſm vltimũ potẽtie sue. ergo quan
tum põt si nõ impediat per aliqd ꝓtraagẽs. igit agẽs
impediẽdo obm sic sũme agere in repmendo passio
nem moderat eam per rõnem pncipij actiui. Pre
terea. 4. sic dicit phs. 2. ethi. q nõ hñs iustitiam ⁊ si
possit opari iusta nõ tñ iuste. ⁊ ita de alijs actibus. bo
nitas aũt moralis regrit opari iuste vel fortiter. ⁊ sic
de alijs. ergo virtus est tale pncipiũ act⁹ inquãtũ bo
nus. qr sine ea non posset esse actus bonus.

Sed oppositum huius ar/

guit per hoc q bonitas moralis in actu nõ dicit nisi
relationẽ. qr actum ee circũstãtionatũ debitis circũ-
stãtijs nõ est aliqd absolutũ in actu sed tñ cõparatio
debita actus ad illa qb⁹ debet cõuenire. g̃ illud non
hz aliqõ pncipiũ actiuũ ppriũ: sicut nec aliqs respe-
ctus. Preterea si habitus inquantũ virt⁹ eet pnci
piũ actiuũ bonitatis moralis in actu cum habit⁹ nõ
sit virtus nisi ex respectu. s. ex cõformitate ei⁹ ad pru
dentiã. est enim habit⁹ electiu⁹ medij vt determia-
tur a recta rõne. ergo aliqua rõ respectiua in habitu
eet rõ pncipij actiui qõ est impossibile.

Quantuz ad istuz articuluz

dici põt q sicut pulchritudo nõ est aliq̃ qualitas abso
luta in corpore pulchro. sed est aggregatio omnium
ꝓueniẽtiũ tali corpori puta magnitudinis figure et
coloris. ⁊ aggregatio oĩum respectuũ q sunt istor ad
corpus ⁊ ad se inuicẽ. Ita bonitas moralis act⁹ ẽ qua
si qdem decor illius act⁹ includẽs aggregationẽ de-
bite ꝓportionis ad oĩa ad que dz act⁹ ꝓportionari.
puta ad potẽtiã: ad obm: ad tps: ad finẽ: ad locuz: ad
modũ. ⁊ hoc spãliter vt ista dictant a recta rõne de-
bere cõuenire actui. Ita q oĩbus possumus dicere q
ꝓuenientia actus ad rõnem recta est qua posita act⁹
est bon⁹: qr nõ posita qbuscũq̃ alijs ꝓueniat nõ est bo
nus: qr quãtũcũq̃ actus sit circa obm qualecũq̃ si nõ
sit ꝑz rõnẽ rectã in opante puta si ille non habeat re-
ctã rõnem in opando. nõ est bon⁹ actus. pncipalr igi
tur cõformitas actus ad rõnem rectã plene dictan
tem de circũstantijs oĩbus debitis illius act⁹ est bo-

nitas moralis actus. hec aũt bonitas nullũ hz pnci-
piũ actiuũ sicut nec aliqs respectus. maxime cum il
le respectus cõsequat extrema posita ex nã extremo
rum. impossibile enim est actũ aliquẽ poni in esse ⁊
rõnem rectã in esse qn ex natura extremor cõsequat
in actu talis conformitas ad rõnem rectã. rlr autez
ꝓus extrema necessario non hz cãm ppriã aliam ab
extremis. Quãtum igit ad istã ꝓditionẽ actus accñ-
talẽ que est bonitas moralis nõ opz aliquẽ habitum
hẽre aliquã rõnẽ ppij pncipij actiui nisi inquãtũ ha
bet rõnem pncipii actiui respectu sbe actus qui act⁹
natus est ꝓuenire cõpleto dictamini prudẽtie. Et ad
illũ actũ in se inclinat habitus aliquis ex natura ha-
bitus. Et ex hoc ex ꝓñti inclinat ad actũ qui sit cõfor
mis recte rõni si recta rõ insit operanti. Sicut dictũ
est de bonitate morali actus. Ita ꝓportionabilr di-
cendũ ẽ de habitu q virt⁹ moralis nõ addit sup sbaz
habitus vt est forma de genere q̃litatis nisi ꝓformi
tatẽ habitualẽ ad rationẽ rectã. Idem enim habitus
in nã qui generaret ex actibus abstinẽtie elicitis cũ
rõne erronea in eliciẽte manẽs post cum rõne recta
eet post virtus abstinẽtie. ⁊ ꝑus nõ fuit habit⁹ virtu
tis q̃diu nõ fuit rõ recta abstinẽdi. nec tñ aliqd mu-
tatum est circa istũ habitũ in se sed tñ nunc cõiungit
prudẽtie ꝑus nõ. Coniũgi igit prudẽtie attribuit ha-
bitui vt ẽ forma de genere q̃litatis eẽ virtutẽ. quan
do iste habit⁹ ex nã sua natus est eẽ ꝓformis prudẽtie
Et ita nihil aliud in entitate absoluta dicit habit⁹ q
virt⁹ moralis ab illo qui est talis in nã ⁊ nõ virt⁹ si sit
sine prudẽtia. ⁊ per ꝓñs nullam aliã cãlitatẽ põt hẽre
vt est vtus q̃z vt ẽ talis q̃litas nãlis: nisi qr vt cõiun-
git prudentie natus est eẽ cã secũda quasi directa a
prudẽtia respectu effect⁹ cõis amborz. vt aũt est sine
prudẽtia nõ põt eẽ cã secũda respectu eiusdẽ effectus
sicut visus in frenetico nõ põt eẽ potẽtia libera p pti
cipationẽ: qr ille nõ põt habere vsum volũtatis que
est potentia libera per eẽntiam. In sano aũt hz vsus
potentie libere per participationẽ ⁊ est cã quasi secũ
da respectu voluntatis. Sed adhuc quãdo est causa
se cũda respectu prudẽtie cãlitatẽ ppriã cõuenientez
sibi in suo ordine cãndi hz ꝓcise ex hoc q est talis for-
ma vel q̃litas quedã in nã. non autẽ per respectũ cõ
formitatis vel ꝓueniẽtie ad prudentiã sed nec vt cã
secũda põt aliquã cãlitatẽ habere respectu actus nisi
ratione nãe absolute in ipsa. ⁊ nõ ex tali ꝓiũctiõe pru
dentie: qr lz causa secũda cõiuncta ꝑme aliter agat q̃z
sine ea: non tñ hz virtutẽ ppriam actiuã ex ꝓiunctio
ne tali. sed ex nã sua absoluta. ergo nec ex parte actus
inquantũ est bonus moraliter. nec ex parte habit⁹ in
quantũ est virtus moralis potest inueniri rõ specia-
lis ſm quã virtus vt virt⁹ sit pncipiũ actus vt bon⁹
moraliter nisi ista que est ex parte habitus ⁊ act⁹ quã
tum ad nãm eorz. Istam ergo igntam viã de actio
ne virtutis moralis respectu act⁹ vt est bonus mo-
raliter non opz pertractare quasi aliã ab illis que tã-
gunt de suba habitus ⁊ suba actus. Et ita breuiter q̃z
tum ad totã qõnem istã opz tenere vel tertiã vel q̃r-
tam viam de omni habitu.

Tenẽdo tertiam viam que

videt plus attribuere habitui põt dici sic. q si cut si
eet in lapide grauitas aliqua q nõ eet sufficiẽs pnci-
pium actiuũ respectu descẽsus deorsum. eet tñ par-
tiale pncipiũ actiuũ sicut dicet in secũdo lib. de gra
uitate sufficiẽte q est totale pncipiũ actiuũ respectu
descensus. Ista inquã grauitas diminuta cũ alia po
tentia motiua pncipaliter mouẽte ad descensuz pos
set diminute agere ita q potentia alia motiua ex eq̃
li conatu agente descẽsus esset velocior qui cãret ab
ista potẽtia motiua ⁊ grauitate diminuta intrinseca

mouẽte q̃ ille q cãretur a sola po[a] motiua extrinseca cũ equali conatu mouẽte. potẽtia tñ motiua extrinseca posset cũ tanto conatu mouere corp[us] neutrũ cuius nulla eẽt grauitas nec leuitas sicut illud corpus moueretur ꝛ a grauitate intrinseca ꝛ a potẽtia motiua extrinseca remisse agente. Ita in ꝓposito habitus mouet potẽtiã quasi quoddã põdus qui tñ ex se nõ sufficit ad eliciendum actiue ipsam operationez. Sufficit autẽ sola virtus potentie actiue sine tali pondere ꝫ qñ ambo ꝯcurrũt ita tñ q̃ nõ minor vl̃ maior sit conatus ex parte potentie nũc q̃ ꝫ prius pfectior operatio elicitur q̃ posset elici ab ipsa potẽtia sola. Et videt ꝓ ista via esse experientia cõis qua quis põt experiri se habituatũ ex equali conatu posse habere pfectiorem operationẽ q̃ ꝫ posset habere nõ habituat[us] que pfectio actus nõ posset attribui habitui si eẽt tantũ ꝑncipium passiuũ inclinãs q: saltẽ vt videtur in priori instanti nature in quo elicitur prius q̃ ꝫ recipiatur in po[a] esset equalis rõ principij actiui in eliciẽdo. ꝛ ita eque perfecta operatio eliceret equali conatu a potẽtia habituata sicut a nõ habituata.

probat Augu. s. q̄ essentia diuina non est genus. nec persone species. vel essentia non est species. nec persone individua. Una inquit essentia nō habet species. sicut vnum animal non habet species. Pater ergo ⁊ filius ⁊ spiritussanctus non sunt tres species vnius essentie. Diuina ergo essentia genus non est. sed nec species est essentia diuina. ⁊ persone individua: sicut homo species est. Individua aūt abraam. isaac ⁊ iacob. Si enim essentia species est vt homo. sicut non dicitur vnus homo esse abraam isaac ⁊ iacob. ita non dicetur vna essentia esse tres persone. Non itaq; secunduz genus ⁊ species ista dicimus.

Nec secundum materialem causam dicuntur tres persone. vna essentia.

Idem. **Notandum etiam q̄ essen**
tia diuina non est materia trium personaruz vt Augustinus in eodem libro docet tanquā secūdum cōmunem eandemq; materiaz tres persone dicantur esse vna essentia. sicut ex eodem auro si fierent tres statue. diceremus tres statuas vnum aurum. Non autez sic trinitatem. i. tres personas dicimus vnam eēntiam. ⁊ deum vnuz tanq̄ ex vna materia tria quedam subsistant. In statuis enim equalibus plus auri est tres simul q̄ singule. ⁊ minus auri est vna q̄ due. In illa vero eēntia trinitatis nullo modo ita est. Non ergo p̄m materialez causam tres personas vnaz dicimus esse substantiam vel essentiam: sicut tres statue dicuntur vnum aurum.

Nec ita dicuntur tres p̄sone vna essentia: vt tres homines vna natura vel vnius nature.

His quoq; addendum est
q̄ tres personas nō ita dicimus esse vnā eēntiaz. vt Augu. in eodē ait. vel vnius essentie. Augu⁹. sicut dicimus aliquos tres homies eiusdem sexus: ⁊ eiusdē temperationis corporis. eiusdēq; animi vnā eē naturam vel vnus nature Nam in his rebus nō tm̄ est vnus hō quātū tres homines simul. ⁊ plus aliqd sūt homies duo q̄ vnus homo. sicut in statuis eē dicim⁹ ac in deo nō est ita. Non. n. maior essentia est pater ⁊ filius simul q̄ solus pater vel solus filius. sed tres simul ille persone equales sunt singulis. Ex premissis patet q̄ tres persone dicuntur diuina essentia. nec p̄m materialē cām vt tres statue vnū auz. nec p̄z complexionis similitudinem. vt tres homines vnius nature. nec vt genus predicatur de speciebus. vel vt species ⁊ individuis. i. continens de cōtentis. maius de minoribus.

Que videntur aduersari predictis.

His autez videntur aduer
sari: que quidam sacre scripture tractatores catholici in suis scriptis tradiderūt. In quibus significare videnť q̄ essentia diuina sit quoddam cōmune ⁊ vniuersale velut species: tres vero persone sunt tria particularia: tria īdiuidua numero differētia. Unde Jo. damas. in ter doctores grecorum maximus. in lib. quē de trinitate scripsit. quem ⁊ papa Eugenius transferri fecit. ait. Communia ⁊ vniuersalia predicantur de subiectis sibiipsis particularibus. Cōmune ergo substantia est. particulare vero hypostasis. id est persona. Particulaŕ autem dicitur non quod partez nature habz. sed particulare numero. vt athomus. i. individuum. Numero enim ⁊ non natura differre videntur hypostases. Item in eodem. Substantia significat communem ⁊ circumplexiuam speciem homoydeon. i. similium specie. hypostaseon. id est personarum. vtputa deus homo. Hypostasis autem individuū demōstrat. s. patrem filium ⁊ spiritumsanctuz. Petrum Paulus. ⁊ huiusmodi. Ecce aperte di Jo. da.

cit substantiam ee vniuersale hypostasim vo particulare: t q deus est species vt homo: t q pater t filius t spiritussanctus sunt indiuidua: sicut Petrus t Paulus: eo q numero differunt. que premisse sententie Augustini penitus cõtradicere videntur. Quid ergo dicemus ad hec? Hoc vtiq dicere possumus atq debemus: q ea que aug. tradidit superius sine omni hesitatione tenenda sunt.

Verba augustini tenẽda dic.

Qõ sane pñt intelligi que ioãnes dicit: t quo modo ostendit.

Hec autem que hic dicun/

tur: lz in sermõis superficie aliquid a fide alienum resonare videãtur: sane tamẽ intelligi q unt. piũq lectorẽ atq; intellectorem plurimuz efflagitant. In quorũ explanatiõe mallẽ silẽs alios audire: q̃ loquẽdo malignolis detrahendi occasionẽ prestare. Videtur tamẽ mihi ita posse accipi cũ ait Substãtia est commune. t hypostasis ẽ particulare. Nõ ita hoc accepit cum de deo dicãtur vt accipiuntur in philosophica disciplina. Sed p similitudinẽ eorũ que a philosophis dicũtur locutus ẽ. vt sicut ibi cõmune vel vniuersale dicitur quod pdicatur de pluribus. particulare vero vl indiuiduum quod de vno solo. ita hic essentia diuina dicta est vniuersale. quia de omnibus personis simul: t de singulis separatim dicitur. Particulare vero singula quelibet personaz quia nec de aliis communiter: nec de aliqua aliarum singulariter predicatur. Propter similitudinem ergo predicationis substantiaz dei dixit vniuersale: t personas particularia vel indiuidua. Propter hoc idem etiam eandem diuinam essentiam dixit esse speciez cõmunem t circumpletiuam similiuz specie personarum. Quia sicut hec species homo de suis predicatur indiuiduis: velut de Petro et paulo t alijs: nec ista specie differunt. sed conueniunt. Ita deus de tribus predicatur personis: que in diuinitate non differunt: sed per omnia conueniunt. Hanc ergo similitudinẽ inter res sempiternas t res temporales perpendens Joannes: vniuersalitatis t particularitatis nomina: que rebus temporalibus proprie conueniunt: ad res eternas trãstulit. Augustinus vero maiorem videns dissimilitudinem quã similitudinem inter res predictas ab excellẽtia trinitatis predicta nomina remouit.

Ex quo intellcũ dixẽit q ſba di sũt spẽs vel vle t psone indiuidua

Ex quo sensu dixerit personas differre numero.

Od ãt ioãnes dicit hypo/

stases differre nũero non natura Jn eo q nõ differre natura ait] verissime t scrupulo loqui

tur. Quod vero dicit differre numero: cauendũ est quomõ intelligatur. Diuersis enim modis dicuntur aliqua differre numero.

Quibus modis dicantur differre numero. t secundum quem modum possit conuenire personis.

Dicũtur enĩ aliqua differre

numero: quando ita differunt. vt hoc non sit illud nec aliquid quod illud est: vel in ipso est qualiter differunt. Socrates t plato. t hmõi q̃ apud philosophos dicuntur indiuidua vl particularia. Juxta quem modum non possũt dici tres persone differre numero. Dicũtur quoque differre numero: que in enumeratione siue computatione non sibi adiũguntur: sed a se inuicem discernuntur. vt cum de aliq bus rebus loquentes dicimus. vna. due. tres t secundum hunc modum forte dixit Joannes: hypostases. i. personas differe numero Possumus enim dicere. pater ẽ vnus. t pt filius sunt duo. t pater t filius t spiritussanctus sunt tres. Et idem. Hec persona est vna t hec t illa sunt due. t hec t illa t alia sunt tres Conuenientius tamen tres ille persone proprietatibus tantum distingũt dicunt de quarum distinctione secundum proprietates in sequenti tractabitur. Nunc vero ad inceptuz redeamus: que dicta sunt repetens: vt sepius versando familiarius innotescant.

Argumtatio augusti. ꝙ hẽticos q̃ odit pẽz t filiũ t spiritũsc̃m non esse partes i trinitate.

Quod vna persona non est maior alia. nec tres simul q̃ vna. t hoc ratione ostendit catholica.

Sciendum est ergo tantam

equalitatem esse in trinitate: vt ait augustin9 in. viij. libro de trinitate. vt non solum pater non sit maior q̃ filius sed nec pater t filius simul maius aliquid sunt quã spiritussanctus aut quelibet persona minus aliquid sit quam ipsa trinitas. Quod autem ita sit: aliquo modo si fieri potest demonstrandum est Quantum ergo ipse creator adiuuat attendamus Jnquit Augustinus in eodem quomodo in hac trinitate due vel tres persone: non sunt maius aliquid quã vna earum.

Augus.

Ratione vtitur subtilissima ad ostendendum q̃ ita sit.

Quod ibi magnum dicitur

aliunde magnum non est. quã eo quo vere ẽ quia ibi magnitudo ipsa veritas est. t veritas essentia. Non ergo ibi maius est quod verius non est. Non autem verius est pater t filius simul quã pater solus vel filius. Non ergo maius aliquid vtrunque simul quam singulis eorum. Et quia eque vere est etiam spiritussãctus. ideo pater t filius simul nõ sũt aliquid maiꝰ q̃ ipe: qz nec viꝰ sũt. Jtẽ in eẽntia vitatis hoc est verus eẽ. quod est esse: t hoc est esse

qđ ẽ magnũ eẽ. Hoc ẽ ergo magnũ eẽ qđ verũ eẽ. Qđ igit ibi eque verũ est ⁊ eq̃ magnuz ẽ. Qđ ergo ibi plus vitatis nõ bz: nõ habet plus magnitudinis. Plus aũt vitatis non bz qđ veriꝰ nõ ẽ. Nõ ẽ aũt verius vna perso na quã alia vel due quã vna vel tres sil' quaz singula. Nõ ergo plus vitatis bz vna quam alia. vel due quã vna. vel tres simul quam sin gula. Sic ergo ⁊ ipsa trinitas nõ ẽ maius ali-quid quã vnaquęq; ibi psona. sed taz magnũ quã singula. Non enim ibi maior ẽ que veri or nõ ẽ vbi ipsa vitas ẽ magnitudo. Ecce mo do ꝓueniẽti ⁊ rõne catholica oñsum ẽ quõ in-differens sit magnitudo trium personarum. q: nec vna maior est alia. nec due vna. nec tres simul maius aliquid quã singula.

Qđ deus non ẽ dicẽdus triplex sz trinus.

Preterea cum deus dica- / tur trinus: nõ tñ debet dici triplex. Ibi enim non est triplicitas vbi summa est vnitas ⁊ in differens equalitas. Unde Augustinus in libro. vi. de trinita. ait. Non quoniam deus trinitas est ideo triplex putandus est. alioquí minor esset pater solus vel filius solus quam simul pater ⁊ filius. Cum itaq; tantus est pa-ter solus vel solus filius vel solus spiritus sã-ctus quantus ẽ simul pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus. nullo modo triplex dicendus est de-us. Non enim pater cuz filio ⁊ spiritu sancto maior deus est quã singuli eorum. q: non est quo crescat illa perfectio. Perfectus autez est pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus. ⁊ perfectꝰ di-citur deus singulus eoꝝ. Et ideo trinitas po-tius quã triplex dici debet.

Quod non est ita in rebus corporeis vt in trinitate.

In rebus corporeis nõ tan- tum est vna quantum tres simul. ⁊ plus sunt due quã vna res. In trinitate vero summa tã tum est vna persona quantum tres simul. ⁊ tã tum sunt due quantuz vna et in se infinite sũt quia non est finis magnitudinis earum. Ac per hoc aperitur quod superius dictuz ẽ quo modo singula sunt in singulis ⁊ omnia in sin gulis ⁊ singula in omnibus ⁊ omnia in omni bus. ⁊ vnum in omnibus est ⁊ vnuz omnia. Ecce iam ostendimus sufficienter qualr̃ i tri-nitate aliq̃ psona alią nõ supet magnitudine:

Ecundo quero de circũcisione diuinarũ psonarũ. Utrũ quelibet psona diuina sit in alia. Et ar-guit̃ q nõ: q: si qõlibet eẽt in quolibet ſz opi. anaxa. eẽt maxima cõfusio. g̃ si psone diuine es-sent in se inuicẽ cõfuse essent. qđ est ꝓ illud athanasij:

nec ꝓfundẽtes psonas nec subam separãtes. Et ꝓfir-mat̃ rõ: q: indiuisibile nõ distinguit̃ ab indiuisibili: nisi sit extra illud qđ ꝓbat̃ ꝑ phm. 6. phy. q: duo in-diuisibilia sil' posita nõ faciũt mai' q: sic eẽnt vnũ in diuisibile. igit̃ cũ psone diuine sint indiuisibiles si sũt sil' nõ sũt distincte. Preterea si cũ psonã eẽ in psõa eẽt distinctio aliq̃. g̃ ⁊ cõpõ. pbatio ꝓntie: si aliqd eẽt in deitate qđ nõ eẽt ipsa tũc deitas eẽt cõponibil' vel cõposita. qđ pz ꝑ Aug. de ciui. dei. io. ⁊ ponit̃ dist. 8. Ideo simplex ẽ deꝰ: q: ẽ illud qđ bz excepto q psona dr̃ relatiue ad aliã ⁊ nõ ẽ ipsa. g̃ si psona bz aliqd in se qđ nõ ẽ ipsa ipsa ẽ cõposita vel cõponibilis. qđ ẽ falsũ ⁊ ꝑus improbatuz. Item in eodẽ in quo ẽ filiꝰ ẽ fi-liatio in pr̃e ẽ filiꝰ per positã circũcessionẽ. ergo in pa tre ẽ filiatio. Et vlterius illud in quo ẽ filiatio ẽ filius g̃ pr̃ eẽt filiꝰ. Preterea si pr̃ ẽ in filio ⁊ filiꝰ ẽ in patre g̃ pr̃ ẽ in se. ꝓntia ꝓbat̃ ꝑ phm. 4. phy. Si aer ẽ i igne ⁊ ignis in celo. g̃ aer ẽ in celo. igit̃ a sili hic. Et con firmat̃ ꝑ illud phi in ꝓdicamẽtis qcqd sequtur ad ꝓdi catũ sequtur ad sbm. Et ꝑ istas maximas quicqd seq̃ ad ꝓñs. sequtur ad añs. ⁊ qcqd añcedit ad añs añcedit ad ꝓñs. ⁊ qđ ẽ ꝑus ponẽ ẽ ꝑus posteriorẽ. ⁊ qcqd ẽ cau sa cãe est eã cãti. Itẽ si pr̃ ẽ in filio ergo deꝰ ẽ in deo vlteriꝰ g̃ deꝰ distinguit̃ a deo. Itẽ qđ exit ab alio nõ ẽ in eo. sed filiꝰ exit a pr̃e vt dr̃ Jo. 16. Exiui a patre.

Contra Jo. io. c. 14. Ego in pr̃e ⁊ pater in me ẽ. Et magister adducit auctoritatem in littera Amb. Aug. ⁊ Hylarij.

Istius questionis veritas ẽ plana ⁊ certa ex auctẽ saluatoris in Jo. ⁊ alibi i mul-tis locis ⁊ ẽt scõz exponẽtiũ. Sz vt aliq̃liter possit in telligi tria sũt videnda. Primo de mõ quo psona ẽ in psona. Secõdo q̃ sit rõ istiꝰ ieꝝntie. Tertio si iste modus eẽndi in posset reduci ad modũ aliquẽ essen di in repto in creaturis loquẽdo de illis modis quos ponit phs. 4. phy. vel vtrũ posset declarari per ali-quẽ modũ qui possit in creaturis inueniri.

De primo dicitur sic qđ duobꝰ modis põt intelligi aliqd eẽ in alio ꝑmo. i. ſm totũ sicut vinũ est in amphora vel ſm ptẽ. ⁊ hoc du-pliciter: q: vel ita q ps sit in alio ⁊ nihil eius sit. vt pes auis in laqueo ⁊ nihil eiꝰ ẽ. ⁊ ꝑ hoc auis tota dicit̃ eẽ in laq̃o vel q ps eiꝰ sit in alio ⁊ sit aliqd eiꝰ. ⁊ ꝑ hoc il lud cuiꝰ ẽ ps dr̃ eẽ in illo in quo ps illiꝰ dr̃ eẽ. sic si ali-qđ mõstrũ hñs duo capita ⁊ duo corpa bz tñ duos pe des. tũc vnũ diceret eẽ in alio ꝑ pedẽ eiꝰ q ẽ ps alteri us. Ad ꝓpositũ dr̃ q pr̃ nõ est in filio ꝑmo mõ qđ ꝑ bat̃ duplr̃. ꝑmo q: illud qđ ẽ in alio ꝑmo q̃libet pars eiꝰ est in eo eque ꝑmo. sicut si terra ꝑmo ẽ in cẽtro q̃-libet ps terre ẽ eq̃ ꝑmo in cẽtro quãtũ ẽ ex se. igit̃ si pr̃ ꝑmo mõ ẽ in filio q̃libet pars pr̃is ꝑmo erit in filio. ⁊ ita pr̃itas ẽ eq̃ ꝑmo sicut deitas in filio. Et ex hoc vl tra sicut deitate filiꝰ ẽ deꝰ ita pr̃itate filius erit pr̃ qđ ẽ falsũ. Secũdo q: illud in quo ꝑmo est aliqd vide tur q̃si ambire illud ⁊ penetrare ⁊ cõtinere. idẽ autez respectu eiusdẽ cõtinere ⁊ ꝓtineri ambire ⁊ ambiri nõ. est intelligibile. ergo ⁊c. Oportet igitur q sicut i crea-turis dicit̃ aliqd ſm partẽ in alio ⁊ nõ ꝑmo. ita vna psona dicatur esse in alia ſm aliqd sui. non est autem ſm aliquid sui qđ nihil sit eius in quo est. q: illud eẽt relatio personalis persone existẽtis. ⁊ istud nõ est ra-tio qua psona est in psona sicut patebit in. 2. arti. i quo ꝓcordo secũ. g̃ illud est eẽntia que ita ẽ aliqd existẽtis quod est aliquid eius in quo coexistit. Et q ꝓpter istam existentiam filij inexistentem patri: q filius sit in patre. probatur. quia et vbicunq; est fundamen-tum relationis alicuius: sic etiam ibi est relatio fundata in eo, ergo et vbicunq; est essentia: in qua

Hde. iii. ar. i. q. 6. q. 2.

fundat filiatio ibi ẽ filiatio. Diſtinguit tñ de pſona que eſt in alia ⁊ in qua eſt alia. qz lz perſona que ẽ in alia ponat in ea non p̃mo ſed per aliqd ſui. i. p eſſentiã ſuã. tñ pſona in qua eſt alia eſt in qua p̃mo eſt alia. i. ſe tota. qz ſe tota hz aliquo ḡſi rõnẽ ambiẽtis ⁊ ꝓtinẽtis deitatẽ que lz nõ ſit ps pſone ineriſtẽtis. ẽ tñ aliqd pſone. Contra illud p̃mo ee in: nõ dicit aliqd a ſe ſm oẽm opinio. qz pt̃ ſic eẽt in ſe. igit rlo pſone ad pſonã. nõ eſt aũt rlo originis. qz illa nõ eſt eiuſdẽ rõis in extremis. pſone aũt vniformiter ſunt in ſe inuicez ſm iſtos. ḡ dicit rlonẽ cõem. ſed rlo cõis ſm eãdem rõnẽ fundamẽti eſt in ſuppoſito qõ refert ⁊ in ſuppoſito ad qõ refert. ſicut ſilitudo regrit eãdẽ rõnẽ albedinis in ſili qõ refert ⁊ in ſili ad qõ refert. igit ſi illõ aliud ad qõ refert pſona ineriſ ſit tale p̃mo q̃ in ipſo ſit pſona illa. ſeqtur q̃ pſona ineriſ p̃mo erit p ſe relata illa relatione ⁊ nõ per aliqd ſui p̃ciſe. ſecũdo ſic. q tãdo aliqd dicit ee in alio ſm ptẽ. eodẽ mõ eſt in iſto hz partẽ quõ iſta ps eſt in iſto p̃mo. Exẽplũ ſi hõ ſit in terra per pedẽ ſicut pes eſt in terra localr. ita hõ ẽ in terra localr per ptẽ. nõ aũt ſi pes ẽ ibi q̃ſi in loco hõ erit ibi ſicut forma in mã. ita ẽt ſi albedo eſt in homie hz partẽ qz hz faciẽ eo mõ eẽndi i quo eſt in facie p̃mo pta vt accns in ſbo. eo inquã mõ ẽ in hoie p partẽ qz ſicut in ſbo. ḡ ſi filiꝰ ẽ in p̃ie per eẽntiã q̃ formalr ẽ in patre ſeqtur q̃ filius erit in p̃ie quaſi formalr. lz ſm aliquid ſui qõ nõ eſt eẽ in ſm circũmceſſionẽ. Rndet q̃ maior eſt vã loquẽdo de illo qõ ẽ rõ prima alicuiꝰ eẽndi in. nõ aũt de rõne remota. eẽntia aũt vt eſt formaliter in p̃ie nõ eſt rõ prima filij eẽndi in p̃ie ſed remota rõ. prima aũt eſt vt eſt ſub ꝓprietate pſone ineriſtẽtis. Contra hoc cõcedit ꝓpoſitũ qz illud dicit cõuenire alicui p̃mo. qõ nõ cõuenit ei ſm aliquaz partẽ ſui. ſed ſm q̃ ex oibꝰ partibꝰ ſuis intrinſecis. igitur ita hic cũ nõ ſit in pſona ſm iſtos niſi rlo ⁊ eẽntia. qcqd ꝙuenit pſone nõ p̃ciſe rõne alteriꝰ iſtoꝝ hz rõne eẽntie cũ rlone ſimul vel e cõuerſo hoc ꝙuenit ſibi p̃mo: qz hoc dicit pſonã ſm ſe totã. Preterea ꝓprietas perſone vt eſt incõicabilis nõ cõuenit formaliter eẽntie ſicut eẽntia nõ generat nec generat nõ diſtinguit nec refert. nec ẽt ecõuerſo ꝓprietas q̃ ẽ eſſentie vt cõicabilis ꝙuenit pſone: qz iſte ẽ ꝓpriꝰ modus eẽntie vt diſtinguit a pſona. qz eẽntia eſt vna in tribꝰ. pſona aũt nullo mõ nec p̃mo nec ſm aliqd ſui ẽ vna in tribꝰ. igit iſte modus eẽndi in quo eẽntia ẽ in p̃ie vt q̃ſi forma puta vt qua p̃ eſt deꝰ nullo mõ cõuenit perſone: qz iſte eſt proprius modus eẽntie ſm q̃ diſtinguit a perſona.

Quantum ergo ad iſtuz articulũ dico q̃ ꝑdicatũ ꝙuenit alicui toti pº vt p̃mo diſtinguit ꝫ illud qõ ẽ ſm ptẽ vt dr. 5. phy. in p̃ncipio. qõ nõ cõuenit ei p̃ciſe qz parti illiꝰ ꝙuenit. ⁊ p oppoſitũ nihil dr ꝙuenire alicui toti ſm partẽ niſi qõ ꝙuenit parti ⁊ per illã ptẽ dr de toto ſicut pz per phz. 5. phy. in eius exẽplo. Sanat hõ qz torax eius ſanat dicitur de torace ⁊ p̃mo ⁊ per ꝓns per hoc de toto cuiꝰ totius torax ẽ ps tale ꝑdicatũ p̃mo inherẽs alicui toti aliq̃ nulli parti ipſiꝰ totiꝰ ieſt. aliq̃ aũt cuilibet patri ineſt Exẽplũ p̃mi. triãgulus p̃mo hz tres angulos ⁊c. ⁊ tñ nulla pars triãguli loquẽdo de partibꝰ integralibus hz hoc ꝑdicatũ. ſ. habere tres. Silr hõ p̃mo ẽ riſibilis. ⁊ tñ nulli parti eius p̃mo ieſt hec paſſio. ⁊ cõpoſitũ generat p̃mo lz nulla pars eius generet p̃mo. loquendo de iſto mõ eius qõ eſt generari. ⁊ ita vniuerſaliter in omnibus ſubis etherogenijs ⁊ paſſionibus eox. ⁊ rõ eſt iſta: qz nã talis ſubi adeq̃ta eſt tali ꝑdicato. quã adeq̃tionẽ notat talis p̃mitas. ſicut pz ex diffinitione vniuerſalis p̃mo poſte. ⁊ nã illius toti adeq̃ta in nulla parte ſaluat. ⁊ ideo eius paſſio nulli pti cõ

uenit. Exẽplũ ſecũdi ẽ: ſi ignis ẽ p̃mo calidus quelibet pars ignis eſt p̃mo calida. Ita ẽt phs. 7. phyſi. arguit q̃ nullũ corpus põt a ſe moueri p̃mo. qz tunc geſceret ad qtẽ partis. nõ enim p̃mo mouet niſi motus ineſſet cuilibet pti eiꝰ. ſi enim alicui pti eius non ineſſet motus tũc toti p̃mo nõ ineſſet ⁊ ita ẽ vniuerſaliter in ſbis homogenijs ⁊ paſſionibus eox: qz natura iſta cui p̃mo. i. adequate ꝙuenit talis paſſio ipſa ẽ eiuſdẽ rõnis in parte ⁊ in toto. igit predicatũ adequatum tali nãe conuenit cuilibet in quo eſt ipſa natura. ⁊ ita cõuenit parti. nõ igitur ꝓpter rationẽ p̃mitatis oportet predicatum qõ cõuenit toti nature cõuenire parti. imo nunq̃z ꝓpter hoc opz q̃ cõueniat parti. ſed p̃ciſe quãdo natura totius eſt eadẽ in toto tali ⁊ in pte eius. Ad propoſitũ dico q̃ iſte modus eẽndi in nõ eſt per illũ modũ quo natura eſt in ſuppoſito. vel forma in mã. ſed ſicut ſubſiſtẽs eſt in ſubſiſtẽte. ſm Boyma. 7. de tri. c. 8. vbi dicit ſic. ineſſe nõ vt aliud in alio vt corpº in corpore: ſed ſic in eſſe ac ſi ſubſiſtere i ſubſiſtẽte inſit. ita vo in eſſe vt ipſe ſubſiſtat. Subſiſtere aũt. i. incõicabiliter per ſe eẽ cõuenit pſone p̃mo. nõ enim de pſona dicit q̃ de eẽntia vel de relatione dicitur, ſicut etiã agere in creaturis vel produci p̃mo conuenit ſuppoſito toti. i. non ſibi qz parti. ergo ⁊ ſubſiſtere in eſſe p̃mo conuenit perſone. lz enim natura primo inſit patri vt natura in ſuppoſito. illa tamen non eſt ſubſiſtẽtia vel ineriſtẽtia ſubſiſtẽtis in ſubſiſtente: lz p̃ciſe illa ineriſtẽtia qua totus filius ineriſtit p̃ſentialiter ⁊ intime in toto patre cui alludit illud Ambroſij in hymno. In patre totus filius ⁊ totus in verbo pater. Et tunc ad argumẽta dicte opi. cõtra iſtud membrum. Ad p̃mum dico q̃ illa maior eſt dupliciter falſa. p̃mo qz non oportet illud predicatum qõ p̃mo cõuenit toti conuenire alicui parti vt ex determinatis ſatis patet quãdo eſt p̃mitas adequationis. ſecũdo qz ſi alicui parti conuenit vel toti ratione alicuius partis nõ oportet alteri parti competere ratione cuiuſcũq̃z partis. ⁊ ita non oportet vt equaliter ꝙueniat partibus q̃ſi p̃mo ineſt toti qz partes in toto non ſunt equaliter cauſe paſſionis. ⁊ maxime quãdo ille partes nõ ſunt eiuſdem rationis in integrando totum. ſicut ſi homo eſt p̃mo rationalis qz differẽtia ſpecifica ficut rationale p̃mo dicit de ſpecie. primo etiã homo habet actũ illum qui cõuenit animali rõnali inquãtũ rõnale. ſ. intelligere vel rõcinari. et tñ nõ equaliter cõuenit iſtud ꝑdicatũ vtriq̃z parti hominis. ſ. aĩe ⁊ corpori. forte enim formalr põt dici d aĩa ⁊ nullo mõ de corpore. nõ tñ dicit de hoie qz de aĩa qz tũc cõpeteret hoi ſm partẽ. ſicut eẽ longuz cõpetit hoi ſm partẽ qz ſm corpº. Et ſi etiaz intelligere neutri parti cõpeteret ita q̃ nõ poſſet dici de ea: nõ tñ eq̃liter ſe habet vtraq̃z pars ad inherentiã ꝑdicati totius. nõ enim eſt ita corpus ratio inherentie huius ꝑdicati ſicut aĩa: ⁊ hoc qz ille partes. ſ. corpus ⁊ anima non ſunt ptes eiuſdẽ rõnis in integrãdo totũ. ſed altera mã altera forma. materia enim nõ eſt ratio opandi ſicut forma ipſi toti p̃mo opanti. Ita igit in ꝓpoſito ꝓpter patrez p̃mo eẽ in filio non opz concedere diuinitatẽ eſſe in filio vel paternitatẽ illo modo eſſendi in: ſi tamẽ cõcederet non oportet adhuc cõcedere ex equo qz non ſunt eiuſdẽ rationis in pſona que iludit eas. Et vlteriꝰ cũ arguit ſi eq̃ eẽnt in patre. ḡ ſi vnum formaliter ⁊ reliquũ non valet. ſed eſt fallacia equocationis. qz in antecedẽte accipiẽdo illud eſſe in patre accipitur eſſe in ſubſiſtẽte vt p̃ntialiter. et in conſequente infertur alius modus eſſendi in: q non eſt ille modus formaliter lz preſupponatur illi modo eſſendi in. vnde ex hoc modo eẽndi in per p̃ntiaz concluditur modus eſſendi in p informationem.

Ad 2m dico q̃ illud nõ eſt tñ contra mẽbrũ iſtud de

esse in ꝑmo, sed etiã ꝑ pclonẽ ꝑncipalẽ. Ita ẽt videt esse impossibile in creaturis q̃ idẽ respectu eiusdẽ cõtineat ⁊ ꝓtineat vel rõne ptis ꝓtineat ⁊ rõne totiꝰ cõtineat sicut q̃ idẽ ꝑmo ꝓtineat ⁊ cõtineat. Et iõ rñdeo ad argm ⁊ dico q̃ iste modus eẽndi in non dicit cõtinentiã sz pñtiã subsistẽtis in subsistẽte. ⁊ ita ẽ vniꝰ rõnis in vtroq; qr sicut hoc subsistẽs est ꝓsens illi: sic illud isti.

Quantum ad secundum ar-

ticulũ dico q̃ nec eẽntia sola est rõ huius inexñtie nec relatio sola. Primũ ꝓbo: qr tũc ꝑ eẽt in se. qõ est falsum eo mõ quo intelligit saluator ꝑem eẽ in filio: ⁊ filiũ in ꝑe. qr sic ineſſe regrit distinctionẽ realem.

2m ꝓbo. tum qr rlones originis nõ sunt eiusdẽ rõis in psonis relatiuis. ⁊ ita si ille eẽnt formales ratiões eẽndi psonarũ in se inuicẽ nõ eẽnt pſone in se inuicem vniformiter. qõ est ꝓtra ꝓdicta. tum secũdo: qr si ꝑ impossibile ipse deꝰ ꝓduceret aliũ deũ nõ eẽt iste deꝰ in illo: qr ꝓm Dam̃. c. 5. si eẽnt duo dij nõ possent eẽ sil. ⁊ ita neuter eẽt imẽsus ⁊ ita nec deꝰ. tñ ve eẽt relatio ꝓducẽtis ad ꝓductũ. Tũz 3o qr si ꝑ impossibile due pſone eẽnt sine origine sed tñ hẽrent eãdẽ eẽntiã cuz distinctione reali eẽnt in se inuicẽ: qr nõ posset eẽntia vnius pſone eẽ in alia nisi ipsa rlo que oĩno eadem ẽ illi eẽntie eẽt in ea lz alio modo eẽndi in: qr in quo ẽ fundamẽtũ ⁊ rlo q̃uis nõ eẽt vna ab alia origine. ergo ꝓprietas relatiua nõ ẽ in cã. Tum. 4o: qr in creaturis sunt vere rlones originis ⁊ ꝑncipiatis ⁊ ꝑncipiati. ⁊ tñ ibi ꝓpter diuersitatẽ nãe in ipsis relatiuis neutrũ ẽ in alio. Et ex his segtur cum nõ sit in pſona nisi eẽntia ⁊ rlo ꝑm cõem opi. q̃ ambo erunt totalis rõ inexistẽtie. Et ad intelligẽdũ quõ hoc sit potest accipi exẽplũ in creaturis de similitudine. nihil enim ẽ ibi sile ꝑm Dyla. ⁊ ponit di. 31. sz alteri. simili tudo tñ fundat sup vnitatẽ in qualitate ꝑm phm. 5. metha. c. de ad aliqd. nec igit sola diuersitas relatiuoꝝ nec sola vnitas fundamẽti sufficit ad silitudinẽ sed ambo regrunt per se sicut vna cã totalis ita hic: nec distinctio persone inexñtis ⁊ in qua ẽ alia nec vnitas eẽntie q̃ quã sunt in se inuicẽ ẽ tota rõ inexñtie: sz ambo sil. sicut tñ in silitudine est ꝑncipalior rõ vnitas fundamẽti q̃z distinctio relatoꝝ ibi fundamẽtorum. ⁊ silr imediatior. ita hic põt poni imediatior ⁊ ꝑncipali or ratio inexñtie istius vnitas eẽntie q̃z distinctio personarum.

Quantum ad tertium

articulum dico q̃ iste modus eẽndi in nõ ẽ aliqs istoꝝ modoꝝ formaliter quos ponit phs. 4. phỹsi. formalr dico: q̃ oẽs illi modi sunt ꝑ hoc q̃ ꝓtẽtũ est aliqd cõtinẽtis et nõ ecõuerso. vel ꝑ hoc q̃ aliqd cõtẽti ẽ aliqd ꝓtinẽs ⁊ nõ ecõuerso. neutra illarũ rõnum est in ꝓposito. qr diuersitas est ibi maior rõ eẽndi in q̃z vnitas. ꝓtrariuz est in ꝓposito. ideo bñ dicit Dyla. 3. de tri. ⁊ ponit in lra. nã intelligẽtie humane rõnẽ huius dicti nõ capit nec exẽplũ aliqõ rebus diuinis cõparatio humana ꝑ stabit. Colligẽdo tñ ea que sunt pfectionis in creatura toliẽdo ea que sunt impfectionis pñt poni aliq̃ exẽpla hꝰi eẽndi in: lz hẽri pfecte nõ possint tñ impfecta exẽpla impfecte repñtãdi istũ modũ eẽndi in pñt adduci. Primo qdẽ de illapsu eẽntie diuine respectũ creaturarũ ad quẽ illapsũ cõcurrũt sil imẽsitas nature diuine ⁊ eius manutenẽtia circunscribat. ergo ab illapsu rõ manutenẽtie ita q̃ reseruet rõ pñtie ꝑpter imẽsitatẽ absq; rõne ꝓseruationis sine rõne potentie actiue ptinẽtis ad manutenẽtiã. hoc circũscripto sic deꝰ qr imẽsus pñs ẽ omni creature. ita tũc intelligeret pñs alicui absq; hoc q̃ illud manuteneat. ⁊ tunc si ponat vna nã in pñte ⁊ in illo cui est pñs, ꝑ quam nãm vnã oporteat ipm eẽ pñs. erit exẽplũ ad ꝓpm de illo mõ eẽndi in. Aliud exẽplũ est de aia nõ informante corꝑ pñte tñ corpori sicut in instãti mortꝭ aut de angelo nõ informãte corꝑ ipi tñ pñte. aut de corpore glioso pñte corpore nõ glioso. vel melꝰ exẽplũ si posset corꝑ glioſum inexistere alij corpori glioso eque subtili. In his oĩbus eẽ in ẽ subsistẽtis ⁊ pñtis nõ ꝑ informationẽ nec ꝑ modũ partis. Et si in istis addat vnitas nãe q̃ de necessitate nãe exigat talẽ pñtiã ẽ pfectiꝰ sile. Aliud ẽt est exẽplũ de potẽtijs aie que si ponant differre ex ꝑte rei et cũ hoc tñ eẽ realit idẽ eẽntie aie de necessitate vna erit in alia: quia in alia ẽ eẽntia anime cui illa potẽtia ẽ eadẽ. igit distincta aliquo mõ realiter erũt indistincta. Sz si duo corpora intelligant eẽ in eodẽ loco in se inuicẽ si vtrũq; istoꝝ eẽt ꝑ se subsistẽs distinctũ erit in subsistẽte pñti aliter. ⁊ erit exm eẽndi in ꝓ omnib⁹ istis exẽplis.

Et ad declarationẽ duoꝝ articuloꝝ ꝓcedẽtiũ põt addi q̃ in isto mõ eẽndi in vtrũq; extremũ ꝑm eãdẽ rõnẽ est in alio: qr hic notat pñtia mutua nõ cõtinentia extremi ab extremo. sicut si intelligat corꝰ eẽ in loco hoc est sicut contẽtũ in cõtinẽte. nõ enim est hoc mõ. Sed si intelligant duo corpora eẽ in eodez loco in se inuicẽ hoc ẽ ꝑm eãdẽ rõnẽ qr sunt sil. ⁊ simultas dicit rlonẽ cõem vniꝰ rõnis in extremis. ⁊ si ꝑ impossibile circũscribat locus ⁊ ponat simul pñtia corporꝝ erit relatio vnius rõnis in extremis ⁊ vtrũq; in altero sine ꝓtinentia vel vnius ab altero vel amboꝝ a tertio.

Ad argumenta principalia

Ad ꝑmũ dico q̃ cõfusio eẽt si qõlibet eẽt in filio sz opi. anax. qr sic qõlibet eẽt in alio sicut pars eius sic vi phi imponere sibi sz pſona nõ est in pſona sicut ps eiꝰ ⁊ iõ nõ segtur cõfusio. Cum ꝓfirmat rõ ꝑ illd. 6 phỹsi. de indiuisibili bꝰ. Rndeo q̃ aut illud est falsum q̃ indiuisibilia quantitatis nõ sunt distincta nisi differãt situ de quo alꝭ in. 2. aut si ẽ verũ nihil est ad ꝓpositũ: qr rõ ista q̃ eẽt ibi nõ eẽt in pſonis diuinis q̃ bus nõ cõuenit situs. Ad 2m dico q̃ deitas est rõis omni subsistẽti in nã diuina ⁊ ẽ aliqd subsistẽtis in nã diuina. ⁊ iõ nõ posset realr distingui ab aliquo nisi esset aliquo mõ cõponibile cũ isto: qr nõ ẽ intelligibile q̃ in aliquo subsistẽte sint plura nisi vnũ sit coponibile cũ altero. pſonã aũt nõ ẽ aliqd cuiuscũq; subsistẽtis in nã ista. ⁊ ideo lz pſona sit in pſona nõ tñ opz q̃z sit ipsa vel cõponibilis ipsi sicut oporteret dicere de deitate. Ad tertiũ dico q̃ qñ abstractũ dr eẽ in aliquo aut de virtute sermonis denotat eẽ in. sicut forma informato. sicut cũ dr color est in lapide nõ significat eẽ in sicut ps in toto: sz sicut forma in iformato. ⁊ tũc ista ꝓpõ est negãda filiatio est in ꝑe: ⁊ tũc ꝑma ꝓpõtia nõ valet. Aut hoc nõ habet de virtute ꝑmonis sz ex vsu sicut dicimus colorez esse in luce nõ sicut in subiecto. ⁊ tũc cõcedi põt ista filiatio ẽ in patre accipiendo eẽ in ꝓ inexñtia intima: sicut iam dictũ est. nec segtur vltra igitur pater est filius: sed est fallacia equocationis inferendo ex añcedẽte quasi in accipere tur ibi per modũ forme. Ad quartũ dico q̃ iste modus arguẽdi tenet vbi vã est talis ꝓpõ per quã tenet talis modus arguẽdi. tenet aũt generalr per talez ꝓpositionẽ q̃cquid habet aliquã habitudinẽ ad aliqd hz silez habitudinẽ ad illud ad qõ aliud habet habitudinẽ talẽ: ista ꝓpõ frequẽter vã est in relatiuis suppositionis ⁊ suppositõis: nõ tñ ẽ vlr vã. Sz de isto nõ dico mõ q̃ argumẽtũ hoc ꝓcedit de eẽ in: qõ vt sumit in ꝓposito notat rlonẽ cõez. Quãtũ igit ad rlones cões dico q̃ ista ꝓpõ ẽ vlr falsa. puta q̃q̃d est sile sorti ẽ sile omni sili sorti. hoc enim includit q̃ aliqd sit sile sibiipsi: qr illud cadit sub ista distributione oi sili

sed ad hoc q̄ sit v̄a opz addere specificationē istaz oi alij a se. ⁊ tunc virtute talis ꝓpōnis specificātis tenz talis modus arguēdi nō ꝓcedēdo nō ꝙuertēdo: puta non segtur sortes est filis platoni: plato est filis sorti. igit̄ sortes ē filis sorti: q̄z ꝓpō ista ē falsa: qcqd ē simile sorti est file oi filī sorti nisi addat̄ oi filī sorti alij a se ⁊ tūc nō includit̄ sor. sub ista distributione. nec pōt argui ꝙuertēdo ad sortē: sed tm̄ ꝓcedēdo. Dz adhuc talis additio nō sufficit ad veritatez talis ꝓpōnis nec ad efficaciā talis argumētationis. Dz opz addē: q̄ mediū ad q̄ō cōparant̄ extrema sit limitatū ꝑm talē rōnem: q̄z nō segtur qcqd est fil' cū. a. est fil' cū oi alio eo cum quo. a. est fil omni inq̄z alio a se si ipm. a. sit illimitatū q̄z tūc existēs parisius eēt simul cū exīte rōe q̄z fūt fil' cū deitate imēsa ⁊ illimitata ad illos. nec ēt oia ista sufficiūt nisi addat̄ q̄ mediū nō variet̄ vt cōparatur ad extrema. Ad ꝓpositū ꝙ dico q̄ argumentū nō valet q̄z arguit̄ cōuertēdo nō ꝓcedēdo: ⁊ ꝓpositio ꝓfirmās talē modū arguēdi falsa est. argumētum tm̄ phy. 4. phys. tz q̄z arguit tm̄ ꝓcedēdo ⁊ accipiendo mediū limitatū ⁊ nō variatū: sed argumētū ē in relatiuis suppositionis ⁊ suppositionis. vñ nō mlt̄z ē ad ꝓpositū de eē in ꝓposito vt dicit relationē cōez. Ut tm̄ de relatiuis disq̄perātie breuiter dicat̄. dico q̄ talis modus arguēdi nāliter nō tz nisi p rōnē ꝓioris et posterioris: qō fere est cōe oibus talib⁹ relatiuis. qcquid enim est ꝑus ꝓiorē ꝑus posterioze. Et vt generalius dicat̄ qcqd bz ordinē ad aliqd bz sil'em ordinez ad qōlibet aliud ad qō illud bz ordinē talē. ista ꝓpō ē v̄a in ordine eēntiali nō intelligēdo cōditionē ꝑālez ordinis puta mediationez vel imediationē ꝓpinq̄tatē vel remotionē. Quia igit̄ eē in ipsi⁹ aeris in igne dicit ordinē eēntialē ⁊ sil'em modū dicit eē in. ignis i celo tenet illa ꝓpītia ꝓcedendo: ⁊ hoc q̄z ꝓceditur ꝑz rōnem generalē ordinis nō specificādo ordinē mediatū vel imediatū. ꝓpinquū vel remotū. vñ nō sequitur. a. est ꝑi. b. b. ē ꝑi. c. ꝙ. a. ē ꝑi. c. vt ꝑi denotat imediatū ordinez ad. c. vt ad filiū. sed bñ segtur vt pater notat ꝓncipalitatē in cōi ꝓut ꝑi extēdit̄ ad aiā vel ꝓ aumi ⁊c. Ad aliud ꝓcedo q̄ de⁹ est in deo. ⁊ hoc cōcedit Hyla. 7. de tri. Sed cū infert̄ ꝙ de⁹ distinguit̄ a deo. nego ꝓpītiā ꝓpter fallaciā ꝓpītis. h eni ꝓpositō in nō notat v̄tutē cōfundēdi suū casuale. nec hoc habz ⁊ iō pōt casuale ei⁹ stare ꝓ supposito aliquo determinato indeterminate. Distingui aūt distribuit terminū hui⁹ rōnis ꝓfuse ⁊ distributiue ꝓpter negationē ītellectam. ⁊ ideo casuale hui⁹ ꝓpositionis in nō infert ēminum hui⁹ rōnis. sicut nō segtur deus generat deum ꝙ de⁹ distinguit̄ a deo ꝓpter sil'em rōnē. Ad vlti^m dico q̄ exit⁹ filij a ꝑe ē ꝓcessus ꝓducti a ꝓducēte nō aūt diuersitas in nā talis exitus nihil ꝓhibet ꝙn exiens maneat in eo a quo exit: q̄z recipit eandem nām cum eo a quo ꝓcedit.

Ista est distinctio decima nona.

In qua magr̄ post̄q̄z egit de diuinarū ꝑsonarum distinctione ⁊ origine. hic incipit agere de earūdem equalitate. Et tria circa hoc facit. Nam ꝑmo ondit qd regrat̄ ad eq̄litatē in cōi. Secūdo subdit applicationes illoz ad ꝑsonas diuinas. Tertio infert ex illis ꝙclonē intētā. Primū facit a ꝓncipio vsq̄z ibi. Dziā nūc ad ꝓpositū. Secm̄ ab inde vsq̄z ibi. Sciēdū est ꝙ. Tertiū ab inde vsq̄z ad finē distinctionis. In ꝑāli vosnia magr̄i stat in trib⁹ ꝓpōnibus. q̄rū ꝑma ē hec. Persone diuine quo ad eternitatē magnitudinez ⁊ potētiā sunt eq̄les. Et ꝓbat̄ sic. In illis ꝑsone diuine sunt eq̄les in qb⁹ se inuicē nullaten⁹ fūt excedētes. h⁹i fūt eternitates magnitudo ⁊ potētia. ꝙ in his tribus sibi ꝑsone diuise fūt eq̄les vt dicit ꝓpō. Argumētuz ē euidēs ⁊ maioz. sed minoꝛ̄. s. q̄ in bis trib⁹ eterni-

tate magnitudine ⁊ potētia ꝑsone diuine nō sunt seiuicē excedētes. ꝓbat per hoc. s. q̄ ista tria. s. eternitas ⁊c. sunt in diuinis ꝑsonis vna essentia tz sint diuersimode noīata. ꝓpter quā ēt vnitatē ⁊ ꝑsubalitatē vna ꝑsona dicit̄ ee in alia vt magr̄. ꝓbat diuersis scōrum auctoritatib⁹. igit̄. Secūda ꝓpō est hec. Diuine ꝑsone sunt nulli⁹ eēntialis diuersitatis. Quam ꝓbat sic Persone diuine sic sunt idez in diuina eēntia: q̄ nec differūt situalr̄ vt partes integrales in toto integrali. nec localr̄ vt ꝑtes subiectiue in toto vli: nec māliter sicut diuerse aq̄ cōicāt in vna mā. Nec formalit̄. sicut q̄ conueniūt in forma. igit̄ nulla ē inter eas eēntialis diuersitas seu differētia. ꝓpītia tz ex sufficiēti diuisione. Sed magr̄ aīs in textu ꝓbat per ordinē. Et ꝓmo q̄ in diuinis nō sit diuersitas ptiū sicut in toto integrali. ꝓbat per hoc q̄ in diuinis est sūme nāe vnitas cui repugnat q̄lisc̄uq̄z partiū diuersitas. Secundo ꝓbat q̄ ibi nō sit diuersitas pluriū sicut in aliquo toto vli. Mā si talis diuersitas eēt ibi illa attenderet penes cōparationē eēntie ad ꝑsonas: vt si eēntia eēt quasi qōdā totū vniuersale respectu ꝑsonarū qō non est verū. Qō ꝓbat̄ sic. Nam vbi ē totū vle pluralit ꝑdicat̄ de plurib⁹ partib⁹ suis ⁊ nō ē idē numero i eis Mā hō est qōdā vle totū respectu sortis ⁊ platonis ⁊ ꝑdicat̄ pluralr̄ de eis dicēdo. Sortes ⁊ plato sūt homines. ⁊ ēt humanitas nō est eādē numero in sorte ⁊ platone. Cum ergo eēntia diuina nō ꝑdicat̄ pluraliter de diuinis ꝑsonis q̄z hec est falsa. ꝑ. ⁊ fili⁹ sūt eēntie. Rō est: q̄z eēntia est vna ⁊ eadē in eis ambobus ideo essentia diuina nō bz se vt totū vle in diuinis. Tertio ꝓbat q̄ tres persone diuine nō conueniunt in vna eēntia sicut in toto materiali ita q̄ vna eēntia sit materia triū ꝑsonarū: sicut aurū multoz vasoꝛum Et arguit sic. Illa que cōueniūt in vna materia plus est de mā in pluribus eoz q̄ꝫ in vno. sicut plus est in anulis gnq̄z de auro q̄ꝫ vno. saltē si anuli sunt in pondere eq̄les. Cum ꝙ nō plus sit de eēntia diuina i tribus ꝑsonis q̄ꝫ in vna tm̄. ꝑz q̄ eēntia nō habet se adp ꝑsonas sicut totū māle. Quarto oīdit q̄ due ꝑsone nō conueniūt in eēntia sicut in ꝓprietate formali. sicut cōueniūt multi homines in vna cōplexione: qui etiaz ꝓpter hoc dicunt̄ vni⁹ nāe. Nam in tali ꝓprietate formali duo sunt aliqd magis q̄ꝫ vnū ⁊ tres q̄ꝫ duo. In diuinis aūt tres ꝑsone in eēntia cōueniētes nō fūt aliqd magis q̄ꝫ due. ⁊ due nō magis aliqd q̄ꝫ vna. ⁊ ꝓ pōs nō cōueniūt in eēntia vt plura. Cōtra hec posstea obiecit auctoritate Dam̄. di. q̄ diuina eēntia est vlis ⁊ cōis. sed tres ꝑsone sunt tria particularia. Posstea rūdet magr̄ ad hoc ⁊ dicit q̄ vba Dam̄. nō ꝓprie sed silitudinarie sunt ꝓintelligēda. Sūt enz aliq̄ ibi q̄ silitudinē tenēt rei cōis ⁊ aliq̄ rei particularis. Silitudinē qdē rei cōis tenet eēntia. ⁊ rei particularis silitudinē tenent ꝑsone. vñ dicit ꝑsonas numero differre sicut particularia alicuius nāe cōis. Ad qō rūdēdum est q̄ aliqua differūt numero dupl̄r. Uno mō sic q̄ vnū non fit aliud. seu aliqd aliud ab alio. sicut sortes ⁊ plato dicunt̄ numero differre. q̄z sortes nō ē illud qō est plato. Et alr̄ diuine persone nō dicūtur differre numero. q̄z vna est illō quod alia. Alio modo dicuntur differre numero que in enumeratione seu computatione a se inuicem discernuntur. vt cuz numeramus aliquas res dicimus: vna due tres. ⁊ fm hunc modum diuine persone dicuntur differre numero. quia possumus catholice dicere. pater est vnus. ⁊ pater ⁊ filius sunt duo. et pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūs scūs sunt tres. Tertia ꝓpositio est hec. Quod omnes persone diuine simul non sunt maioris deitatis q̄ꝫ vna. et vna non maioris nec minoris q̄ꝫ omnes. Et ꝓbatur sic. Omnes ꝑsone diuine sunt eq̄lis magnitudinis ⁊ veritatis ita q̄ oēs tres nō sunt

maioris magnitudinis nec minoris vitatis ꝫ vna er quo magnū eē ⁊ verū eē in diuinis sūt idē. ℙz qa sicut oēs psone diuine sūt eqlis magnitudinis ⁊ vitatis. ita ēt sūt eqlis deitatꝭ. Nō ꝓbat magr auctoritate. b. Aug. q ēt vlteri⁹ ꝯcludit. q ꝫuis de⁹ sit trinus nō tn pōt dici triplex. eo q triplicitas ineqlitatē pandit. ℙña vbi ē triplicitas ibi tria sūt aliqd mai⁹ ꝫ duo ⁊ duo aliqd maius ꝫ vnū. hec Aug. igit ⁊c.

Ostenso q aliqua personarum aliam non supat magnitudine. nunc ostendit q alia non excedit aliam potentia.

Di.10. **Nec ostéderere/** stat quomodo aliqua harum personarum aliam non excellat potentia. vt sicut vna ⁊ indifferens est magnitudo triuꝫ ita vna ⁊ indifferens monstretur potentia trium. Sciendum est ergo qr non est potentior pater filio. nec filius vel pater spiritu sancto. ℕec maiorem potentiā habent duo vel tres simul q̄ꝫ singulus eorum. quia nec plus pater potest simul ⁊ filius quā solus spiritus sanct⁹ ℕec bi tres simul plus possunt quā singulus eorum. quia omnipotentiam quam habet pater ⁊ filius accepit nascendo ⁊ spiritus sanctus procedendo. Quod Augustin⁹ rationibus ⁊ auctoritatibus probabiliter astruit in libro contra Maximinum. qui dicebat patreꝫ meliorem ac potentiorem filio.

Augu⁹.

Quod non potest minus filius quā pater

Hic ponit falsā traditionē hereticī. **Nihil inquit patre minus** habet ille qui dicit. Omnia que habet pater mea sunt. Nam si minus habet in potestate. aliquid quā pater: non sunt eius omnia que habet pater. Sed eius sunt omnia que hꝫ patur. tantam ergo habet potestatem filius quā tam pater. Equalis ergo est patri. Non eniꝫ potest qui accipit inequalis esse ei qui dedit. Tu autem hoc de potentia sapis q potens sit filius. sed potentior pater. vt ꝑm doctrinam vestram potens potentem potuerit generare vel gignere ⁊ non omnipotens omnipotentem. Habet ergo pater omnipotentiam quaꝫ non habet filius. ⁊ si hoc est falsum est qđ ait filius omnia que habet pater mea sunt.

Hoc verum fatebatur hereticus ex quo p grediebatur ad falsa.

Sed inquis pater a nemine potentiam accepit. filius autez a patre. Fatemur ⁊ nos filium accepisse potentiam ab illo de quo datus est potens. patri vero potentiam nullus dedit. quia nullus eum genuit. Gignendo eniꝫ dedit pater potentiam filio. Sicut omnia que habet i substātia sua gignē do dedit ei quem genuit de substantia.

Questio Aug. qua artat hereticum.

Sed queritur utruꝫ ei tan: tam quanta ipsi est potentia pater filio dederit an minorem. Si tn non solum potentem sed etiam omnipotentē genuisse omnipotēs intelligitur. Si vero minorem. quomō omnia que habet pater filii sunt. Si patris omnipotentia filii non est. nō omnia proculdubio que habet pater filii sunt. At omnia filii sunt: omnipotentia ergo patris etiā est filii. Nō ē ergo pater potentior filio.

Aliter probat filium equalem patri.

Item alio modo probatfi lium equalem patri contra Maximinuꝫ ita dicens. Tu dicis q pater genuit filium miorem seipso in quo ⁊ patri derogas. qui si filiū vnicum minorem genuit. aut non potuit. aut non voluit gignere equalem. Si dicis qr nō voluit eum unicum esse dixisti. Si autez nō potuit vbi est omnipotentia dei patris.

Si aūt pr nō potuit vel nō voluit gignē eqlē filiuꝫ infirm⁹ vel inuidus inuenitur Augu⁹.

ℙrorsus ad hunc articulum res colligit. vt deus pater equalem sibi gignere filium aut ñ potuerit aut noluerit. Si non potuit infirm⁹ Si noluit: inuidus inuenitur. Sz vtrūꝫ hoc falsum est. ℙatri ergo filius verus equalis. est. Genuit ergo pater sibi equalem filium. ⁊ ab vtroꝫ procedit vtriꝫ equalis spiritꝰ sanctus. Si enim formam suam vt ait Aug. contra eundem. pater in vnico filio plenam gignere potuit. nec tamen plenam genuit sed minorem. cogimini patrem inuidum dicere. ℙlenum ergo deum ⁊ equalem sibi genuit filiuꝫ

ℙer simile ostendit quod non minorem pater filium genuit.

Hoc autem persimilitudi: nem humanam ita esse demonstrat inquiēs Homo pater si potuisset equalem filium genuisset. Quis ergo audeat dicere qđ hoc omnipotens non potuit. Addo etiam. Si posſz homo maiorem meliorēꝫ seipso gigneret filium. Sed maius vel melius deo quicquam esse non potest. deus ergo cur non equaleꝫ vt ais filiuꝫ genuit: cui nec anni necessarij fuerūt per quos adimpletur equalitas: nec omnipotentia defuit. An forte noluit: ergo quod absit inuidit. Sed non inuidit: equalem ergo genuit filiū. Credamus ergo filiū ei eē equalem

Oppinionem heretici ponit vt destruat.

Hic soluit obiectionez

Sed forte dices eoipso pa

ter est maior filio: quia de nullo genitus. genuit tamen equalez. Ad quod cito respondebo immo ideo non est pater maior filio qr equalem genuit. Originis enim questio est ista qs de quo sit. Equalitatis autem qualis aut quātus sit. quod est dicere. Ad originem pertinet questio qua queritur. quis de quo sit. ad equalitatem vero illa qua queritur qualis aut quantus quis sit. Nec cum dicitur filius a patre genitus. ostenditur inequalitas substantie sed ordo nature. non quo alter prior est. et altero. sed quo alter est ex altero. Non ergo scdm hoc qp pater genuit ⁊ filius genitus est. vl spiritus sanctus ab vtroqꝫ procedit equalitas vl inequalitas ibi existit qr non fm hoc alia persona alij equalis vel inequalis dicitur. Ecce equalitas trinitatis ⁊ vna eadēqꝫ substantia. quantum breuiter potuimus demōstrata est in superioribus. qualiter. s. aliqua trium personarum quālibet aliam nec eternitate nec magnitudine nec potentia excellat.

c

Arca distinctionez

20. quero vtrū tres persone sint eq̄les in potentia. Arguo qp non. qr tunc sicut pater potest generare ita filius posset generare. ꝓbatio huiꝰ ꝓnātie. tum qr Aug. cōtra Maximinū li. 3. c. 13. si pat nō potest generare sibi filium equalē est impotens. ḡ ecōuerso: si nō est impotēs sed omnipotēs potest generare filiū. ⁊ per cōsequens posse generare filium ꝑtinet ad omnipotētiam. ⁊ ita si filius non pōt generare non est eque potens vel equalis potētie cum ꝑre. tum qr filius non erit omniscīēs si non sciret generationem patris. nec igit omnipotēs si non possz i istā generationē. Preterea Ricar. 5. de trini. c. vltimo. ꝓbat qp non possunt esse plures omnipotentes. qr tunc vnus posset facere aliū nullipotentē. ergo a simili videt argui in ꝓposito si ponant plures persōe diuine eque potentes. ⁊ sicut ista cōsequētia Ricar. fuit declarata di. 2. ⁊ per duas vias cōsimilibus viis etiam declaro in ꝓposito de duabus personis. ꝓmo qr vna ꝑsona posset suo velle producere omnia possibilia ⁊ eis ꝓductis in esse persona alia non posset eas producere. eadem enim non possunt bis totaliter produci. Et confirmatur ista ꝓbatio qr pater p̄us ordine originis p̄us habet velle creaturarum qꝫ filius. qr filius fm Dyla. est potens per se lz non a se. igitur p̄us origine qꝫ filius producat intelligit pat ꝓduxisse. ⁊ ita in isto signo in quo filius intelligit debere ꝓduxisse. nulla sunt ibi possibilia. Secūdo qa omnipotens pōt suo velle impedire omnia possibilia alterius omnipotentis si esset: quia non est necesse voluntates eorum cōcordare in omnibus alijs a se: qr ista omnia ꝓtingēter volunt ita ꝫ non videt necessarium esse qp voluntas vnius persone cōcordet in actu volendi alterius persone. qp si dicas eandez esse volūtatem eoꝝ ⁊ ideo concordare in alijs volēdo eandem. Contra, forma que est p̄ncipiū agendi si est in pluribus eodem modo est p̄ncipiū agendi vnicuiqꝫ eorum sicut si eēt in vno tm̄. sicut si albedo esset in duabus superficiebus esset eis p̄ncipium disgregandi eodem modo sicut si eēt in vno tm̄. lz si voluntas esset in solo filio esset p̄ncipium volendi contingenter lapidem esse vel nō eē: ita qp illa voluntate posset filius velle eque lapidem esse vel non esse igitur posito qp sit in patre erit p̄ncipiuz in filio cōtingenter volendi vel non volendi lapidem. ⁊ ita quicquid ponatur in patre filius potest eque velle lapidē esse vel non esse. ⁊ ita si pater vellet lapidem esse et filius non. vnus omnipotēs facit alium nullipotentem impediēdo omnia possibilia volita ab eo.

Item prima causa plus causat qꝫ secūda fm auctorem de causis in p̄ma eius propositione. ⁊ 2. methaphy. ⁊ primo posteriorum. sed pater dat filio virtutem creandi ⁊ non econuerso. ergo pater plus potest

Contra magister dist. 19. istius in littera. Et adducit August. de fide ad petrum. c. 2. Item Augus. contra Maximinū libro. 3. probat istam conclusionem triplicīter. p̄mo auctoritate saluatoris in euangelio Joānis. Omnia que habet pater mea sunt. secundo per rationem: quia si non potuit dare potētiam eq̄lem fuit impotens. si noluit ⁊ potuit fuit inuidus: tertio si per simile qr pater corporalis generaret sibi filium equalez si posset vel maiorem. ergo multo magis in proposito.

Respondeo omittēdo po-

tentiam logicaz que dicit modum cōpositionis ab intellectu facte ⁊ potentiā methaphorice dictam qualis est in geometricis fm qp ipsi geometre imaginantur punctū esse in potentia ad lineam ⁊ lineaz ad superficiem. hic ista potentia sumitur ꝑprie. vno modo sicut dictum est di. 7. prout est differētia entis opposita actui. Alio modo fm qp significat idem quod principium sicut loquitur de ea philosophus. 5. metha. c. 9. Et potētia isto secundo modo sumpta diuidit in potētiam actiuam ⁊ passiuam. ⁊ si vtrolibet modo sumatur potest intelligi aut pro ipsa relatione principij quam significat. aut pro fundamēto ꝑimo istius relationis. Ad propositum planū est qp in deo opz ponere potentiam actiuam cum sit principium effīciēs ex distinctione secūda. ⁊ de ista loquit magister di. ista. Et huiusmodi equalitas potest intelligi dupliciter. aut fm extensionem obiectorum possibiliū ad que se extendit potentia. aut fm intēsionem illius potentie in se. Exemplum potentia calefactiua dicitur equalis alteri extensiue. sicut si ad equalia calefactibilia se extendat. sic omnis charitas est equalis: qr extendit se ad omnia diligibilia ex charitate fm intentionem si eque perfecta sit potentia ⁊ in eque perfectum actum possit lz non tot possibilia sibi subcēnt sicut subessent alij potentie vt patet posito illo casu qꝫ ponitur di. 7. qp calor calefactione sibi adequata produceret aliquem calorem. ⁊ iste due equalitates frequenter concomitantur se inuicem: potest tamen intelligi vtralibet sine altera. Loquēdo autem de eq̄litate extensionis non est difficultas nisi de actibus notionalibus ⁊ de terminis istarum actionuz: quia illi duo termini non sunt ꝓducibiles ab omnibus ꝑsonis. sed filius a solo patre. ſpūs sanctus autē a patre ⁊ filio. Unde quo ad hoc dicitur sic qp potēcia generandi ꝑtinet ad oīpotentiam in patre non in filio. Egid. ⁊ Varro

Quod declaratur dupliciter. p̄mo qr omnipotentia est ad omne qō non includit contradictionez. lz patrem generare non includit contradictionē. filiuz autem generare includit contradictionem. ergo ⁊c.

Preterea. 2. quia aliter est de actionibus transeūtibus ad extra. ⁊ aliter de imanētibus intra. possibilitas actionis trāseūtis indicat ex ratione actionis in se in termino eius. possibilitas aūt actionis imanentis nō indicat ex his ꝓcise. sed cum hoc in comparatione ad agēs in quo manet talis actio. cum igitur generatio sit actio immanēs possibilitas eius indicāda est. nō tm̄ ex seipsa in se ⁊ cū hoc et termio ei⁹

sed q: compossibilis illi supposito agenti in quo debet manere: est autem cōpossibilis generatio patri: ⁊ nō filio. igitur idem quod prius. Tertia declaratio additur quia potens dicitur quod potest in omne illud ad quod habet formam. ⁊ nō dicit impotēs si non potest in illā actionem ad quam nō se extēdit sua forma. sicut ignis non dicit impotēs q: non potest frigefacere. q: non habet potentiā ad frigefaciēdum. pater autem habet formā cōuenientem generationi ⁊ filius nō. igitur pater nō est omnipotens si non potest generare. non autem filius est impotens si nō pōt generare. ⁊ ita posse generare pertinet ad potētiam patris ⁊ non ad omnipotētiam filij.

differēs ad vtrāq; rō enim ſubſiſtētis indifferēs eſt
ad abſolutū ꝛ relatiuū tenēdo pſonas diuinas eē rela
tiuas p̄mo. Exp̄ſſiti tī dat intelligere ſicut ſupius ſuū
inferi⁹ illud ꝑ quo acciꝑiī relatiuū ſupius de quo di-
cīr pſona puta p̄rem filiū ꝛ. ſ. ſ. Ex ſecūdo ipſas relatō
nes ꝛ tertio eēntiā. Ita q̄ vtraq; opi. poſita. 23. ꝓce-
ꝺat in hoc q̄ perſona de p̄ma rōne ſua nō dicit relatō
nem nec ſubam. ꝛ hoc nec p̄mam nec ſecūdā. ſed ꝑz
vnā opi. dicit tm̄ conceptum negationis in genere
cōmunē tribus. ꝛ ita dicit cōceptū negationis cōmu
nis tribus qui diſtinguiī in eis ſm aliā opi. dicit con
ceptum poſitiui cōis ꝛ diſtincti in eis. Et ſm vtraq;
opi. tale cōmune ſiue poſitiuū ſiue p̄riuatiuū connō-
tat ſicut ſuum inferius illud de quo formaliʒ dī. puta
patrem filiū ꝛ. ſ. ſ. Et quaſi ſcōo ꝓnotat formalia di-
ſtinctiua in eis. Et tertio eēntiam cōem in eis.

Sz obijcit q̄ ꝑsona significet ſubam ſcd̄am. i. qdditatē̄ ꝑ hoc qđ dicit Aug. 7. de tri. c. 9. vel. 7. ꝑ hoc q̄ eſt tres ꝑſone. ℟ndet ad. q. illā qua q̄rit in diuinis qd tres. qd aūt cōuenit eēntie. ℙreterea dicit Au. 7. de tri. c. 5. vel. 9. q̄ non eſt aliud deū eē ⁊ ꝑſonā eē. ꝙ ꝑſona eſt mere eēntiale. ⁊ per ꝓ̄s significat ſb ſtantiā ſecūdā. i. qdditatē̄. Ad p̄mū rndeo q̄ quid. qñq̄z q̄rit diffinitionē̄. qñq̄z q̄rit illud de quo aliqd dr̄ p̄mū ꝓ̄z ex p̄mo topicor̄. Diffinitio ē oratio indicās qd ē cē rei. Secūdū ēt ꝓ̄z per ꝑhm. 4. metha. totalit̄ querēdū eſt qd vnū quē ad modū ⁊ qd ens tanq̄z non ſufficiens: qr hoc ipſum iſti⁹ nā. Intēdit dicere nō ſufficit dicere ipſū vnū eē p̄ncipiū ſicut aliq ꝑhi ipz vnū eē p̄ncipiū dicebant ſicut platonici. ſed aliqd de quo dicit vnū. Et ꝓ̄m hoc qđ iſta qd eſt elemētū. dupliciter ꝓ̄z rn̄ſionē̄ vnā aſſignādo elemēti diffinitionē̄. aliaz aſſignādo illud de quo dicit elemētū. puta ignis eſt elemētum. ℳūc aūt catholicis cōfitētib⁹ tres ꝓ̄m canonicā epl̄am Joā. 5. c. queſierūt heretici qd tres nō interrogātes huius nois diffinitionē̄. ſed querentes qd eēt illud ſubſtātiuū qđ determinaret per illud adiectiuū tres. ſiue de quo diceret. ⁊ ad hoc bñ rndetur per hoc qđ eſt ꝑſona. Cum igitur accipit̄ q̄ qd q̄rit ō eēntia nō eſt verū generalr̄ nec ſpāliter in ꝓpoſito.

Ad ſecūdū de Auguſtino patebit di. ſequēti. q̄ ꝑſona eſt ad ſe tam in ſe q̄z in ſuis inferioribus. ꝛ nō ita ſit ad ſe ſicut eēntia eſt ad ſe. Et hoc ſi ponit̄ diuinas ꝑſonas eē cōſtitutas in eē perſonali ꝑ aliqua abſoluta Si aut̄ hoc ponat̄ difficile videt̄ exponere auctem beati Aug. ſed de hoc dicet̄ ibi.

Iſta eſt diſtinctio uiceſima

quinta. In qua magr̄ poſtq̄z egit de nois⁹ ſignificantibus vnitatē̄ ⁊ pluralitatē̄ in diuinis. incipit agere ō quodā noie qđ hoc recipit additionē̄. ſ. de hoc nomine ꝑſona. Et circa hoc tria facit. ℳam p̄mo oſtēdit. qd ſignificet cum dr̄ tres ꝑſone vel due ꝑſone. Secūdo qd importat̄ per hoc cum dicit̄. alia ꝑſona patris alia filij. alia ſp̄ūs ſci. Tertio qd denotet cum dicit̄. ℳius ē in ꝑſona p̄r. ali⁹ filius ⁊c. ℙrimū facit a p̄ncipio diſtinctionis vſq̄z ibi. ℍic incipim⁹. Secūdum ab inde vſq̄z ibi. Deinde querit̄ vtrū. Tertium vero vſq̄z ad finē̄ diſtinctionis. In ſp̄āli ſnia magr̄i ſtat in tribus ꝓpōnibus q̄rū p̄ma eſt hec. q̄ hoc nomē̄ ꝑſona q̄ñq̄z ſtat. i. ſupponit ꝓ eēntia. ℍāc ꝓpōnē̄ magiſter inueſtigās querit cū dr̄ ꝑ pluraliter p̄r ⁊ filius et ſp̄ūs ſcūs ſunt tres ꝑſone. vel cuz dr̄ ſingulariter. ℳia ē ꝑſona p̄ris. alia ꝑſona filij. ⁊ alia ꝑſona ſp̄ūs ſci. qd ibi ſignificet nomē̄ perſone. Si enī eēntiā ſignificet igitur variatur ſignificatio perſone in ſingulari ⁊ in plurali. qđ videt̄ muſitatū. ℙoſtea obijcit ad alterā ꝑtē̄ dicēdo q̄ tam in ſingulari q̄z plurali eēntiā ſignificet. ℵđ aūt in ſingulari eēntiaz ſignificat. ꝓbat ex his que iā dixerat. Et q̄ in plurali eēntiā ſignificet. ꝓbat duabus rationibus. ℙrima eſt. b. Aug. dicētis. Cū dicimus tres ꝑſonas ſignificam⁹ illud qđ cōe ē p̄ri ⁊ filio ⁊ ſp̄ūi ſcō. ſed nihil eſt cōmune eis niſi eēntia. igitur noie ꝑſone pluraliter ſumpto ſignificat̄ eſſentia. Secūda rō talis eſt. Quid q̄rit̄ de eēntialibus interrogātibus. qd eſt eēntia. rn̄demus tres ꝑſone. igitur hoc nomē̄ perſona in plurali ſignificat eēntiā. Secūda ꝓpoſitio eſt hec. ℍoc nomē̄ ꝑſona capit̄ q̄ñq̄z pro hypoſtaſi vel ſubſiſtētia. ℍāc magr̄ ꝓbat ponendo opinionē̄ ꝓp̄riā di. q̄ ꝛ nomen ꝑſone de ſe ſignificet ſubam. tn̄ trāſfertur q̄ñq̄z ꝓpter penuriā vocabulor̄ ad ſignificādū ſuppoſitū vel hypoſtaſim. vn̄ ſenſus ē ℙater filius ⁊ ſp̄ūs ſcūs ſunt tres ꝑſone. i. tres hypoſtaſes vel tres ſubſiſtētes. Tertia ꝓpō eſt. q̄ hoc nomen ꝑſona multotiēs ſupponit ꝑ ꝓp̄rietate ꝑſonali ſub eius differentia. ℍāc magr̄ putchre ꝓbat i tex

tu per auctoritates ⁊ exempla. igitur ⁊c.

De proprietatibus perſonarum. ſed p̄us de hoc nomine hypoſtaſis.

Hanc de proprie- Di. 26.

tatibus perſonarum quaſ frequēter in hoc tractatu commemorauimus: aliquid loq nos oportet. Sed p̄mu⁊ audiam⁹ quid de hoc nomine hypoſtaſis ℍiero. dicit. Ait enim ſub hoc nomine venenum latere. ſed hoc dicit ſm q̄ heretici eo vtebant̄ vt ſimplices ſeducerent. ſ. pro perſona ⁊ pro eēntia. vt ſiue dicerē̄ vna tm̄ hypoſtaſis ſiue tres minus peritos ad inconuenies deducerēt. cuz non erat hoc nomen ita apud catholicos vulgatum. nec ita eius ſignificatio determinata vt modo. Et ideo ℍiero. dicit hoc nomine non vtendum fore ſine diſtinctione vel expoſitione. tunc. ſ. quando cum hereticis contendebatur ita ſcribens de fide catholica ad ℙamaſum papam. Arrianorum preſule hypoſtaſion nouellum nomen a me homine romano exigitur. Interrogamus quid tres hypoſtaſes arbitrentur intelligi. Tres perſonas ſubſiſtentes aiunt ℜeſpondemus nos ita credere. ℳon ſufficit eis ſenſus. Ipſuz nomen efflagitant. qr neſcio qd venenu in ſyllabis latet. Clamam⁹. Sigs tres hipoſtaſes. i. tres ſubſiſtentes perſonas non confitetur anathema ſit. Si quis autem hipoſtaſim vſiam intelligēs nō tribus ꝑſonis vnā hipoſtaſim indicit alienus a chriſto ē q̄. ſ. tres hipoſtaſes dicēs ſub noie pietatis tres naturas conat̄ aſſerere. Sufficiat nobis dicere vnam ſubſtantiam ⁊ tres ꝑſonas ꝑfectas equales. taceamuſ tres hipoſtaſes ſi placet. nomen hoc non bone ſuſpitionis eſt cū in eodē̄ ℣bo ſenſus diſſentiūt. Aut ſi rectum putatis tres hipoſtaſes cum interp̄tationibus ſuis debere nos dicere non negamus. Sed mihi credite. venenuz ſub melle latet. Tranſſigurat enī ſe angelus ſathane in angelum lucis. ℍis verbis non negat vtendum eſſe nomine hipoſtaſis: ſed hereticos eos prauе vſos oſtendit contra quos cautela opus erat in diſtinctione ſignificationis. alioquin ſibi contradiceret qui ſupra tres hipoſtaſes confitetur. Hiero⁹

De proprietatibus perſonarum ⁊ de noibus earum relatiuis.

Jaz de proprietatibus per

ſonarum videamus que etiam notiones ſiue relationes in ſcriptura plerūq̄z dicunt̄. In illa ſancta trinitate que ideo a nobis repetitur vt cordi noſtro tenacius infigatur. Ait Aug. Augu⁹.

inli. de fide ad ℙetrū. aliud ē genuisse quaz natum esse. aliudqz est procedere quā genuisse vel natuz eē. Unde manifestum est qz alius ē pater. alius filius. alius spiritussanctus. Et ē ꝓpū soliꝰ patris nō qz nō ē natꝰ ipe sz qz vnū filiū genuerit. ꝓpriūqz solius filii. non quia ipse non genuit. sed quia de patris essentia natꝰ est. ℙroprium vero spiritussancti. non qz nec natus est ipse nec genuit. sed qz solus de patre filioqz procedit. Ecce breuiter assignauit tres proprietates trium personaruz: quaruz vna non est alia. ℍoc. n. significauit cū dixit. Aliꝺ est genuisse quā natū esse. aliudqz procedere i. alia ꝓprietas siue notio ē generatio ⁊. alia natiuitas. alia processio. que aliis nominibꝰ dicuntur paternitas filiatio. ℍas proprietates designant nomina personarum. s. pater ⁊ filius. ⁊ spiritussanctus: que relatiua sunt. ad se inuicem dicuntur. quia notant relatiões que non sunt deo accidentales. sed in ipsis psonis ab eterno sunt immutabiliter. vt nō appellationes relatiue. sed etiam relationes siue notiones in rebus ipsis. i. in personis sint.

Quid sit ꝓpū patris.

Quid sit ꝓpū filij.

Quid sit ꝓprium spiritussancti.

ℍic de nominibus relatiuis q̄ notāt ipsas relatiões

Quod non omnia que de deo dicuntur secundum substantiam dicuntur quedā enim secūdum relationem dicuntur. nihil tamē secundum accidens.

Quo circa sciendum est

non omne quod dicitur de deo dicitur dici secundum substantiam. quia quedam dicuntur secundum relationem qui non est accidens. quia est mutabilis. Unde Aug. in. v. li. de tri. ait. Nihil in deo secunduz accidens dicitur. qz nihil ei accidit. Nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam de deo dicitur. In rebus creatis atqz mutabilibꝰ qꝺ non secundum substantiam dicitur: restat vt secundū accidens dicatur. In deo autem nihil qdem secundum accidens dicitur quia nihil in eo mutabile est aut amissibile. Nec tñ omne quo dicitur secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid sicut pater ad filium: ⁊ filius ad patrez. quod nō est accidēs quia ⁊ ille sempiter est pater. ⁊ ille semper ē filius. ⁊ ita semper quia semper natus est filius nec cepit vnquam esse filius. Quod si aliquando esse cepisset. aut aliquando desineret eē filius. secundum accidens diceretur. Etqz pater non dicitur pater nisi ex eo qꝺ est ei filius ⁊ filius non dicitur filius nisi ex eo qꝺ habet patrem. non secundum substantiam hec dicuntur: sed adinuicem ista dicuntur. neque tñ secundum accidens. quia ⁊ qꝺ dicitur pater: ⁊ qꝺ dicitur filius. ⁊ eternum atqz incōmutabile est eis. Ecce aperte his verbis ostenditur quedam dici de deo secundum substantiam. quedam secundum relationē. nihil tamen secundum accidens. Ostenditur etiam proprietas patris esse quod habet filium ⁊ proprietas filii qꝺ habet patrem. Ideoqz cum dixit eternum ⁊ incommutabile eē quod pater dicitur ⁊ quod filius dicitur. ita intelligi volnit. i. proprietas qua pater est pater. ⁊ proprietas qua filius est filius: eterna est ⁊ incōmutabilis. qz ⁊ pater semper pater. ⁊ filius semper filius.

Augu⁹.

ℍyla⁹. ꝓpetates pñs ⁊ filij determinat.

ℍylarius autoritate cōfirmat solutionē ℙaperta distinctiō inter deū filiuz. ⁊ hoiuz filios. qa ille natꝰ filiꝰ: hi fcī filij.

Unde hylarius proprietates personarum assignans in. xii. li. de trinitate ait. Si semper patri proprium est qꝺ semper est pater necesse est semper filio proprium eē vt semper filius est. Ubi enim semper pater est: semper filius est. ergo qui non semper pater est. non semp genuit. Item in eodem. ℕato deo: manifestum est proprium esse quod filius est.

Quare dicatur esse proprium vnigeniti qꝺ ē filius dei: cum etiam homines sint filij dei.

ℍic queritur quomodo dicatur proprium nato deo quod est dei filius

vel genitus ex deo: cum etiam homines filii dei dicantur ⁊ sint: secundum illud. Filii excelsi omnes. Et ad ℳoysen ō populo israel dominus ait. Filius meus primogenitus israel. Sed magna est distantia. ℍomines enim filii dei sunt factura: non natiuitatis ꝓprietate. Deus autem filius originis propriam proprietate filius ē: ⁊ veritate natiuitatis: nō factura vel adoptione: ⁊ illi quidem ante sunt qꝺ filii dei sunt. Fiunt enim filii: non nascuntur filii dei. Unde ℍylarius solum deuz natum originis proprietate dei filium ostēdēs inter ipsum ⁊ homines filios dei euidentissime distinguit in. xii. libro de trinitate ita dicens. Uero deo patri qui ex deo nascitur vere filius est: ⁊ nos quidem filii dei sumus: sed per facturam. Fumus enim aliquando filii tracundie: sed filii dei per adoptionem effecti sumus potiusqꝺ nascimur: ⁊ qz omne quod fit ante qꝺ fiat non fuit. ℕos cum filii non fuissemus: efficimur. Ante enim filii non eramus: sed per gratiam facti sumus: non nati neqꝫ generati. sed acquisiti. Acquisiuit enim nos deus sibi: ⁊ per hoc dicitur nos genuisse. Genuisse enim deum filios. nunquā cuz proprietatis significatione cognoscim⁹ dici. Ex adoptione enim homo factus est filius dei. nō ex generatione neqꝫ ei proprietas est: sed nuncupatio. ac per id non vere filius est: quia nec ꝓprie natus dicitur: nec semp fuit filius. Unigenitus autem deus nec fuit aliquando nō filius: nec fuit aliquid ante qꝺ filius. nec quicqꝺ ipse nisi filius. Atqz ita qui semper est filius. nascibilitatis proprietate ac veritate filiꝰ eiꝰ qui genuit pater ipsius est. quia sicut ille filius origine. ita ille pater generatione.

Qꝺ homo dicitur filius trinitatis. ⁊ trinitas

potest dici pater hominum.

Homo uero qui filius dei est factura: non tm̃ patris sed et filij ⁊ spiritus sancti: filius ē. i. totius trinitatis. ⁊ trinitas ipa pater eius dici potest. Unde Augu. in. v. lib. de trinitate dicit. Nō potest dici trinitas pater: nisi forte translatiue ad creaturaz. propter adoptionem filiorum. Quod enim scriptum est. Audi israel. dominꝰ deus tuus deꝰ vnꝰ est. Non vtiqz excepto filio aut spiritusancto oportet intelligi: quem vnum dominum deum nostrum recte dicimus: etiam patrem nostrum per gratiam suam nos regenerantē. De hoc etiam Hylarius in sexto libro de trinitate ait. Omnibus per fidem deus pater ē quibus est pater. per eam fidem Jesum christum dei filium confitemur. Ecce ostensuz ē: quare proprium dicatur esse dei nati qꝫ filius est: quia sꝫ ipse solus natus proprie dicitur. Unde Hylarius in libro. iij. de trinitate ait. Dominus dicens clarifica filium tuum. nō solo nomine contestatus est se esse filium. sed ⁊ proprietate. Nos filii dei sumus: sed nō talis hic filiꝰ. Hic enim verus ⁊ propius est filius origine. non adoptione: veritate non nūcupatione. natiuitate non creatione.

Augu⁹. Hylaꝰ.

Nō spiritusanctus proprie dicitur donum dei: quia proprietate est donum: vt filius natiuitate ⁊ vtroqz modo dicitur relatiue ⁊ sm eandem relationem.

Ita etiam de spiritusancto dicendum est qui proprie dicitur donuz dei. cuz tamen ⁊ alia plura sint dona dei. Sed spiritussanctus ita proprietate mutabili ⁊ eterna donum est: sicut filius proprietate est filius. Eo enim dicitur donum quo spiritussanctus ⁊ vtroque vtiqz nomine relatiue dicitur. Eadem relatione dicitur spiritussanctus ⁊ donū sꝫ ipsa relatio non appareat in hoc nomie spiritussanctus: sicut in hoc nomine donum.

Augu⁹. Unde augustinus in quinto libro de trinitate ait. Spiritussanctus qui non est trinitas. sꝫ in trinitate intelligitur. in eo qꝫ proprie dicit̃ spiritussanctus relatiue dicitur: cum ⁊ ad patrem ⁊ ad filium refertur: spiritussanctus ⁊ patris ⁊ filii spirituꝰ est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donum dei. Donum est enim patris ⁊ filii: quia ⁊ a patre procedit ⁊ a filio ergo spiritussanctus ineffabilis quedam patris filiiqz communio est. Et ideo fortasse sic appellatur vt iam diximus nec iterare piget. quia patri ⁊ filio potest eadem appellatio conuenire. Nā hoc ipe. ppe dicitur: quod illi cōiter. Quia etiam pater spūs. ⁊ filius spūs. ⁊ pater

Quid sit spūs sanctus

sanctus: ⁊ filius sanctus. Ut ergo ex nomine quod vtriqz conuenit vtriusqz communio significetur. vocatur donum amborum spūsā ctus. Ecce habes quare spiritussanctus proprie dicatur donum. ⁊ qꝫ relatiue dicitur. siue donum. siue spiritussanctus. Et qꝫ nomen sibi proprium tenet: quod cōiter patri ⁊ filio cōuenit. sed diuisim. Et est sciendum: quia cum pater vel filius dicitur spiritꝰ siue sanctus neutrum relatiue dicitur. sed secundum substam.

An pater vel filius vel trinitas ipa possit dici spiritussanctus.

Hic queri potest utruz pa/ter vel filius: vel etiam ipsa trinitas possit dici spiritussanctꝰ. sicut disiunctim dicitur ⁊ spiritus ⁊ sanctus. De hoc Augustī. in. v. li. de trinita. sic ait. Trinitas nullo modo potest dici filius spiritus vero sanctus potest quidem vniuersaliter dici secundum id quod scriptū est. quoniam deus spiritus est. Itaqz pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. quoniam vnus deꝰ est ⁊ vtiqz deus sanctꝰ est potest appellari trinitas ⁊ spiritussanctus. Sed tamen tunc spiritussanctus relatiue non dicetur. sed secunduz eēntiam. quia proprie spiritussanctus qui nō est trinitas. sed in trinitate dicitur relatiue.

Augu⁹.

Quidam putāt spiritumsanctum non dici relatiue ad patrem ⁊ filium. quia non vicissim respōdent sibi vocabula sed falso.

Quidam tamen putant spi/ritumsanctum vel donum non dici relatiue ad patrem vel ad filium. Si enim inquit hec relatiue ad se dicuntur: suis inuicē sibi respōdent vocabulis. vt sicut dicitur pater filij patꝰ ⁊ filius patris filius ita dicatur pater spiritussancti vel doni pater. ⁊ spiritussanctus vel donu m patris spiritus vel donum. Sed non ita est in oibꝰ relatiuis. Nō. n. omnia que relatiue dicunt̃: suis ad se inuicē respondent vocabulis. Unde Augustinus horuz elidēs opinionem in quinto libro de trinitate. Non te moueat inquit quoniam diximꝰ spiritum sanctum non ipsam trinitatem: sed eum qui est i trinitate relatiue dici licet non ei respondeat vicissim vocabulum eius ad quem refertur. Dicimus enim spiritumsanctum patris sed non vicissim dicimus patrem spiritussancti ne filius eius intelligatur spiritussanctus. Item dicimus spiritum sanctum filii sed nō dicimus filium spiritussancti. ne pater eius intelligatur spiritussanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit: vt non inueniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant. Cum ergo dicimus donum patris ⁊ filii. nō qdē

Augu⁹.

Opi. positi

possumus dicere patrem doni aut filiū do ni. Sed vt hec vicissim respondeant di / cimus donum donatoris ⁊ donatorez doni quia hic potuit inueniri vsitatum vocabulu illic non potuit. Bonum ergo donatoris. et donator doni cum dicimus: relatiue vtrūq ad inuicem dicimus. donator tamen non fu it deus nisi ex tempore: cum spiritussanctus sit donum etiam ab eterno.

Ira distinctionem. 26. quero. Utrum persone constituan tur in esse personali per relationes origi nis. Quod relationes originis sunt al terius rationis. sicut relationes specie differentes in creaturis quod apparet. plus enim differt paternitas a filiatione q filiatio a filiatione vel paternitas a paternitate. ergo constituta per eas formaliter differunt specie: persone igitur differūt specie ⁊ ita generatio est equiuoca in diuinis que im probata sunt distinctione. 7. Item qua ratione re lationes originis constituunt personas eadem rati one relationes communes constituerent eas. ⁊ ita eadem persona constitueretur duplici formali con stitutiuo. quod est inconueniens consequentia pro batur per hoc quia relationes communes equalem distinctionem requirunt in extremis sicut relatiōes originis ⁊ eodem modo stant cum vnitate essentie. ergo equaliter distinguūt. Preterea. relationes opposite de secundo modo relatiuorum possunt fun dari in eodem. sicut voluntas mouet se. relatio au tem mouentis ⁊ moti pertinent ad secundum mo dum relatiuorum. ergo pari ratione relationes pro ducentis ⁊ producti que pertinent ad eundem mo dum possunt esse in eodem. ⁊ ita per eas non distigū tur suppositа. Confirmatur ratio per Boetium q in fine libri sui de trinitate dicit q relatio ista est qua si eiusdem ad se. ergo relationes iste non distinguūt. Contra Boetius ibidem substantia continet vnita tem relatio multiplicat trinitatem.

Opi. p̄ positiui **Responsio** opin. quorundam ē sicut pre positiui q persone seipsis di stinguūtur. Et ita non est querere quo formaliter di distinguunt vel quibus costituuntur quia non habēt costitutiuum. Confirmatur positio ista quia perso na diuina est eque simpler sicut essentia: essentia au tem propter sui simplicitatem seipsa distinguitur a quocunq. igitur ⁊ persona. Item abstractum ⁊ con cretum idem significant ergo paternitas ⁊ pater. er go dicere patrem distingui paternitate est dicere ip sum seipso distingui.

Contra istud arguitur sic. Quecunq non sunt primo diuersa aliquo sui distinguūt q: q̄ se totis distigunt si p° diuersa sin. nō si p° diuer sa ꝛ aliquid idē entia tūc non eo distinguntur quo sē idem. sed aliquo sui quo non sunt idem. Sed perso ne diuine non sunt primo diuerse. quia sunt eiusdem essentie. ergo adhuc est querere quo distinguūtur.

Item plures proprietates sunt in eadem persona sicut i patre innascibilitas. ⁊ generatio actio. ⁊ distigu untur hec secundum Augustinum quinto de tri. ca. 6. vel. 13. vbi vult q si pater non esset ingenitus posset tamen esse pater ⁊ econuerso. ergo ⁊ si per im possibile vna non distingueret patrem ab aliquo: posset alia distinguere ⁊ ecōuerso: ergo semper ē ali quid quo distiguitur pater a filio: ita q non primo se toti diuersa. Itē in patre est generatio actiua ⁊ spira tio actiua: ⁊ spiratio actiua nō distinguitur a filio: qa illa est in filio: ergo pater non seipso toto eque primo distinguitur. sed aliquo quo est in eo. Itē in prefatio. de trinitate dicitur. in personis proprietas: non au tem persona est in seipa: hoc modo sicut proprietas intelligitur esse in persona: ergo aliquo modo perso na dici potest distingui proprietate formaliter quo modo non distinguitur seipa primo.

Arguitur etiam ab aliis ali ter contra ipsum quia si pater se toto distiguitur a filio pari ratiōe ⁊ a spiritu sancto. ⁊ si eodez distinguit ab vtroq: ergo eandē habitudinem habet ad vtrunq igitur ⁊ econuerso. vterq habet ad ipsum eandē habi tudinem eiusdem: ratiōis: sicut si Paulus est simi lis Petro ⁊ Lino: ergo petrus ⁊ linus habēt simili tudinem eandem ⁊ relationez eiusdem rationis ad paulum. Et tunc filius videtur distingui a patre re latione eiusdem ratiōis cum ea. qua distinguitur spi ritussanctus a patre. Sed forte istud argumentū non cōcludit: quia quocunq pater cōstituitur in esse personali: eo distinguitur primo personaliter a filio ⁊ spiritusancto nō tamen sequitur econuerso. q filius ⁊ spiritussanctus distinguerentur aliquo eiusdem ra tionis a patre.

Alia est opinio communis que dicit personas ꝓstitui per relatiōes. Pro hac opinione allegatur auctoritas xp̄i in euāgelio Mat thei vlti. sicut postea tāgetur infra cōtra tertiā opi nionem. Adducitur ad hoc Boetius de trinitate qui multa videntur tangere de hoc. Et Augustinus similiter. 5°. de trinitate. c. 10. vel. 19. qua propter il lud precipue teneamus: quicquid ad se dicitur pre stantissima illa ⁊ diuina subūmitas substātialiter di ci. Et paulo post. Quicquid ad se ipos de singulis di citur non pluraliter in sūma sed singulariter accipi tur. Et ibidem. i. de paruis. Quicquid ergo ad se ipsum dicitur deus de singulis personis similiter di id est patre filio ⁊ spiritusancto. Et ibidē ca. primo. vel. 14. q autem proprie singula in eadem trinitate dicūtur nullo modo ad seipsa sed ad inuicem: aut ad creaturam dicūtur: ⁊ ideo relatiue: non substantiali ter ea dici manifestum est. In his expresse videtur haberi: q omne dictum ad se conuenit tribus: ⁊ est commune tribus ⁊ quicquid non est commune tri bus est relatiuum vel relatio: constitutiuum autem ⁊ distinctiuum persone non est cōmune tribus. ergo est relatiuum vel relatio. Item augustinus. xj. de ciuitate dei. ca. xj. deus est quicquid habet excepto q vna persona dicitur ad aliam ⁊ non est ipsa: nam habet pater filium: nec tamen est ipe filius. ⁊ filius habet patrem. nec tamen ipse pater. Item Boetius de trinitate in fine. Ita igitur substantia conti net vnitatem. relatio multiplicat trinitatem. Et multa alia verba ibidem ad hoc. Item Damascenus ca. octauo. Et quoniam pater ⁊ filius ⁊ spi ritussanctus secūdum omnia vnum sunt preter in generationem ⁊ generationem ⁊ processionem. Et ibidem. ca. 10. In enim solis hypostaticis proprieta tibus ab inuicem differunt he sancte tres hypostа ses. Item Damascenus tertio de trinitate ca. 5°. Differentia autem inquit hypostaseon. id est perso narum in solis tribus proprietatibus. anetio. id est icausabili ⁊ patnali ⁊ etiaci. i. causabili ⁊ filiali ⁊ cau sabili ⁊ processibili cognoscimus. Item videtur Ric. dicere de trinitate tertio. Qđ persone non di stinguuntur in diuinis nisi per alium ⁊ alium modū habendi eandem naturam. ergo. Item Anselm. ō processione spiritussancti. dicit q in diuinis omnia sunt vnum vbi non obuiat relationis oppositio.

s. Tho. p̄a pte sū me. q. 36

Jtem per rationem quia si per absolutum constitutur persona in diuinis: ergo absolutum additur absoluto. sed absolutum additum absoluto necessario facit compositionem. Sed si in absoluto aliquo conueniunt persone diuine. constat q̄ nō eodem absoluto quo cōueniunt distinguntur personaliter ergo absoluto alio. ergo est ibi absolutum et ergo compositio hoc non sequitur de relatione. quia relatio nihil addit supra suum fundamentum nec facit compositionem cum eo. Aliter confirmatur ista positio. ⁊ ista ratio. quia relatio vno modo pōt transire in substantiam ⁊ per hoc non facere compositiōem cum absoluto alio modo potest manere per ꝓpationē ad oppositū. ⁊ ita distinguit realit sed iste due rationes nō videnť cōpetere absoluto. quia absolutum vel omnino manet vel omnimode transit Si omnimode transit non distinguit. sicut nec essētia in q̄ transit. Si omnino manet ergo compositio

Jtem eadē nā nō pōt eē in diuersis suppositis absolutis nisi distinguatur in eis licet enim possit esse i diuersis suppositis relatiuis quia idem illimitatum potest esse fundamentum plurium relationū in diuersis suppositis non tamen in diuersis suppositis absolutis videretur posse esse nisi distinguatur ⁊ numeratur in eis. Si enim sunt duo suppositā absoluta videtur q̄ quicquid est in vno sit aliud a quocunq; quod est in alio ergo essentia diuina numerare tur in deo si persone diuine costituerentur inesse personali per absoluta. Jtem secundum omnes relationes sunt in personis diuinis ergo si non constituunt personas videntur sequi duo inconuenientia. primo q̄ erunt ibi quasi accidentales ⁊ aduenticie personis constitutis. quod videtur esse contra simplicitatem diuinarum personarum. secō q̄ tales relatiōes que sunt proprie personis erūt relationes rationis. quia relatio de ad creaturam. ideo non est realis qui presupponit diuinam personam inesse perfecto. ⁊ non dependentem ad creaturam. nec naturaliter vel necessario coexigente eam ad suum esse personale. igitur a simili idem videtur in proposito. si persona prima sit absoluta non dependebit ad secundā. patet quia etiam preintelligitur perfecta in sua habitudine personali ante secundam personam. ⁊ per presens non necessario coexigit personam secundam ad suum esse personale. ergo habitudo eius ad secundam personam erit tantum relatio vel habitudo rationis

Preterea. si proprietas absoluta aliqua constituere non esset tantum virtualiter in deo quia tunc nō esset magis tali proprietate hec persona q̄ asinus. Includit enim deus virtualiter perfetionem asini in se ergo oportet q̄ sit ibi actualiter. ergo est ibi vt actus ergo dans esse. ergo in diuinis essent tria esse absoluta Preterea. proprietas illa absoluta si faciat vnum cum essentia. alterum est actus alterum vero potentia ⁊ alterum perfectio alterius. essentia nō perficit illud personale quia non presupponit illud sed magis econuerso. ergo absolutum personale erit perfectio essentie. Et sequuntur duo inconuenientia. Primum q̄ essentia secundum se non sit perfecta omnino Aliud q̄ vna persona non sit omnio perfecta quia non habet absolutum alterius persone quod est perfectio ex preostensis. Et confirmatur qz secundum Anselmum mono. 13. preter relationes omne aliud aut est simpliciter melius ipsum q̄ non ipsum aut non sed in aliquo melius non ipsum q̄ ipsum: quod secundo modo se habet non est in deo secundum ipsum. ergo omne aliud a relatione quod ē in deo est simpliciter melius ipsum q̄ non ipsum ergo erit perfectio simpliciter. Et ex hoc sequitur q̄ nulla persona erit simpliciter perfecta. quia nulla habet absolutum alterius. Sequitur etiam q̄ duē sint quid perfectius q̄ vna quod est contra Augustinuz 8. de trinitate. c. primo vel. 3. Preterea tertio multiplicato aliquo absoluto multiplicatur omne aliud absolutum circunstans illud. Exemplum multiplicata quantitate multiplicabitur albedo. ⁊ econuerso: ergo si sic sint distincte proprietates absolute que circunstant essentiam diuinam distinguerent etiaz essentiam diuinā. Et confirmat maior: q̄ plura eiusdē spēi nō pñt eē in eodem. iste si ponuntur erunt eiusdē speciei: quia si non erunt igitur alterius speciei: ⁊ tra oportebit querere per quid alterum istorum sit incommunicabile. sicut enim ponitur paternitatem que differt specie a filiatione non posse esse de se incommunicabilem. ita sequitur de .a. in patre. si sit absonum ⁊ .b. in filio si differant specie q̄ neutrum erit de se incommunicabile ⁊ oportebit stare ad aliqua propria eiusdem rationis. Confirmatur ista ratio saltem quia non sunt plura eiusdem rationis in eodem perfecto. sicut in diuinis nō sunt plura verba neq; plures partes: quia hoc videtur esse imperfectionis: q̄ in aliqua natura possint esse plura omnino similia: ergo in natura diuina simpliciter perfecta non erunt plura absoluta eiusdem ratiōis. Quarto si proprietas absoluta a. exprimatur vel pullulat ab essentia ⁊ similiter b. ⁊ expressum est in eodez supposito cum eo a quo exprimitur secundum istuz modum exprimendi qui ponitur, ergo a. ⁊ .b. erunt vna persona ⁊ ita nulla psona originabitur ab alia: quia, p pria earum erunt in eadem persona: imo sequitur q̄ non erit distinctio personalis. Quinto sequitur q̄ non sit ibi origo. quia persona originata per originē capit essentiam. sed persona si est absoluta precedit ipsam relationem originis: igitur secunda persona precederet in essendo ipsam originem passiuam: et ita non haberet esse per eam.

De modo igitur ponendi

qualiter possit relatio constituere personas: ⁊ easdez distinguere: declaratur per hoc q̄ producens necessario distinguitur a suo opposito realiter: quia idem non producit seipsum secūdum Augustinum primo de trini. c. j. ergo erit aliqua relatio realis: ⁊ distictio realis aliquorum que sunt in essentia diuina. Non autem possunt ibi esse aliquo modo per informationem propter simplicitatem diuinam: ergo erunt p se subsistentia in illa natura. ergo erunt persone realiter distincte. Qualiter autem ex hoc non sequatur distinctio essentie in qua subsistunt declaratur. quia idem illimitatum potest esse fundamentum relationum oppositaruz: ⁊ tunc illa relatio dicitur vnomodo manere ⁊ alio modo transire. Et circa hoc fiunt multe altercationes secūdum quam rationem relatio distinguatur. Sed breuiter posset dici secunduz istam viam q̄ relatio secundum q̄ relatio nō est formaliter essentia. quia secūdum Augustinum. 7. de trinitate. ca. secūdo vel. 15. Si essentia est ad aliud. iam non est essentia. Et potest argui similiter econuerso. Si relatio formaliter est entitas ad se: igitur non est relatio. Ipsa etiam ex hoc q̄ est relatio est oppositi necessario vt termini: ita q̄ comparare eā ad essentiam non includendo habitudinem ad oppositum non est comparare relationem ad essentiaz

Et ex hoc q̄ est oppositi necessario distinguitur realiter ab illo: ⁊ tamen non oportet essentiaz realiter distingui. quia essentia non formaliter est relatio distincta. Nec oportet ibi esse compositionem: quia lz relatio maneat: sic q̄ non est formaliter essentia: tamen relatio propter infinitatem essentie transit i eam secundum perfectam identitatem ad eaz: ma

net igit formaliter relatio. quia ratio eius secundū quam est formaliter relatio: non est ratio essentie ꝛ transit propter perfectam identitatem ad essentiaꝫ Iꝫ non in identitatem formalem. ꝛ illud manere sic sufficit ad distinctionem formalem ꝛ realem sine aliqua distinctione essentie. Et ex hoc ꝙ essentia ista simplex est ista distinctio non erit informantiuꝫ sed subsistentium. Et ex hoc ꝙ illa essentia est infinita istud manere formaliter est sine compositione.

In speciali autem ponitur vlterius ꝙ non quecūqꝫ relationes etiam reales constituunt personas diuinas nec eas distinguunt sed relationes originis: quia ille primo pullulāt in essentia diuina: quia primo in essentia diuina est duplex fecunditas. In quātum est intellectus infinitus ꝛ voluntas infinita. Et mediantibus istis statim pullulant relationes originis pertinentes ad communicabilitatem nature: q̄ natura vel essentia diuina communicatur secundum istam duplicem fecunditatem iam dictam: quibus iam preintellectis pullulant cōmunes relationes semper presupponentes istas. Et ideo tales relationes cōmunes ꝛ si sint reales: non tamē distinguunt nec constituunt personas.

Contra istam conclusionez

arguitur quadruplici via. Primo comparando relationem ad relatum. Secundo comparando relationem ad originem. Tertio ex propria ratione ipsi⁹ constitutiui. Quarto per auctoritates.

Quantum ad primam viaz

argnitur sic. primo relatione aliquid refertur formaliter sicut albedine aliquid albatur: nō autē ipsamet relatio refertur: quia secūdum beatum Augustinuꝫ septimo de trinitate. c. 2°. omne relatiuum est aliqd excepta relatione. ꝛ in principio tertij capituli. Si pater inquit nō est aliquid ad se non est quod refert. ex hoc videtur ꝙ relatio nō refertur: ꝫ illud quod refertur est aliquid ad se. quod etiam probatur quia illud quod refertur relatiōe non est aliquid posterius ea: nec simul natura: ergo est prius naturaliter: ꝛ ita est ad se. Sed essentia diuina nō refertur realiter: qz non distinguitur realiter. ergo tantum suppositus refertur: ergo prius ē ibi realitas suppositi naturaliter q̄z relatio. nō igitur primo suppositum distinctuꝫ cōstituitur in esse suppositi per relationem. Probatio istius vltime consequētie: omne compositum necessario preexigit partes ꝛ partium vnionem. Et hoc non tantuꝫ in composito per se. sed in composito per accidens vno. sicut enim essentia hominis preexigit esse corporis ꝛ esse anime ꝛ vnionem eorum ita esse hominis albi preexigit esse hominis ꝛ albedinem ꝛ vnionem eorum: ergo esse alicuius relati quod dicitur referri primo secūdum ꝙ est quasi totum quoddam preexigit relationem vt formam. ꝛ illud quod refertur relatione quasi subiectum ꝛ vnionem istorum. Prius igitur aliquid informatur relatiōe q̄z sit aliquid relatiuum quasi compositum quod dicatur referri primo. Illud autem prius informatum relatione potest dici referri: quia omne informatum aliqua forma potest dici tale: ergo nihil in diuinis potest dici referri nisi aliquid sit quasi totum quod denominatiue dicatur referri. illud nō constituetur relatione formaliter tanquā per se inclusa in ipō patet quidez ex differentia relati primo ad illud quod denominatiue dicitur referri. Et illud non potest esse nisi suppositum vt primo ostensum est: ergo. Confirmatur ista ratio in simili: qz sicut homo non ē animatus primo: nisi corpus esset per se quasi informatuꝫ anima: ita vt videtur in ꝓposito ꝙ nihil erit relatuꝫ primo quod cōstituitur formaliter in esse. primo relatione nisi aliquid prius sit relatum quasi denominatiue per denominationem realē a relatione. Juxta hoc posset argui sed minus efficaciter sic. Si relatio nō refertur nec essentia diuina patet igitur ꝙ tm̄ persona refertur. Sed quod refertur prius est ad se. probo ꝫm Augustinum. 7°. de trini. c. 3. vel. 6. quapropter si ꝛ pater non est aliquid ad seipsum non est omnino qui relatiue dicatur. hoc etiam probat̄ ratione: qz quod refertur non ē simul natura cuꝫ relatione: nihil n. simul ē cum relatiōe nisi relatio. igitur illud quod referr̄ ē relatio ꝛ ita relatio referret. Nec posterius ē relatione. qz quod ē quale qualitate nō ē posterius qualitate. Similiter de quantitate ꝛ aliis formis: ḡ a simili de relatiōe. ḡ oportet dare tertiuꝫ membrum. ſ. ꝙ illud quod refertur ē prius relatiōe ꝛ tunc videtur sequi ꝙ sit absonū: qz nihil vē prius relatiōe nisi absolutū. Itē 2° relatio realis p̄exigit extrema realia. vl distinctiōeꝫ realē extremoꝝ. ḡ nulla rō realis cāt p̄mo distinctionē realē extremoruꝫ. ḡ. nꝫ hic. probō antecedentis pbs. 5. methaphy. c. de eodem probat identitatem non esse relationem realē quia non preexigit realem distinctionem extremoꝝ

Si dicatur ꝙ illa relatio non est realis que nec preexigit nec facit distinctionem realem extremoꝝ

Contra. ergo istud argumentum extrema non sūt distincta realiter. ergo non est relatio realis non valeret. aut enī accipit̄ in antecedente ꝙ extrema nō sunt distincta realiter distinctione precedente relationem ꝛ tunc non sequitur ergo relatio non est realis quia sic posset accipi i ꝓposito. aut accipitur in antecedente ꝙ extrema non sunt distincta distinctione facta hac relatiōe si sic accipis iō nō ē fctā distictio realis extremoꝝ p illā. qz illa nō ē relatio realis. ḡ inferre ex antecedente sic sumpto relationem non esse realem est inferre. quia non est realis ideo non est realis. quod nihil est. Aliter dicitur ꝙ maior est vera de accidentali relatione que aduenit extremis iam distinctis. talis non est ista sed est constituens suppositum formaliter distinctum per ipsam. Contra istud relationi vnde relatio est commenit ꝙ sit ad aliud. quia si non est ad aliud non est relatio alioquin posset dici ꝙ paternitas posset esse relatio realis absqz filio si non oporteret aliquo modo extrema relationis esse distincta sicut nec extrema identitatis aut ergo hec paternitas ē ad aliō distictū sola filiatione. aut ad aliud distinctum distinctione priori q̄z illa que esset a filiatione. Si secundo modo habetur ꝓpositum. si primo mō ḡ arguendo paternitas non est ad aliud distinctum ergo non est realis est arguere sic huic relationi non est relatio realis oppositа ergo non est realis. Sed hec videtur esse manifesta petitio principij. quia antecedens non videtur esse manifestius consequente nullum igitur argumentum haberetur in multis relationibus ad concludendum eas non esse reales per hoc ꝙ non sunt inter extrema realiter distincta. sed esset communiter petitio principij. Item tertio sic omnis relatio primo terminatur ad absolutum. primus autem terminus relationis in persona est alia persona ꝛ non essentia. ga sicut essentia non refertur ita non terminat relationem. Ita enim terminus relationis distinguitur sicut relatum. ergo persona inquantum est distincta ab alia ꝛ terminans relationem eius ad se est absoluta maior declarabitur distin. 30. questione de relatiōe dei ad creaturam.

Ex secunda via arguitur primo ex ordine quem necessario requirit originatio qui videtur duplex. Nam principium originans videtur prius originato. videtur etiam pri

us origine. Ex prima priorítate arguítur primo sic originans eſt prius originato. relatiuum nullo modo eſt prius ſuo correlatiuo. quia ſunt ſimpliciter ſimul ergo ꝛcetera. Confirmatur ratio quaſi ex poſito concluſionis ſic. ſi perſone non ſunt abſolute ſed primo relatiue. tunc non erit aliud patrem originare filium & patrem habere filium correlatiuum ſed patet q̄ pater ex ſe eo q̄ pater habet filium correlatiuum qui in nullo inſtanti nec nature nec originis pōt intelligi p̄ ſine filio: vel niſi intelligat̄ hīe filium igit̄ p̄ ex ſe ſine origine hz filiū. & nō originat eū ſi nihil originat̄ niſi ſuū correlatiuuz. Hoc manifeſtius ſic arguit̄: illud nō originat̄ qđ poſito inaſcibili ꝛ circūſcripta oi actione hz ſuū totū eē tale ē correlatiuum inaſcibilis: q; ex ſola nā relatiōis que ē actus p̄mus circūſcripta oi actiōe ſiue actu. 2° corrlm inaſcibilis eſt inaſcibili erñte. & ꝛc. Preterea relatio nō pōt originari niſi in aliquo abſoluto pri⁹ originato ꝛ hoc aut in relato aut in termino: ſicut nec motus pōt eē in ad aliqd p⁹ niſi p accēns. q; ē p ſe ad aliqd abſolutū in ſbo vel in t̄mino rl'onis vt pz. 5. phyſi. & ꝑſona diuina q̄ p̄mo originat̄ nō pōt eſſe tñ rl'o ſubſiſtēs: ſed oz ponē aliqđ abſolutū qđ p̄mo originet̄. Cōfirmatur iſta rō marime ſi negeť eēntiā eē formalē terminū huius ꝓductiōis: tūc. n. nec originatū erit ad ſe nec formalis t̄min⁹ gnātiōis vl' originatiōis qđ vī icōueniēs. Preterea. 3°. oē relatiū eq̄ nāl'r reſpicit ſuū correlatiuū: & eq̄ nāl'r ſpirās reſpicit ſpiratū ſicut gnāns gnātū: igit̄ ſi ꝓductū vtraq; ꝓductiōe ſit tñ relatiuū vtrūq; eq̄ nāl'r ꝓducit̄: ꝛ ita nō erit in diuis duplex ꝓductio. ſ. p modū nāe ꝛ volūtat̄. tūc. n. eq̄ vē pōt dici q. ſ. ſ. ꝓducit̄ p modū nāe ſic ꝛ fili⁹. qđ ē ꝫ oēs. Itē 4°. tūc nulla ꝓductio i diuis erit gnātio: q; gnātio ē ad p̄mā ſbam vt ad t̄minū ꝓductū. h aūt ponit̄ relatio vl' relatiuū p̄mū ꝓductū: & erit ꝓductio in gnē rl'onis ꝛ nō gnātio. Itē ex ſcḋa via ſecūde vie ſic. Suppoſituz aliquo⁹ p̄intelligit̄ actiōi q; p⁹ intelligit̄ vnūqđcūq; p ſe eē q̄ p ſe agat: ꝛ tūc in illo p̄ori ſi eſt ſuppo⁹ ad ſe hēt̄ ꝓpoſituz. ſi nō eſt ſuppo⁹ ad ſe ſed ad aliud vt ad filiū: & ſimul intelligit̄ fili⁹: ꝛ ita filius nō eſt terminus gnātiōis. Et cōfirmat̄ q; quacūq; p̄oritate vnuz correlatiuū p̄intelligit̄ alicui eadē priorítate p̄intelligitur reliquū eidē pp ſimultatē relatiuoꝝ. Juxta ꝟ poſſet argui de 3ª p̄oritate. ſ. relatiōis ad ꝑſōam: que pbat̄ p pbz. 7° metaphy. c. 2. forma. n. eſt p̄or ꝓpoſito ſm phm ibi. & paternitas ē prior ꝑſona prima. ꝛ p ꝓñs relatio oppoſita p̄nitati erit prior ꝑſona prima: igit̄ ipa nō hz a 2ª ꝑſona p actionē prime ꝑſone. ꝓñtia de relatione oppoſita probatur per ſimultatem correlatiuorum.

Quantum ad tertiā viā arguit̄ p̄mo sic Quicqđ cōſtituit formaliter i aliq⁹ p⁹ eē ꝛ in vnitate corrñdēte tali eē ſe toto repugnat diſtin. oppoſite illi vnitati ꝛ eſſe. Exēplū ſi rōnali primo cōſtituit hoiem in entitate ꝛ vnitate ſpecifica ſe toto primo repugnat diſtinctiōi ſpecifice: ita q̄ circūſcribendo p impoſſibile vel poſſibile quodcūq; aliud a rationali quod non ē de intellectu eius ſtā te ſolo intellectu rationalis repugnabit ſibi diuiſio i diuerſas naturas ſpecificas. Et probatur iſta propoſitio: quia ſi toti conſtituto repugnat talis diſtinctio ergo per aliquid ſuiſibi repugnat ſit illud a. ſi ipſi. a. ſe toto repugnat habetur propoſitum: ſi non ſz repugnat ipſi. a. per. b. erit proceſſus in infinitum: vl' vbi cunq; ſtabitur illud erit vltimum conſtituens in tali vnitate: ꝛ illi ſe toto repugnabit diſtinctio oppoſita tali vnitati: igitur ſi paternitas conſtituat primum ſuppoſitum in eſſe perſonali ſub ratione incommunicabilis: ergo oz q̄ paternitati p̄mo ex ratione ſua repugat cōicabilitas. ſz hoc vī falſuz multipliciter

Tum primo q; ſecūdū illos qui tenent hanc opinio. nulla quidditas de ſe eſt incōmunicabilis. ergo nec paternitas. Tum 2° q; paternitas nō eſt de ſe hec circunſcripto omni eo qđ nō eſt de formali rōne paternitatis circunſcripta. n. deitate que nō eſt de formali ratione paternitatis ſm Aug. 7. de tri. c. 7. 2. ꝛ. 4. vbi dicit q̄ nō eo pater quo deus paternitas nō eſt ō ſe formaliter infinita ꝛ per conſequens non eſt de ſe hec. pbat̄ hec ꝓña cōtinens p identitatez aliquid qđ eſt extra ei⁹ rationē ꝓpriaz vel primā ē quodāmodo illimitatū & cōtinens formaliter tale hoc ē ſimpliciter illimitatū vel infinitū. cōtinentia enī formalis requirit maiorē pfectionē cōtinētis. Ex hoc vltra ſi paternitas non eſt de ſe hec vz ſingulare nec multo magis erit de ſe incōicabilis. q; incōicabilis p̄ſupponit ſingularitatem. Tū tertio q; quelibet relatio diuina originis ē eque eadez eēntie diue. & ſi ex illa cōtraheret aliquā incōícabilitatē quelibet equaliter eā cōtraheret. ſz hoc eſt falſuz q; ſpiratio actiua licz ſit hec nō tñ incōicabilis ē. q; eſt in duobus patre. ſ. ꝛ filio. Ex hoc autē 4° pbat̄ q; cū oppoſita relatiua videant vniformiter ſe habere ad incōicabilitatez ꝛ ſpiratio actiua nō ſit de ſe ſic incōicabilis. & nec ſpiratio paſſiua ſibi oppōita. & nō p̄ſtituet. ſ. ſ. ineſſe p̄ſonali qđ eſt falſū. ſi ponat̄ relationē cōſtituere. Tū 5° quia ēt ſi ponerent̄ quecunque pōnes impoſſibiles vel incōpoſſibiles ſtante intellectu rōnalitatis repugnaret ſibi diuidi in plures naturas ſpecificas. puta ſi ponat̄ q; rationale eſſet differentia ſpecifica coloris ꝛ q; ille color poſſit cauſare ſubſtantias de nihilo vel quecūque talia: poſita aūt hac poſitione impoſſibili q; prior eſſet productio volūtatis q̄z intellectus ſaluata ratione generationis ꝛ ſpiratiōis ſpiratio actiua eſſet in vno ſuppoſito ꝛ generatio actiua. tunc eſſet in duobus. quia tunc ſpiritui ſancto in primo inſtanti in quo ſpiratur cōicaretur vis generatiua. ergo modo generationi actiue in ſe non repugnat formaliter cōicabilitas. Ad iſtud argumentū de primo incōicabili reſpondetur dupliciter. vno modo q; paternitas licet nō ſit incōicabilis vñ paternitas tñ paternitas diuina ſiue vnde diuina ē incōicabil Aliter dicit̄ q; paternitas ſubſiſtens qualis eſt iſta q̄ ē in deo eſt incōicabilis ſed nō paternitas inherēs q̄lis eſt creata. Contra primā rñſionē ſz cōcludant vltime tres rationes vel probationes. tñ arguo aliter dupl'r. p̄mo ſic qñ duo cōſtituūt p ſe aliquod tertiū neutrū illoꝝ habet ab altero illā ꝓditionē que eſt p pria ſibi inquantū ꝓſtituit ſ. vtrunq; habet ex ſe primo verbi gratia mā ꝛ forma ꝓſtituunt p ſe compoſitū ꝛ mā nō hz a forma potentialitatē q̄ eſt ei⁹ ꝓditio in cāndo cōpoſitū. Nec forma habet a materia aliq; actualitatē que eſt eius ꝓditio in cauſando cōpoſitū ita ꝛ i diffinitiōe gen⁹ nō hz a dīa ꝓceptū determinatū vel determinabilē nec dīa hz a genere ꝓceptum ſpecificū indiuiſibilē in plura ſecundū ſpeciē. & ſi perſona ꝓſtituat̄ ex eſſentia ꝛ ꝓprietate incōicabili neutrū habebit ab altero qđ eſt ſibi propriū ſz ſicut eſſentia nō habet cōicabilitatē a proprietate ſed ē ex ſeipa cōicabilis circūſcribendo per intellectū ꝓprietatez ita ꝓprietas nō habebit ab eēntia incōicabilitatem ſz erit ex ſe p̄mo talis circunſcripta p impoſſibile eſſē tia. Preterea 2° eſſentia nō dat incomunicabilitatem patri vt mere eſſentia eſt. q; ipſa eſt cōicabilis. & vt ipa intelligit̄ habere virtualiter paternitatez in ſe. Et ita idē vt virtualiter tale in eēntia erit ratio icōmunicabilitatis ſui ipſius vt formaliter tale qđ ē incōueniens. Tuz q; de illo vt ē virtualiter in eſſentia queram aut eſt cōicabile aut incōicabile Si cōicabile non erit ratio incōicabilitatis paterni tati vt formaliter in ſe. Si incōmunicabile ꝛ ab

essentia secundū illā responsionē iterū arguit q̄ non ab essentia vt mere essentia sicut prius. ⁊ sic infinitū aut cōmunicabile aut incomunicabile. Tum q̄ nulla vnitas verius vel intensius cōuenit alicui vt est vnū virtualiter tm̄ q̄z vt est vnū formaliter. ⁊ hoc loquēdo d̄ vnitate ꝑpa illi ⁊ h̄ pz sic̄ de entitate ꝑpa

Tum q̄ q̄d̄ est in aliquo est in eo per modū eius. ꝯ q̄d̄ est in essentia virtualiter vt p̄cise est in ea nō est ibi vt incōicabile. Contra illud q̄d̄ respondet postea de relatiōe subsistente: q̄ ipa est incōicabilis quero cū prius oporteat intelligere aliquid esse h̄ q̄z subsistens. quero ꝑ quid paternitas sit h̄ nō de se cuz nō sit formaliter infinita. ergo nec multo magis ē de se subsistens. ergo nec de se est incōicabilis.

Secundo principaliter arguit sic q̄stū ad istā viā. ab vltimis distinctis ⁊ cōstitutis aliquoꝝ non pōt abstrahi aliquod cōe dictū in qd de eis. probo. quia si est aliquid cōe eis illo cōmuni nō distinguerentur primo sed aliquo ꝓtrahēte distinguūtur ⁊ ita nō sunt primo distinctiua. Si igitur sunt p̄mo distinctiua nihil est eis cōe dictū in quid de eis: a paternitate aūt ⁊ filiatione abstrahitur hoc q̄d̄ est relatio que videt eis cōmune ē ⁊ vniuoce. pōt. n. intellectus certus ē. de relatione ⁊ dubius de hac relatione vel illa igit̄ ⁊ ista a quibus abstrahitur nō sunt primo distinctiua. Respōdet negādo minorez dicēdo q̄ relationes diuine sunt primo diuerse. Contra hoc est argutū frequenter ⁊ pōt vnū mediū iterari. q̄ tūc sciēs vnā originē i diuis. ⁊ nesciens vtrū illa originatio esset generatio vel spiratio nullū cōceptū haberet nisi de voce vna igit̄ essēt illa problemata que fiunt de generatione siue de ꝓductione in cōi ⁊ solunt̄ per ꝑpria media añquā queratur de productionib⁹ in speciali.

Tertio principaliter sic primū cōstitutuz suppositi in aliqua natura videtur facere ꝑ se vnū cū illa nā. q̄ nō videt q̄ aliquod vnū per accidens possit ē primū simpliciter in aliquo genere ſm p̄hm. 2. phy. primū aūt de quo nā dicit̄ per se ē eius ꝑpriuz suppositū ꝯ ⁊c̄. Sed sicut in creaturis relatio est alterius generis ab absoluto. ⁊ ideo nō facit ꝑ se vnū cuz eo. ita ī diuinis nō videt cōceptus vn⁹ esse per se absoluti ⁊ relationis. ergo si ꝑsona ista duo includat essentialiter. essentiā. s. ⁊ relationē nō videt esse suppositū per se ⁊ primū talis nāe. sed quasi suppositū ꝑ accidens. Et ita videt q̄ possit dari aliquid pri⁹ cōstitutū per se suppositi in illa nā. Confirmatur ratio sic prima identitas videt ē prime nature ad ꝓpriū suppositū ergo illa identitas nec est per accidens nec quasi per accidens. sz omnino per se ꝯ suppositū nō includit aliquid quasi alterius generis a natura. Confirmat̄ scō. q̄ aliter maior per se esset identitas nāe create ad suppositū suū q̄z nāe diuine ad suuz. q̄d̄ videt inconueniens. Confirmat̄ 3°. q̄ scōa substātia dicit totū q̄d̄ quid est prime substātie. ꝯ in p̄ma sba nō cōcurrit aliqua quidditas distincta a quidditate scōe substātie. ꝯ nec quidditas relatiōis que est distincta quidditate essentie ptinet ad rōez prime substātie. Si. n. prima substātia icludit per se quidditatē distinctā a quidditate substātie secūde. ergo nō magis ē per se suppositū substātie q̄z illius qdditatis alterius ⁊ ita neutrius vel vtriusq̄z Nec vz hoc. &c°. q̄ h̄ quidditas est illa ꝑ identitatez ⁊ iō idē ꝑ se vnū pōt ee ꝑ se suppositū vtriusq̄z qdditatis hoc. n. saluat ꝑ se vnitatē suppositi q̄ suppositum ponit̄ ꝑ se suppositū qdditatis accepte ſm suā formalez rationē: nō aūt ꝓpter identitatē realē ⁊ nō formalez ipsius ad aliā. Tūc. n. ꝑ se suppositū entis esset ꝑ se suppositus vnius ꝓpter veraz idētitatem vnius ad ens: itaq̄z suppositum per se vnū est tm̄ per se suppositus quidditatis per se vnius formaliter. Et per consequens nullius formaliter distincta ab illa. Et ꝑ consequēs nullam formaliter distinctā includet per se primo: q̄ nō esset ratio quare nō esset per se suppositum illius quidditatis distincte quaz si per se p̄mo modo icluderet. Si instetur hic de attributis nō est simile: quia nullus attributum cōstituit per se suppositum deitatis. sed est quasi passio ſm Dama. li° 4°. ca°. 9°. Et non est inconueniens quasi passionez cum quasi subiecto quasi per accidēs esse idem ⁊ etiam cū supposito subiecti. lz sit inconueniens primuz suppositum primi subiecti esse in se ens per accidēs.

co q̄ oē expositum seu oīs dictio cōposita ex multipli
ci ⁊ pticula ꝓuatiua est dupl̄r multiplex tū ex multipli
citate affirmationis oppositę.tū ex multiplicitate ꝓ-
uationis.sicut ꝓz per ꝓbm. ℣.met.c.de potētia. vbi
impotētiam distinguit ꝑm multiplicitatē potētie.⁊ ꝑ
ter hoc ꝑm multiplicitatē ꝓuationis que ponit.c.de
ꝓuatione eodē. ℣.⁊ ita hoc nomē ingenitū est multi-
plex ⁊ multiplicitate eius q̄ est genitū ⁊ multiplici-
tate particule ꝓuatiue. Quātū ad p̄mū:genitū dici
tur ꝓp̄rie ꝓductū per gnātionē vt p̄m⁹ termin⁹ exten
dēdo aūt genitū dr̄ genitū cōicatū per generationem
q̄ est termin⁹ formalis termin⁹ gnātionis. sicut dic̄
Hill.q nihil nisi natū ꝯz filiꝰ.tertio mō extēdit geni
tū ad ꝓductū siue ad ꝑexigēs generationē:ꝯz ipm i se
nō sit termin⁹ generationis nec p̄m⁹ nec formalis.

Formatio ēt ꝯz multipl̄r possit distingui in ꝓuatōez
ꝓp̄rie dictā:puta q̄n aliq̄d caret eo q̄ natū ē hēre.et
q̄n ⁊ vt opz ⁊c.⁊ in ꝓuationē cōiter dictā.s.q̄n aliquid
caret illo q̄ natū est hēre nō tn̄ ꝑm cōditiones p̄dcās
⁊ adhuc cōius q̄n caret illo q̄ ipz natū ē hēre non ꝯz se
sed ꝑm gen⁹:sicut talpa dicit̄ ceca:q̄ visio qua ꝓuat
p cecitatē nō repugnat talpe ꝑm gen⁹ suū q̄ est aīal.
ꝯz repugnat talpe ꝑm se.⁊ in isto mō tāto generalius
⁊ min⁹ ꝓp̄rie dr̄ ꝓuatio quāto habit⁹ cui⁹ est ꝓuatio na
t⁹ē cōpetere cōiori cōueniēti ipsi ꝓuato:puta cōius di
ceret ꝓuatū aliq̄d q̄ nō hēret illud q̄ natū est sibi cō
petere ꝑm rōnē corpis q̄ꝫ cui natū eēt cōpetere ꝑm rō
nem corpis aīati.⁊ adhuc cōius q̄ natū eēt hēre ꝑm rōnē corpis ⁊ com
munissime si natū eēt hēre illud ꝑm rōnē entis. exē⁹
p̄mi.si lapis dicit̄ eē inaīat⁹ ⁊ ꝓuari aīa q̄ ꝓuenit sibi
ꝑm rōnē corpis cui⁹ aīatū est dr̄ia. exēplū secūdi sicut
angelus dicit̄ incorpore⁹. exēplū tertij sicut oīs crea-
tura dr̄ impfecta nō q̄ nata sit hēre oēm pfectionem
nisi in suo genere.sed q̄ hēre oēm pfectionē nō repu-
gnat enti:q̄ vni soli enti cōuenit eē simpl̄r pfectum.

Negatio etiam distinguit̄ per negationē extra ge
nus que ꝓtradicit affirmationi simpl̄r.⁊ ista vā est ō
quolibet de quo falsa est affirmatio siue de ente siue
de nō ente.alia est negatio in genere:⁊ ista p̄supponit
nām generis de qua dicat̄.⁊ ista pōt intelligi multi-
pliciter ꝑm multiplex gen⁹ cōius ⁊ min⁹ cōe. Ad ꝓ
positū igit̄ loquēdo de multiplicitate importata per
hāc particulā in ꝯz fiat altercatio vtrū ipoꝛtat negatō
nē in genere vel ꝓuationē.tn̄ videt̄ q̄ idē sit in propo
sito accipiēdo negationē ꝑm gen⁹ cōissime si natū est
hēre illud ⁊ ꝓuationē ꝑm gen⁹ cōissime q̄ negatio in
apto nato ē ꝓuatio ꝑm ꝓbm. 4. metha. ita q̄ nihil ad
dit ꝓuatio vltra negationē nisi q̄ regrit nām aptā in
qua fit.igit̄ negatio in genere quocunq̄z mō accipiat̄
genus cū sit in apto nato aliquo mō ꝯz nō ꝑm se apto:
ipsa erit ꝓuatio aliquo mō ꝑm genus ꝯz nō ꝓp̄rie inta
li ꝑm q̄ tale. Et si obijcias cōtra hoc:q̄ nulla est ꝓ
uatio in diuinis:q̄ oē ꝓuatū ē impfectū. Respon-
deo q̄ ꝫ ꝓcludit de ꝓuatiōe ꝑm rōnē ꝓp̄riā subi ꝓuati.
si enim ipsum carēs aliquo natū eēt ꝑm se hēre illud
impfectū eēt.alꝫ nō oporteret ⁊ hoc si natū fit habe-
re illud ꝑm rōnem generis. Nō aūt hoc mō multe ꝓ-
uationes accipiant̄ in creaturis ꝓz non solū per illud
ꝓbi de talpa.ꝯz ēt p cōem diuisionē cōis in habitū ⁊ ꝓua
tionē.sicut aīal inrōnale ⁊ irrōnale lyrōnale qdez di
cit ꝓuationē in boue eius q̄ natū est haberi: non ꝑm
spēm:ꝯz ei⁹ q̄ natū ē hāi in eo ꝑm q̄ ē aīal.gen⁹ qdē q̄
si cōe habitui ⁊ ꝓuationi ē illud cui⁹ ꝓuenit aptitudo
ad vtrūq̄z. In ꝓposito aūt extēdēdo illō q̄ ē gen⁹ siue
intelligam⁹ de ꝓuatione siue de negatione ꝯz gen⁹ p
q̄ ambo idē intelligo.possum⁹ ꝫ accipe q̄si gen⁹ ꝫ q̄ ē
ad tres ꝓsonas vt ꝓsona siue subsistēs.⁊ tūc dicamus
p̄iem ꝓuari aliquo ꝑm gen⁹. vel q̄ in p̄re dicat̄ nega
tio aliq̄ ꝯz gen⁹ alicui⁹ q̄ natū ē cōpetere:nō tn̄ enti:

ꝯz supꝓposito q̄ē cōe p̄ri ⁊ filio.⁊ tūc ꝫ nomē ingenit⁹:
poterit ad ꝓpositū q̄dr̄upl̄r accipi. vno mō ꝓp̄rissi-
me ꝓut significat carētiā ꝓp̄riā ei⁹ q̄ imꝓoꝛtat ꝓpe
ꝓ hoc nomē genitū vt ꝓduci p gnātionē.⁊ ꝫ mō nō ē
in diuinis:q̄ ibi nihil caret eo q̄ sibi natū ē inesse.se
cūdo mō ꝓut signat cōiter carētiā ei⁹ q̄ significat ꝓ
p̄rie ꝓ genitū.si tūc ꝓnotat ꝑsistēs siue ꝓsonā.⁊ signat
carētiā geniti ꝓp̄rie sūpti.⁊ ꝫ mō v̄r cōpetere de ꝑtu
te ꝑmonis p̄ri ⁊ spūi scō:q̄ vterq̄z ē subsistēs ⁊ nō est
genit⁹.nō sic ꝓuenit eēntie.q̄ ipsa ꝯz sit ens ⁊ nō gen
ta.nō tū ē ꝓ se subsistēs ⁊ ꝓsona.tertio mō vt dicit ca-
rētiā ꝯz gen⁹ ⁊ ꝫ gēiti ⁊c sūpti.s.ꝓ cōicato ꝓ generatō
nē.⁊ hoc mō eēntia nō dicit̄ ingenita remouēdo apti
tudinē ad cōicationē ꝯz vt in p̄re pōt dici nō cōicata.
⁊ ita ingenita si hoc mō sumat̄ ingenitū.q̄rto mō si-
gnificat carētiā ꝑm gen⁹ geniti cōissime sūpti.⁊ tunc
idē ē ingenitū q̄ subsistēs nō ꝓductū.⁊ hoc mō accipit̄ in scis ita q̄ idē ē in diuinis q̄ ꝓductū ꝓp̄e dcīn
q̄ ꝓz ꝓ Aug.15.de tri.c.26.vel.38.p̄.n.solus n̄ē ab
alio iō solus appellat̄ ingenit⁹:⁊ idē vult ad Orosiuꝫ
scō dicēdo igit̄ q̄ ingenitū ꝑm vsū scōꝝ ꝓut.s.signat ne
gationē geniti cōissime sūpti.s.ꝓducti cōnotādo subsi
stēs in nā diuina sic ꝓuenit soli p̄ri.sicut ꝓz ꝓ auctoꝛita
te m Aug.iam p̄allegatā.

De secundo articulo di/

cūt aliq̄ q̄ cū ingenitū dicat tn̄ ꝓuationē in genere vl
tn̄ negationē.⁊ ꝓ ꝓnſ ex rōne sua formali n̄ dic̄ aliquā
dignitatē nec aliq̄d ad dignitatē ꝓtinēs.⁊ nihil possit
poni ꝓp̄rietas ꝑsone diuine nisi sit aliq̄d ꝓtinēs ad di
gnitatē:g̃ opz q̄ ingenitū ꝓnotet aliq̄d positiuū:rōne
cui⁹ ꝓnotati sit ꝓp̄rietas.ꝫ aūt positiuū ponit̄ ab eis
eē fontalis plenitudo q̄ ē in solo p̄re in quo ē oīs fecun
ditas tā ad intra q̄ꝫ ad extra. Sz ꝓ istud arguit̄ p̄m
mo:q̄ ista fontalis plenitudo nō intelligit̄ ad extra:
q̄ talis fecūditas ē cōis trib⁹.ꝯz ad intra nō est in p̄re
nisi duplex fecūditas.s.ad generādū ⁊ spirādū.ꝫ aūt
fecūditas nō ē aliq̄d vnū positiuū in p̄re nisi essentia
eēntiā aūt nō ꝓnotat vt ꝓp̄ter hoc dicat̄ eē ꝓp̄rietas
p̄ris. Nō aūt ista fontalis plenitudo nō sit aliqua po-
sitiua rīo vna in p̄re ꝓz:q̄ tūc in p̄re eēnt tres relatio
nes positiue.s. gnātio actiua:spiratio actiua.⁊ illa re
latio quā circūloqmur ꝓ hoc q̄ ē fōtalis plenitudo fe
cūditatis ꝯz sit innominata.⁊ tūc eēnt sex notiones.
q̄ nō ꝓcedit̄ cōiter saltē non ꝓcedunt̄ in p̄re tres pro
p̄rietates relatiue positiue. Preterea ingenitum
nō v̄r cōnotare illam fontalē plenitudinē:q̄ non p̄ī
mam fecūditatem:q̄ ꝑm Aug.9.de tri.c.6.⁊ si p̄r fi
liū nō genuisset nihil ꝓhiberet eum dici ingenitum
igit̄ ingenitū pōt p̄cedere gnātionē actiuā siue eē sine
ea:multo magis ēt nō cōnotat aliquā aliā fecūditatē
q̄ si ꝓ impossibile nō posset eē ꝓductio ꝓ modū volū
tatis adhuc tn̄ eēt stat⁹ in generatione ad aliquā ꝑso-
nā ingenitā ꝫb ꝓp̄aroñe.g̃ v̄r q̄ illa fontalis plenitu
do q̄ nihil dicit nisi dupliceē fecūditatē nō pōt ꝓnota-
ri ꝑ ꝫ qō ē ingenitū. 3°q̄ rō eoꝝ nō v̄r valere.q̄si ꝓ
p̄rietas ꝑsone diceret dignitatē simpl̄r.igit̄ alia ꝑsō a
q̄ nō ꝯz illā nō hēret omnem dignitatē simpliciter:qō
est inconueniens.

f. Bon. di.27.q 2.⁊ dist. 28.q.j.⁊ di.13.q. 4.

Ideo videtur dicēdum qō

ingenitū ꝫ ꝓp̄a rōne sua vt significat nō hāe genitoꝝ
ē ꝓp̄etas p̄ris ⁊ sufficiēter importat dignitatē.i.nō i
dignitatē.ꝫ.n.suffic̄ ad ꝑsonalē ꝓp̄rietatē q̄ nō fit idē
gnitas sic̄ ⁊ ꝑsonalia i diuinis n̄ dr̄ eē impfectōes.n̄ tn̄
pfectōes simpl̄r.i. vlr i q̄olꝫ meli⁹ ipm q̄ꝫ nō ipsum.

Et si oio fiat altcatio q̄ oio opz ꝓp̄rietatē dicē di-
gnitatē nō absolutāꝯz ꝑsonalē. Potest dici q̄ ingeni-
tum inquantum negat habere genitoꝝ dicit di-
gnitatem personalem p̄me ꝑsone in diuinis.q̄ sicut

dignitatis est in secūda psona hēre pncipiū originās ita est dignitatis in pma psona nō hēre. ⁊ tn ista dignitas nō opz q sit dignitas formalr alicui⁹ positiui p:o p:ij ꝓnotati per hoc qō est ingenituz. vñ negatio pōt dici cē dignitatis in aliquo ꝑ quāto indignitatis essz si oppositā affirmatio poneret in eo.

Ad argumenta huius que

stionis. Ad p^m nego minoꝛem: cū pbaī per phm. 2. piermenias. dico q illa ꝓpītia phi tenet p virtutez pmi pncipij hui⁹. s. a quocūqz remouet vnū ꝯdictoꝛio rum de eodē dr reliquū: vt sic aūt nō pōt ꝓcludi affirmatiua de p̄dicato infinito seq ad negatiuā de p̄dicato finito nisi vbi illud p̄dicatū infinitū signat negationem extra gen⁹ cōtradictoꝛiā affirmationi: q negatō in genere nō ꝓtradicit affirmationi. ⁊ tūc nō sequitur nō est genitū. g est nō genitū nisi in negatione extra genus. ⁊ hoc mō nō genitū nō cōuertit cū ingenito lz cō uertat in accipiēdo nō genitū ꝓut dicit negationē in genere quomodo intelligit Augu⁹. Ad secūdū concedo q nulla ꝓꝛietas persone pm viam cōem dicit aliqd ad se. nec tn opz oēm ꝓꝛietatē dicere rlonem positiue. sed sufficit q vel positiue vel negatiue. si. n rlo sit psonalis ⁊ ꝓꝛia alicui⁹ p^e negatio ēt rlonis erit psonalis ꝓꝛia alij psone. ⁊ ita nō ad se nec cōis trib⁹ ⁊ hoc modo. s. negatiue ingenitū dicit rlonē. sicut pz per Aug. 5. de tri. c. 8. ⁊ tūc ista est falsa: oē non genitū ē relatū. ⁊ tn nō seqtur. g nō genitū dicit aliqd ad se. sz seqtur q vel dicat aliqd ad se vel negationē ꝓꝛie relationis siue rlonē negatiue. ⁊ sic cōcedit cōclusio: q oē nō relatū sit relatū positiue vel negatiue. Ad 3^m dicit q inspirabile nō dicit aliquā dignitatē sicut dicit ingenitū ⁊ ita nō est notio. Sed h vr eē falsum i se q: equalis dignitatis est in p̄e ⁊ filio nō spirari sicut i patre nō generari. ⁊ ēt ad ꝓpositū nō videt valere q: non videt necessariū ad ꝓꝛietatē siue ad notionē dicere ꝓꝛie dignitatē. Aliter pōt dici q ingenitum dicit nō ꝓductū sicut expositū est in pmo ar. 5o lōnis. ⁊ hoc modo inspirabile: q: cōtinet in eo nō est alia notio ab eo. seqtur enim nō ꝓductū ergo nō spiratū ⁊ nō ecōuerso. g non est alia notio. Contra. ingeneratō est tn in p̄e inspiratio aūt est in p̄e ⁊ filio, ergo h notio non est illa. Si ista ꝓpītia sit cōcedēda erūt sex notiones nisi alia rō assignet q̄re inspiratio nō sit notio.

Et si videat absurdū ponere sex notiones: q: cōiter non ponunt tot posset dici q locus ab auctoꝛitate nō tenet negatiue. tpe aūt Amb. nō vident fuisse vsitate tres notiones in p̄e: q: hoc nōie ingenit⁹ vti. tempoꝛe ēt Anſ. non vident fuisse vsitate due notiones positiue in p̄e: q: nō vtit ipse vi spiratiua: sed pro illa accipit deitatez cōem p̄ri ⁊ filio. ⁊ sic tn a pncipio fuerūt note tres ꝓꝛietates notionales. s. paternitas filiatio ⁊ spiratio. ⁊ hoc ex ꝓbo saluatoꝛis in euāgelio. ⁊ Jo. in canonica sua. tn postea per inuestigationez innotuerūt alie notiones ⁊ ꝓꝛietates que ꝑus erāt in se lz nō ꝑus note. ⁊ ita sicut posterioꝛes cōcesserūt plures notiōes q̄z poꝛes. nō tn poꝛes eas negauerūt lz nō eas direrint. ita nō videt incōueniēs de posterioꝛibus ad illos doctoꝛes duas addere dū tn possint concludere illas ex dictis poꝛ. Ad vlti. de Amb. pz p magr̄m q illud vocabulū ingenit⁹ nō erat tpe suo ita notū vel ita necessariū ad exp̄ssionē fidei q oporteret eēm catholicū eo vti. ⁊ ꝑmā psonā illa ꝓꝛietate exp̄mere erat occasio simplicib⁹ fidelibus erroꝛis q: videt dicere aliqd ad se: q: ita nō manifeste importat rlonē: sicut importat genitū. ⁊ ideo secuꝛuz ⁊ cautum erat simplicib⁹ fidelib⁹ n vti illo vocabulo pp hēticos malignātes lz h vocabulū in se ꝓpe ⁊ p^e cōpetat p̄ri.

Ad questionem secundam

videt posse q sic hoc mō intelligēdo. eēntia enim diuina anteq̄z intelligat cōicata p ꝓductionē vr in aliquo intelligi nō cōicata actu vt in pma psona. ppter p̄mitatē eius nō qdē nō cōicabilis: q: nō est nō coicabilis sed nō actu cōicata: q: nō vr posse cōicare alicui q si passiue nihil ꝑhabeat in aliquo nō cōicata sibi quasi passiue. ⁊ hoc mō in isto pmo signo in quo tn intelligit eēntia in aliquo. ⁊ ista negatio nō cōicata actu vr hēri inte⁹ alicui⁹ incōicabilis. si enim eēntia vt non cōicata actu nō eēt incōicabilis: igit ipsa vt nō cōicata posset eē in plurib⁹. ⁊ tūc possent cē plures ingeniti ⁊ plures pme psone in q̄bus eque pmo eēt eēntia. et non eēt ei⁹ ratⁿ in aliquo pmo. sed si habet aliqs incō municabilis subsistēs in nā diuina tūc hz psona pma g añ oēm intellectū ꝓꝛietatis positiue intelligendo solā eēntiā ⁊ ingenitū. hē nō cōicatū p gnātionē hz aliqs subsistēs in nā diuina q est ingenit⁹ accipiēdo ingenitū ꝓꝛie sicut pōt accipi in diuinis. Cōfirmatur ista opi. p Aug. 5. de tri. c. 8. vbi vult q si pr̄ nō genuisset nihil eū ꝓhiberet dici igenitū. g pōt intelligi aliqs ingenit⁹ nō intelligēdo ipm generasse. intelligēdo aūt ingenitū intelligit suppositū incōicabile subsistēs g vr q ꝑus ꝓstituit ibi psona p ingenitū q̄z per aliquā ꝓꝛietatē positiuā. Preterea in omni oꝛdine cēntiali negatio oꝛdinis ad ꝑus vr immediati⁹ ꝓseq ipsum pmū q̄z oꝛdo ei⁹ ad scōm: q: illa negatio videt immediate seq ipm inq̄ntū tale. pbaī per ꝯdictionē. igit silr i oꝛdine psonarū ꝑus itelligit cōuenire negatio oꝛdinis ad poꝛē q̄z oꝛdo ad scōam psonā. g ꝑus intelligit ingenita q̄z generās ⁊ in illo pōri intelligit psona incōicabilis in nā diuina. Preterea si ꝑm imaginationez pboꝛ nō eēt in diuinis nisi vnū suppositū absolutū cōstitueret per eēntiā absq ꝓꝛietate positiua. ⁊ si aliq ꝓcurreret nō eēt nisi illa negatiua q eēt nō eē ab alio. g vr q cū oꝛgo posita in diuinis nihil auferat ipsi eēntie. nec eēt huic ꝓꝛietati negatiue nō eē ab alio. g ipa poterit mō aliq psona cōstitui per ingenitum. Et si obiiciat quō sola negatio poterit cōstituere psonā diuinam. Rndetur q psona includit eēntiam diuinam que est cōicabilis. ⁊ cum hoc aliquid qō est incōmunicabile per hoc q habet nām in se habet in se omnē pfectionē positiuā que pōt poni in ipsa. per negatōez aūt cointellectā pōt habere rōnem incōicabilis. et h maxime si incōicabilitas non dicit nisi aliquā negationē in genere. Contra istā viam arguit sic. nulla negatio est de se incōicabilis: q: sicut nō est de se vna neq̄z indiuisibilis aliq idiuisione. sic non est de se hec ⁊ incōicabilis. sed tn per affirmationē cui ꝑmo repugnat diuidi. ⁊ per hoc negationi cōuenit nō diuidi. et ideo negationi vnde negatio nō cōuenit ꝑmo non diuidi. ita ēt videt de incōicabili: q: cōicari n repugnat negationi de se: sed tn per aliquā affirmationē cui ꝑmo ꝓuenit talis incōicabilitas. g negatio nō erit pma rō incōicabilitatis. Preterea nulla negatio ē ꝓꝛia alicui sbo nisi p aliquā affirmationē ꝓꝛiam ei quā seqtur talis negatio. g ꝑme psone nō est ꝓꝛia ista negatio nō eē ab alio nisi q: eidē ꝓꝛia ē aliq affirmatio poꝛ quā ꝓseqtur ista negatio ista affirmatio poꝛ nō pōt eē eēntia. g aliqua ꝓꝛietas positiua. Preterea si ꝑma persona sit incōicabilis formaliter negatione ⁊ secūda est incōmunicabilis relatione positiua. s. filiatione. ⁊ tertia silr spiratione passiua. ergo non vniformiter se habēt iste psone in ratione personalitatis neq̄z sunt eque positiue persone. nec eque perfecte in quātum persone. q: nō est eque perfecta personalitas negatio ⁊ ꝓꝛietas aliqua positiua. Iste rōnes lz forte non ꝓuincerēt aduersariū qn possent solui: tn q: nō videt ꝓbabile psonā pꝛimā ꝓstitui sola negatione formaliter vel negatione formaliter esse persona. ideo potest concedi conclusio istarum rationum.

Ad argumentum in oppositum dico sicut dictū est di. 26. q li p̄eter non excludit aliq̄ psonalia sed excludit eēntialia ⁊ includit in proprietate in ea inclusa omne psonale illius psone. vñ ⁊ in ingeneratione includitur tā paternitas q̄z spiratio actiua vt est in patre: ⁊ oia personalia que cōueniunt patri. Nō etiam ꝓbatur per eum alibi vbi noiat aliter tres ꝓprietates psonales ꝓstitutiuas p̄nitatē filiationē ⁊ ꝓcessionē. g nō intēdebat in p̄mo loco solas illas tres esse ꝓprietates psonales. nec ēt intēdebat illas tres cōstitutiuas eē personales. per illas intēdebat oēs alias. ⁊ q oia eēntialia q̄ excludunt p li p̄ter sunt vnum in tribus.

Ad argumenta pro opini. p̄ma q̄ arguit per Aug. de p̄oritate ingeniti ad p̄nitatē. Rndeo aliq̄n p̄uatio nō cōnotat affirmatiōem ⁊ tñ nunq̄z ineſt formaliter p̄uatio vt ꝓpria nisi p̄uato ſit formaliter talis affirmatio. Exēplū cecus nō connotat nisi oculū qui est cōe ſbm cecitatis ⁊ visionis. et tñ nunq̄z ineſt oculo p̄ſolā rōnē oculi. ſed per aliquaz aliā entitatē positiuā quā ꝓsequitur ista p̄uatio puta p talē mixtionē in oculo cum qua non possit stare visio. Ita p̄t dici hic: q̄ lz ingenitū nō cōnotet nisi aliquaz psonā subsistētē in eēntia diuina. tñ ista affirmatio nō est tota rō inherētie hui⁹ negationis que est ingenitū ſed opz in re aliā ꝓprietatē positiuā aliquomō p̄cedere ingenitū p quā insit lz nō cōnotet per ingenitū tanquā aliud ꝓpriū ſubm. ⁊ ſm hoc dictū Augu. dz intelligi q̄ ingenitū quātū est de se p ſe rōne ingeniti nō cōnotat p̄rez. nō tñ p̄t ieſſe ꝓprie in re: nisi affirmatio ista v el aliq̄ alia absoluta vel relatiua sit quasi rō inherētie eius. Ad secūdū dicit q̄ ista ꝓpō est ꝑa de primo in ordine qō est ad se. cuius. ſ. eſſe non est eſſe. ad tertiū ita nō est in ordine psonarū hūtiū eādem nām in habitudine tali vt in ꝓposito. q̄ hic p̄mam personam esse est ordo eius ad secūdam. ⁊ ideo ordo eius ad secūdam quasi p̄cedit negationez p̄ncipij sicut cōstitutiuū formale alicuius entis. positiui p̄cedit in eo negationē alicuius entis sibi repugnātis. Ad tertiū dicēdū q̄ si eēt ita ſm imaginationē ꝓborū gētiliū. tūc eēntia diuina eēt determinata ex se ad hanc subsistētiā. et ꝓstitueret hanc nō p aliquā negationez sed seipsa ſm eos: q̄ eēt oīno determinata ad hāc. sicut in creaturis hec nā est oīno limitata ad hoc suppositum. nūc aūt ponēdo ibi esse originē opz essentiā nō esse oīno determinatā ad vnā personā. ⁊ ideo non ꝓstituere p se aliquā personā. Et cū dicit ponere originem nihil aufert eēntie. nec illi q̄ per se cōstituit verum est q̄ nihil aufert sed ponit oppositū illius hypothesis ꝓpter quā eēntia de se cōstitueret psonā. ſ. determinationē eēntie ad vnicā subsistētiaz que hypothesis auferret eēntie perfectionē: q̄ videret ponere limitationē. sed oppositū illi⁹ hypothesis ponens originē non aufert pfectionē. aufert tñ modū incōpossibilē ꝓstitutiuū psone qui eēt verus ex hypothesi.

Ltimo hic quero vtrū p̄ma psona cōstituat in eē personali aliq̄ relatione positiua ad aliquā psonā. q̄ no arguit p̄mo: q̄ p̄ma psona p̄ intellr in eē psonali anteq̄z gignat agē n. suppositi ē. igit p̄intelligere eē suppositū ēt anteq̄z agat. si aūt ꝓstitueret rlone ad secūdā tūc cointelligeret cū ipsa exīte secūdam psonā eē. ⁊ per ꝓns secūda psona cointelligeret eē anteq̄z p̄ma gigneret. ⁊ ita secunda psona nō eēt termin⁹ illius gnātionis. Confirmat rō: q̄ q̄cūq̄z sunt sil nā quocūq̄z vnū est p̄us ⁊ alterum relatiua sunt sil nā. g si p̄ma psona formaliter cōstituitur in eē psonali p rlōnē ad secūdam quocūq̄z p̄ma psona p̄ or est in eē psonali eo ⁊ secūda. sed generatione q̄ē actio p̄me psone vt p̄ma psona eē p̄or in eē personali. igitur ⁊ secūda. ⁊ vt p̄us tūc nō erit terminus formalis generationis. Preterea in oi ordine p̄mū vt eē absolutissimū sicut apparet ꝓducēdo in q̄buscūq̄z ordinibus. g ita erit in ordine psonarū q̄ p̄ma erit absolutissima ⁊ ita nō ꝓstituet per rlōnē ad secūdam. Contra. prima psona nō ꝓstituit in eē personali ditate: q̄ nō ē incōmunicabilis: nec ſpiratione actiua: q̄ cōis ē sibi ⁊ filio nec innascibilitate ex. q. p̄cedēte. g per viā diuisionis aliq̄ rlone positiua ad secūdam psonā.

Hic cōmuniter conceditur ps affirmatiua qōnis. sed ꝓpter difficultatē p̄mi arguēti distinguit de ipsa rlone cōstituēte p̄mā psonā. Uno mō q̄ ipsa p̄t ꝓsiderari vt ꝓprietas vel vt rlo vt ꝓprietas p̄cedit generationē: vt rlo sequitur. ⁊ tunc ſm q̄ ꝓstituit secūdam psonā nō opz ipsam fil eē cum p̄ma lz vt ē rlo q̄si p̄ns gnātionē oz secūdam fil eē cuz ea. S. Tho. i pte ſū. q 40. ar°. 4:

Contra istud. proprietas vt ꝓprietas ē aliq̄ entitas. aliogn nō constitueret aliqd ens. aut igit entitas ad se: aut ad alterū. aut ad neutr. entitatē eni aliquā eē singularē que nec sit entitas ad se nec ad aliud nō v eē itelligibile. g oz q̄ ista entitas formaliter vel sit ad se. ⁊ tūc ꝓstituit psonā absolutā vel ad alterū. ⁊ tūc vt ꝓprietas erit relatio. ⁊ tūc nō euadet difficultas lz alia rō sit ꝓsiderādi eā vt ꝓprietas ⁊ vt rlo. Et cōfirmari p̄t rō per exēplū. q̄ ⁊ si albedo possit ꝓsiderari vt albedo vel vt qualitas. ⁊ si cōsideret vt albedo hoc est ſm ꝓpriā rōnem specificaz suam. si autem vt qualitas hoc est ſm rationē imperfecti sui generis. tamē quicqd cōstituit albedine vt albedo est non constituit aliqua entitate que non sit qualitas: q̄ albedo etiam vt albedo includit eēntialiter qualitatē. ⁊ est eēntialiter qualitas ita q̄ albedo non potest cōstituere album vel aliqd in eē qualitatiuo. ⁊ ita videt in ꝓposito de ꝓprietate relatiua sic et sic ꝓsiderata. Preterea ille dicit alibi q̄ in diuinis nō p̄t eē ordo: q̄ nec eēntie ad relationes nec relationum inter se: q̄ relatiua sunt sil nā: q̄z si ꝓprietas possit ꝓsiderari eo mō quo nō eēt rlo. ⁊ hoc mō nō opz q̄ hēret correlatiuū simul nā. arg^m eo⁹ nō valeret.

Aliter distinguitur de relatione vt rlo ē et vt origo est. ⁊ ponit q̄ cōstituat vt origo: nō aūt vt relatio: q̄ rō originis aliquo mō p̄cedit ⁊ in ea q̄si fundat relatio. p̄ma aūt psona cōstituit per p̄mā rōnē ibi per quā quasi distinguit. S. B. li. ſ di. 26. q 3.

Contra hoc obiicitur quia origo vt origo nō est ꝓpria forma nec psone in q̄ ē nec psone ad quā ē: lz ē q̄si via: ⁊ tūc neq̄z p̄me psone ē forma lz q̄si p̄supponit eā. nihil aūt ꝓstituit aliqd i aliquo eē nisi inq̄ntū ē forma ei⁹. Si tñ ista via itelligitur de distinguere q̄si p̄ncipiatiue corrūdent cāe effective in creaturis sicut expositū est dis. 26. ⁊ non per modum principij formalis. tunc ista positio possz hēre veritatem. nec hoc argumētū eēt cōtra eam.

alio modo dicitur q̄ sicut eade actio p̄t diuersimode intelligi inq̄ntū aptitudinalis: inquātū p̄lis: inq̄ntū futura. inquātū actu. ⁊ inquantum preterita: ita relationes fundate sup actionem possunt diuersimode accipi vt sit relatio fundata super generationem quasi aliquo modo preteritam: alio modo vt quasi presentem: alio modo super eam vt quasi futuram: alio sup eā vt quasi potētialez ⁊ vlterius vt quasi aptitudinalē: dicit autē q̄ relatio D. ē. ſū. ⁊ q°. 9. ! q. ſ. ⁊. 3.

sub ꝑma ratione ꝓstituit ꝑmam psonã. ꝑma autez rõ est rõ aptitudina lis: qz illud segtur ad aliud ñ ecõ uerso. ergo generatio tali modo cõstituit ꝓem. ⁊ hoc modo ſi gnificat ꝑ hoc q̃ est generatiuitas.

Contra istud prima perso

na nõ cõstituit in eẽ ꝓprietate hñte minus perfecte eẽ positiuũ q̃z hẽat ꝓprietas ꝓstitutiua secũde psone: qz tũc nõ videret esse eque pfecta in eẽ psonali. secũda aũt psona ꝓstituit ſm istos filiatione vt filiatio est q̃ ꝑma psona nõ cõstituet rõne potẽtiali q̃ min⁹ perfectũ eẽ habet de rõne relationis q̃z ꝓprietas secunde psone. sed relatio generatiui ad generabile quaz ponunt eẽ ꝑmam ⁊ cõstitutiuã est relatio potẽtialis. ergo non cõstituit ita perfectã personã actualẽ sicut secũda. ꝓbatio assumpti: nullũ eẽ actuale exigit ens potentiale: qz ens potẽtiale est minus pfectũ q̃z actuale dũmodo sint eiusdẽ rationis. relatio autem generatiui regrit generabile qõ dicit relationẽ potẽtialem ex parte filij. q̃ ista relatio generatiui in patre nõ est relatio actualis. ℙreterea ꝓtra istã opi. ⁊ cõtra duas ꝑcedentes: relatio ſi ꝓstituat ibi ꝑmã personã hoc non est nisi ſm q̃ est in re: aliogn non cõstitueret personaz realẽ. nõ est aũt in re nisi vnica rõne psone ꝑme ad secundã: nec est ibi nisi sub rõne actualissima quomodocũqz possit diuersimode accipi. q̃ sub illa rõne actualissima cõstituet illã ꝑmam personã. ⁊ sub ea ratiõe corrñdet sibi relatio in secũda psona. nõ est aũt in secũda aliqua nisi vt actualissima. frustra igit querit distinctio quasi potẽtialis vel aptitudinalis ibi a rõne actui: qz ista distinctio in modis cõcipiendi nihil facit ad ꝓstitutiuũ ꝑme persone qn ꝑma psona semp exigat secũ simul secũdam: ⁊ tñ ꝓpter hanc difficultatez s. ne poneret psonã ꝑmã habere sil secũ secũdaz queritur. ista distinctio relationũ aptitudinaliũ actualium ⁊ potentialũ ne filius ponat ꝑcedere generationem ꝑris eodẽ modo posset argui cõtra ꝑmam opi. ⁊ secũdam: qz illa relatio quomocũqz cõcipiat nõ est ibi nisi vt vnica. ℙreterea ꝓtra oẽs tres opi. qz etsi pater generat filiũ per hoc q̃ actione patris relatio filij est in eẽntia diuina ⁊ actione sua ſm istas opi. paternitas vt p̃nitas est in eẽntia diuina: qz ſm eos paternitas vt p̃nitas tũc ꝑmo est qñ filiatio est vt filiatio: ꝛz ꝑus ꝑcesserit aliqd vt origo vel generatiuitas vel ꝓprietas ꝑme ꝓsone. igit pater ita generabit se ꝑez sicut generabit filiũ. aut saltẽ ita erit paternitas i patre per generationẽ sicut filiatio in filio qõ videt absurdũ. ℙreterea ꝓtra oẽs opi. alia est difficultas: quomodo eẽntia determinet ad psonã ꝑmã vel ꝓprietatẽ. sic ex se nõ videt cõis alijs personis. qz quã docũqz aliqd determinat ad aliud ex se vbicũqz ẽ hz illud. ⁊ tunc eẽntia vbicũqz eẽt haberet personalitatem ꝑme persone. ſi aũt ab alio determinat. hoc videt eẽ cõtra rõnem ꝑme persone: qz tunc videret eẽ originata vel aliquo modo posset ab alio poni in tali subsistentia.

Aliter ponitur tenendo con

clusionẽ oppositã istis trib⁹ opi. s. q̃ ꝑma psona nõ cõstituit relatione aliqua ad secũdam personã. ꝑ hoc loquẽdo de ꝑmo cõstitutiuo illius psone in eẽ personali sed aliqua realitate absoluta nõ quidditatiua. sicut tactũ est in opi. 4. di. 26. ℙro hac opi. arguit ſpãliter de ꝑma psona ſi ingenitũ ꝓintelligit paternitati: ⁊ ingenito videt ꝓintelligi aliqua realitas ꝓpria ꝑme persone. igit cũ illa nõ possit eẽ relatiua erit aliq̃ absoluta ꝓpria illi persone. ꝓbatio assũpti. tum ꝑ Augu. 5. de trini. c. 6. Si pater nõ genuisset nihil ꝓhiberet cum dici ingenitũ. tum qz fecunditas ad aliq̃z ꝓductionẽ in diuinis nõ intelligit quasi potẽtia ꝓpria nisi vt est non in habẽte illã fecũditatẽ per actuz illius fecunditatis sicut volũtas nõ intelligit fecũda ad spirandũ vt in aliq̃ persona nisi vt in qua sit vt nõ cõicata per fecunditatem volũtatis. ⁊ ideo cõmuniter videt cõcedi q̃ vt spiratiua in patre ⁊ filio ꝓintelligitur non habere voluntatem per spirationẽ. ergo a simili huic fecunditati generandi vt quasi potẽtia ꝓpinqua videtur ꝓintelligi innascibilitas que notat eam haberi per actum fecunditatis intellect⁹ s. generationis. ꝓbatio secũdi sequit ex improbatõne opi. in. q. precedẽte. ℙreterea nulla relatiua ꝑmo referuntur ad inuicem ita q̃ relatum vt relatuz ꝑmo terminet relationem. patet in creaturis: qz relatum vt relatũ requirit illud ad qõ refert ad sui esse ⁊ ad sui diffinitionẽ. ergo illõ ad qõ refertur ẽ aliquo modo ꝑus relato vt relatum. ſi igit ecõuerso ipsuz vt terminãs refert: q̃ pari rõne regrit illud ad qõ refert ꝓpter sui esse ⁊ sui diffinitionẽ. ergo circulus eẽt in necessario coexigendo. ⁊ hoc ita q̃ vtrũqz exigeret alterum sicut ꝑus eẽntialiter se vt diffiniẽs se. sed circulum eẽ in ꝓoritate eẽntiali est ipossibile. ergo impossibile est relatiuũ vt relatiuũ esse sine eo ad qõ dependet: dependet a correlatiuo vt ad terminum esse terminum dependẽtie alterius correlatiui. ⁊ a ſili videtur in proposito q̃ relatiuum nõ refertur ꝑmo ad relatiuum vt ad terminũ huius relationis. ergo secunda persona ſi referatur ad psonam primã oportet ponere aliquod absolutũ vt terminũ huius relationis. non est aũt illud absolutũ eẽntia: qz illa sicut non refertur ita nõ terminat relationẽ qz non distinguit. ergo est absolutũ personale per qõ potest distingui a secunda persona. ℒontra istam opi. arguit q̃ esset hereticа sed tacta sunt argumenta ⁊ solutiones di. 26. ideo modo transeo.

Ad questionem istaz cui nõ

placet vltima opi. de personis absolutis põt dici tenendo cõem viã supponẽdo. s. personas esse relatiuas ⁊ q̃ ꝑma psona ꝓstituit relatione positiua ad secũdaz psonam. qz nec aliquo alio sicut argutũ est ad oppom per viam diuisionis. nec opz distinguere qualiter illa relatio ꝓsideret vt est cõstitutiuũ. quomodocunqz enim variet ſm ꝓsiderationem. eadẽ tñ est in re: ⁊ ꝛz q̃ est in re cõstituit psonam realẽ. ℍec est difficultas alia nisi quomõ regrit secũdam psonam simul secum cum tñ precedat. vbi tñ breuiter dico q̃ similtas relatiuoꝝ qua dicunt esse simul nã est ista. s. nõ posse esse sine se inuicem sine cõtradictione ſi sint relatiua mutua. nam vna relatio potest eẽ sine termino. qz ſi posset esse sine eo eẽt ens ad se. pari ratione nec relatio alia sibi correspondens põt esse sine isto termino. qz tunc esset ad se. igitur iste due relationes quando sunt mutue nõ pñt esse sine se inuicẽ absq̃z cõtradictione. omne aũt ꝑus nã põt eẽ sine cõtradictione sine posteriore: ita q̃ ſi ponatur hoc esse sine illo nõ est cõtradictio sicut ꝛz per ꝓhm. 5. meth. c. de prioze. isto modo cõcedo personã ꝑmam ⁊ secũdam non posse esse sine se inuicem absq̃z ꝓtradictione. ⁊ nõ est cõtradictõ ex aliquo extrinseco sed ex formali rõne istarũ personarum: ⁊ tñ cum hoc stat poritas originis q̃ vna sit ab altera. ℚõ declarat ꝑmo: qz ſi ſor. sit pater platonis. ſor. nõ intellect⁹ vt subm p̃nitatis: sed vt sub paternitate: ⁊ plato intellectus vt sub filiatione ista sunt ſimul nã: qz sic intelliguntur vt correlatiua: ⁊ tamẽ vt sic ſortes est ꝑus origine q̃z plato: qz sic intelligitur sb paternitate que est formaliter poritas originis. ergo videtur q̃ eodẽ quo aliqd est ꝑus origine in creaturis est simul natura cum eodẽ eo modo quo simultas nature regritur ad correlatiua. ℍoc secũdo sic persuadet: qz poritas nãe vno mõ est prioritas ſm pfectõez

ita q̄ p̄ior dicunt perfectior ſm naturā. 9. meta. c. 7. nūc aūt cū ſimultate correlatiuorum ſm nām vī poſſe ſtare p̄ioritas ſm pfectionē in vno reſpectu alterius: q̄ ſi genus relatiōis diuidat̄ p̄ p̄rias dīias oppoſitas ſicut alia genera vna differentia diuiſiua erit dignior ⁊ alia indignior: q̄ due ſpecies nō ſūt eq̄les. 8. metaphy. ⁊ per cōſequēs ſpecies p̄ſtituta minus nobili differētia erit minus nobilis. ⁊ tm̄ due ſpecies cōſtitute ex duabus dīijs oppoſitis poſſunt referri ſibi inuicē: q̄ cuiſ relatio diſquiparantie eſt ad aliqd alei⁹ ſpeciei: igit̄ relationū ſibi correſpōdentiū altera pōt eſſe p̄ior. i. perfectior alia: ⁊ tamē ſimil nāq̄tum ad h̄ q̄ō eſt non poſſe eē ſine ſe inuicē: ḡ multo magis vī ēt p̄ioritas originis ſm quā. ſ. vnuz extremum in natura nō excedit aliud extremū ſed ē a quo aliud poſſit ſtare cū iſta ſimultate relatiuoz. Ad hoc ēt adducitur auic. 6. metaph̄. vbi vī velle q̄ cā inq̄ſtum cauſa p̄ior ſit cauſato inquātuz cauſatū: ⁊ tamē cauſa inquātum cauſa ē ſimul cuz cauſato ſimultate requiſita ad correlatiua. iſta autē p̄ioritas nature q̄ eſt cauſe ad cauſatuz vī magis repugnare ſimultati nature correlatiuoruz q̄ p̄ioritas originis tm̄. Tūc breuiter p̄ima perſona cōſtituitur in eſſe perſonali per relationē poſitiuā ad ſecundaz ⁊ econuerſo: ⁊ impoſſibile ē eſſe ſine ſe inuicem: ⁊ tamen ipa perſona p̄ma conſtituta in tali eſſe eſt p̄ior origine perſona ſecūda: ita q̄ p̄ima perſona cōſtituta in tali eſſe eſt a q̄ originata eſt ſecunda: ⁊ ita p̄ioritas origis non repugnat ſimultati relatiuorum.

Sed tunc eſt aliud dubium

quod tactū eſt contra iſtas tres opiniones. ſ. quomō eſſentia determinat̄ ad primaz ſubſiſtētiam. Ad hoc dico q̄ q̄ñ aliquid eſt illimitatuz in aliqua rōne cauſe ita q̄ correñdent ſibi plura in altero extremo vl̄ aliquod vnuz cōtinēs plura ſi inter illa plura ē aliqs ordo vel abſolute vel in ſe habēdo ad illud illimitatum tūc non eſt idez p̄imum reſpectu talis illimitati: ⁊ hoc loquēdo de p̄imitate adequatiōis ⁊ p̄imuz p̄imitate imediatiōis. Exempluz huius p̄imo in cā efficiente vbi eſt manifeſtius: ſi ſol vt cā illumiet medium totū: ⁊ tm̄ ē quaſi agens illimitatuz cui correſpōdent plures partes medij illumiate: ⁊ inē iſtas ptes ē ordo aliquis. q̄ p̄us illuminat̄ ps p̄pinquior q̄ remotior: p̄mū correñdēs ſoli vt illuminati ē totuz mediū vt includit oēs partes: primo inq̄ſtum adequatum: tamē nō ē p̄imū vt immediatū: ſed pars p̄pinquior ſoli imediatius illuminat̄ q̄ pars remotior: ita etiā in forma accipiēdo animā intellectiuam que ē forma aliquo⁹ illimitata correñdet ſibi p̄ primo pfectibili corpus organicū ſz ſe totū includens in ſe multas partes pfectibiles. p̄muz igit̄ pfectibile aie intellectiue. i. adequatū ē totū corpus organicum: ſz q̄ in partib⁹ huius totius eſt ordo originis vel in ſe vel in hēndo animā: q̄ primuz eſt cor: deinde alie ptes. 6. de animalib⁹: ideo iſta forma nō primo. i. nō eque immediate perficit totum: ſed ſic primo perficit cor immediate ⁊ mediante ipſo alias partes: ſi igitur aia eſſet tota eſſentia cordis ⁊ manus p̄ identitatē: ⁊ tm̄ daret eis eē diſtinctū quale mō dat eis ſz in toto ⁊ cū h̄ cor ⁊ man⁹ non eēnt ptes eiuſdē totius: q̄ h̄ eēt iperfectiōis: ſz hec eēnt ſuppoſita diſtincta eēt adhuc aia p̄ſ ſui illimitationē hns corp⁹ organicū p adeq̄to pfectibili ſiue hns oia illa ſuppoſita que mō ſunt ptes corporis p vno adequato: ⁊ tm̄ hēret vnuz illorum qō. ſ. eſt primuz origie p̄primo ⁊ immediato perfectibili: ita pōt dici vniuerſalr in omni illimitato cōi correñdent plura inter que ē aliquis ordo propter quē vnum illorū imediatius reſpiciat ab illo illimitato q̄ alterum. ita in p̄poſito eēntia diuina nō habet aliquā ſubſiſtentiā vnā p̄imā. i. adequatū ſibi: q̄ tunc non poſſet eē in alia ſed ſic adequant tres ſubſiſtentie illi nāe: tm̄ in iſtis trib⁹ eſt ordo in habendo natura: ⁊ iō eſſentia vna p̄imitate. ſ. imediationis reſpicit p̄mū illorū ordinatoruz: ita q̄ ſicut eſſētia ex ſe p̄imo eſſet in trib⁹ ſi eſſet in eis ſine ordine. ⁊ h̄ tam p̄imitate adequatiōis. q̄ p̄imitate immediationis: ita nunc ex ſe eſt in tribus p̄imitate ordinis imediationis: ſed p̄ius in p̄mo illorū ⁊ virtute illi⁹ in alijs quib⁹ cōicat̄ ab illo p̄imo. Cū igit̄ queris per quid ē eſſentia in p̄ima perſona. dico q̄ ex ſe. ⁊ ſi adhuc velis dicere q̄ nō: ſed per p̄prietatē determinātē: eadez queſtio eēt per quid determinaret̄ ad p̄prietatē determinantē ſiue per quid p̄imo pullulat in eſſentia illa p̄p̄rietas: ⁊ tūc vel oz procedere in infinitū vel oportet ſtare q̄ eēntia que de ſe eſſet p̄imo. i. adequate in trib⁹ eēt de ſe immediate in tribus ſi nō haberet ordinē q̄ ipa eſt de ſe imediate in primo iſtorū triū habentiū ordinez. Et ſi quaeras vnde determinat̄ eēntia ad p̄imā perſonā. ⁊ ſi ex ſe determinat̄. ḡ nō pōt eē in alia. Reſpōdeo determinatio duplex eſt oppoſita duplici indeterminationi vna indeterminatio eſt ad oppoſita cōtradictoꝛie: ſicut materia eſt indeterminata ad formā ⁊ ad p̄riuationē. alia ē ad diuerſa poſitiua q̄ tm̄ ſtat cū determinatione ad alterā partez vtriuſq̄ contradictionis. Exemplū huiꝰ ſcōi: ſicut ſol ē indeterminat⁹ ad producendū vermē ⁊ plantā tanq̄ a diuerſa poſitiua: cū tm̄ ex ſe ſit determinatus ad alterā partē contradictionis tā huius q̄ illi⁹: ſicut vt ſi eſſet agens particulare tm̄ natū ꝓducere vnicū illorum tm̄ dico tunc in p̄poſito q̄ eſſentia de ſe determinatur ad p̄imam perſonam determinatione oppoſita indeterminationi p̄me que eſt ad cōtradictoria: nō tm̄ determinatione oppoſita 2ᵉ indeterminationi: quia illa nō ſtaret cuz illimitatiōe ad plura. Et per hoc patet ad arᵐ: ſi ex ſe determinat̄ ad iſtā igit̄ nō pōt eſſe in alia cōſequentia tenet loquendo de determinatiōe 2ª q̄ opponit̄ illimitatiōi ad plura: ⁊ hoc mō nō determinat̄ eēntia ad vnaz ſed ad tres ſubſiſtentias: q̄ illa determinatio eſt ad p̄m adequatū: nō tamē tenet cōſequentia loquēdo de determinatione p̄mo mō: q̄ illa eſt ad p̄mū immediatū nō adequatū: ⁊ ſtat cū illimitatiōe indeterminati ad plura.

Ad p̄imū argumētū p̄ncipale patet ex dictis: quia p̄muz ſuppoſitū p̄cedit ſcōm origine ⁊ tamē ſunt ſil natura ſicut requirit̄ ad relatiua. Et cū arguis q̄ p̄mū ſuppoſitū p̄cedit generationez. igit̄ ⁊ ſecūdū. Rño. q̄ ante pōt intelligi generatio actiua ⁊ paſſiua ſi generatio actiua nego. imo p̄muz ſuppoſitū eſt generatio actiua ſubſiſtens q̄: quomōcūq̄ intelligat̄ illa relatio nō eſt dīa in re dicendo patrez ſubſiſtere vel generationem ſubſiſtere vel generantez ſubſiſtere. Si aūt intelligat̄ in antecedente de generatione paſſiua cōcedo q̄ p̄ma perſona ſicut origine p̄cedit filiū: ita p̄cedit origine generationez paſſiuā. Et cuz arguit̄ ſic ergo filius p̄cedit eandē generationē paſſiue quia eſt ſimul cuz patre. iſta conſequentia ñ valz: quia nō eſt iſto modo ſimul cum patre quo pater eſt p̄ior generatione paſſiua. filius. n. eſt ſimul cū patre natura ſicut pertinet ad correlatiua. pater autez p̄cedit generationē paſſiuā non ſic ſed origine. Nunc autez iſta p̄poſitio q̄cunq̄ aliq̄ ſunt ſimul quocunq̄ eſt vnum p̄ius ⁊ reliquū falſa ē niſi intelligat̄ de ſimultate eiuſdez rationis cum illa p̄ioritate ⁊ poſterioritate ſicut iſta eſt falſa. ſi aliq̄ ſunt ſimul tempoꝛe quicquid eſt p̄ius natura vno ⁊ reliquo. Sed iſta eſt vera: ſi iſta ſunt ſimul tempoꝛe quicquid eſt p̄ius tempoꝛe vno ⁊ altero. Ad ſecūdum argumentum dico q̄ vera eſt illa maioꝛ in oꝛ-

dine essentiarum: qr ibi intelligit in pfectionib⁹ qdditatiuis ⁊ status est ad perfectionez qdditatiuā infinitam que ē absoluta. Sed in psonis habentibus eā dem uām distinctam tm̄ per origine: sicut oportet intelligere in ꝓposito ꝑm cōem opi. propositio maior est falsa: quia ibi primum precise est illud: quod ē formaliter precise ad secūduz.

Ista est distinctio vicesima octaua. In qua mgr̄ postq̄z actū ē d̄ ppietatib⁹ personalibus: incipit agere de ppietatibus nō personalibus. Et tria circa hoc facit. Primo ostendit quō se habeat hoc nomē ingenit⁹ ad alias notiões. Secundo subdit quō ista duo se habeāt adinuicē, s. patrē eē ⁊ filiuz eē. Tertio ostendit quomodo hoc nomē imago tenetur essentialiter, quādoq̄z personaliter. Primū facit a principio hui⁹ distinctiōis vsq̄z ibi. Preterea queri solet. Secundū ab inde vsq̄z ibi Illud taceri nō oportet. Tertiū ab inde vsq̄z ad finē distinctiōis. Et tm̄ de finia magistri in hac distictiõe in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus: quarum prima ē hec. Ingenitus est notitio solius patris: alia tamē a paternitate qua pater refertur ad filium. Hanc propositionē probās ꝓponit q̄ preter tres ppietates personales. s. paternitatem. filiationē ⁊ ꝓcessionem: sunt alie proprietates aliis nominate nominibus: de quorū numero ē hoc nomē ingenitus quod spectat ad patrē: ⁊ importat alia proprietatem q̄z hoc nomen paternitas: qđ ꝓbatur p hoc qr esse ingenitum non ē de rōne patris eo q̄ aliquis pōt esse pater absq̄z hoc q̄ sit ingenitus qr multi geniti genuerūt. Secūda propositiō ē hec. Idē est patrē eē qđ ⁊ filium esse. q̄uis eē patrem ⁊ eē filium careant identitate. i. non sunt idem. Quod probat per hoc q̄ sensus propositionis scz patrez esse sit idem quod filiuz eē est iste. i. idez est quo pater ē: ⁊ id quo filius ē. qr. s. vna diuina eētia est id quo vterq̄z ipsorum est: ⁊ iste sensus est verus. Sed termis trāspositis sic dicendo. Esse patrē est idem quod esse filium. tunc sensus est. Eadem est ppietas qua pater est pater: ⁊ qua filius est filius. ⁊ iste sensus est falsus, qua paternitate pater est pater ⁊ filius filiatiōe est filius. Tertia ꝓpositio est hec. Hoc nomen imago relatiue dicitur de solo filio: sed essentialiter de tota trinitate. Quā probat magister quo ad secundam eius partē sic. Imago quādoq̄z essentialiter accipit: vt qñ accipitur pro ipo exemplari nature diuine: ad cuius imaginem factus ē homo: ⁊ hoc ꝓbatur auctoritate Augustini ⁊ Hylarij quo ad primam partem sententia probata sunt. Et hec est magistri sentētia in spāli.

De principio quod relatiue dicitur. ⁊ multiplicem notat relationem.

Di. 29.

Et preterea aliud nomen multiplicem notans relationem. s. principium. Dicitur enim principium semp ad aliquid. ⁊ dicitur pater principium ⁊ filius principium ⁊ spiritussanctus principium. sed differenter. Nam pater dicitur principiū ad filiū ⁊ ad spiritūsanctuz

Augu⁹. Unde Augu. in. iiii. libro de tri. ait. Pater est principium totius diuinitatis. vel si melius dicitur deitatis. quia ipse est a nullo. Non habet de quo sit: vel de quo procedat. sed ab eo filius est genitus. ⁊ spiritussanctus proce-

Quō ꝓpr̄ principium toti

dit. Non ergo dicitur principium totius deitatis. q̄ vel sui vel diuine essentie principiuz sit. sed quia principium est filii ⁊ ⁊ spiritussancti. in quibus singulis tota diuinitas est. Filius ad spiritumsanctum dicitur principium. Spiritus vero sanctus nō dicitur principiū nisi ad creaturas. ad quas pater etiam dicitur principium ⁊ filius. ⁊ trinitas ipsa simul. ⁊ singula personarum principium dicitur creaturarum. Pater ergo principium est sine principio. Filius principium de principio. Spiritussanctus principium de vtroq̄z. i. de patre ⁊ filio.

Quō filius ⁊ ad qd dicatur ꝓncipium. ⁊ spiritussanctus ⁊ ēt trinitas.

Quod ab eterno pater est principiuz ⁊ filius ⁊ spiritussanctus non. immo cepit esse principium.

Et pater ab eterno principium ē filij. ⁊ pater ⁊ filius principium spiritus sancti: quia filius est a patre et spiritussāctus ab vtroque. Spiritus vero sanctus non ab eterno principiuz est. sed esse cepit quia nō dicitur principium nisi ad creaturas. Cum ḡ creature esse ceperunt. ⁊ spiritussanctus esse cepit principium earum. Ita etiam pater ⁊ filius esse cepit cum spiritusancto vnū principium creaturarum quia creature eē ceperunt a patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto. ⁊ dicantur hi tres non tria: sed vnum principium omniū creaturarū quia vno eodemq̄z modo principium rerum sunt. Non enim aliter sunt res a patre. ⁊ aliter a filio. sed penitus eodem modo. Ideo appostolus intelligens hanc trinitatem esse vnum principium rerum ait. Ex ipso. per ipsum ⁊ in ipso sunt omnia. Cuz vero audiuimus omnia eē ex deo. vt ait Augusti. de natura bona omnes vtiq̄z naturas intelligere debemus. ⁊ omnia que naturalia sunt. Non enī ex ipso sunt peccata: que naturam non seruant. sed viciant. que ex voluntate peccantium nascuntur.

Quō hi tres sūt creatur̄ ꝓncipiū

Quō accipiēdū sit oia eē ex deo. Nō pat̄ ab eterno ē ꝓncipiū fili. ⁊ pater ⁊ filius spūsā cti. Augu⁹.

Omnium ergo que naturaliter sunt: vnū principium est pater cum filio ⁊ spiritusancto ⁊ hoc ē eē cepit. Ab eterno autem pater principium est filij generatione. ⁊ pater ⁊ filius vnū principium spiritussancti. Unde Augu in. v libro de trinitate ita ait. Dicitē relatiue pater idemq̄z relatiue dicitur principiuz. Sed pater ad filium dicitur: principium vero ad oia que ab ipso sunt. Et principium dicitur filius. Cum enim diceretur ei. Tu quis es: respondit principium qui ⁊ loquor vobis. Sed nūquid patris principium est. immo creatorem se voluit ostendere: cum se dixit esse principium. sicut ⁊ pater principium est creature quia ab ipso sunt omnia. Cum vero dicimus: ⁊ patrem principium ⁊ filium principium nō duo principia creature dicimus quia pater ⁊ filius simul ad creaturā vnum principium est sicut vnus creator. Si autez quicquid in se

Dic adūgit de spūsctō q̄ ipe ꝓncipiū fit.

manet ⁊ gignit vel operatur aliquid principi
um est eius rei quam gignit: vel eius quam
operatur. non possumus negare etiam spiritū
sanctū recte dici principium. quia non eum
separamus ab appellatiõe creatoris. quia scri
ptum est de illo q̄ operetur. ⁊ vtiq; in se ma
nens operatur. Non enim in aliquid eorum
que operatur ipse mutatur ⁊ vertitur. Unum
ergo principium ad creaturam cum patre ⁊ fi
lio ē spiritussanctus. nõ duo vel tria principia
Ecce aperte ostendit Aug⁹. patrem ⁊ filium
⁊ spiritumsanctum esse vnum principium re
rum creatarum. i. vno eodemq; modo esse
principium. ⁊ illum modū satis aperuit. quia
s. operantur omnia. ⁊ quia similiter operãtur
hi tres. ideo vnum principium eē dicuntur.

Hic ostendit quomodo pater sit principi
pium filij. ipse ⁊ filius principiū spūssancti.

Deinde in eodem libro cõ

tinue ostendit quomodo pater dicatur prin
cipium ad filium. ⁊ ad spiritumsanctum ipse
filius. dicens ideo esse patrem principium fi
lij. quia genuit eum. ⁊ patrem ⁊ filium esse pri
cipium spiritussancti. quia spiritussanctus p
cedit vel datur ab vtroque Ait enim ita. Si
gignens ad id quod gignit principium est pa
ter ad filium principium est. q̄ genuit eum.
Utrum autem ⁊ ad spiritumsanctum princi
pium sit pater. quia dictum est de patre proce
dit. non parua questio est. Quod si ita est non
iam principium eius tantum erit rei quam
gignit vel facit. sed ⁊ eius quam dat. ⁊ que p
cedit ab ipso. Si ergo quod datur vel quod
procedit: principium habet a quo datur vel
procedit fatendum est patrem vel filiuz vnū
principium esse spiritussancti. non duo prin
cipia. Sed sicut pater ⁊ filius ad creaturā re
latiue vnus creator ⁊ vnus dominus dicit ur
sic relatiue ad spiritumsanctū vnū principi
um. Ad creaturam vero pater ⁊ filius ⁊ spiri
tussanctus vnum principium: sicut vnus cre
ator ⁊ vnus dominus. Ecce habes q̄ pater
principium filii dicitur quia genuit eñ. Qua
ergo notione est pater: ea principium filii di
citur id est generatione secundum quam etiaz
dicitur auctor filii. Unde Hylarius in. iiii.
li. de tri. ita ait. Ipso quo pater dicitur eius
quem genuit auctor ostẽditur. id nomem ha
bens quod neq; ex alio perfectum intelligat
⁊ ex quo is qui genitus est subsistisse doceat
Novit ecclesia vnum innascibilez deuz. No
u it vnigenitum dei filium. Confitetur patrē
ab origine liberum confitetur ⁊ filii originez
ab initio: nõ ipz abinitio sz ab initiali. nõ p se
ipz sz: ab eo q̄ a nemie ē natum ab eterno. nati
uitatem scilicet ex paterna eteruitate sumentē
Edita est hic fidei professio: sed pfessionis rõ

Ex his colligit q̄ pater eo ē pn cipium filij quo pr̄ gene ratiõe. s ⁊ eodez ēt auctõ filij.

Hylari.

Nota q̄ dic̄ filiũ nõ eē ab initio sz abinitia bili.

nõdum exposita est: ⁊ ideo queréda. s. quõ in
telligẽdũ sit q̄ ait filij originem eē ab initio: ⁊
non ipm esse ab initio: sed ab initiabili. Hoc
vtiq; subdens: determinauit quõ accepit in
tium. inquiens originẽ filij esse ab initio. Ac
si diceret. Nõ ita intelligas originẽ filii esse ab
initio: quasi ipe filius bẽat initium: sed q̄ ipe
est ab initiabili. i. a patre a quo sunt oia. Nam
ꝛ filius sit principiuz de principio: non est ta
men concedendum q̄ filius habeat principi
um. Eũq; filius sit principium de principio.
⁊ pater p̄incipium non de principio. Non ē
p̄incipium de p̄incipio: p̄incipium sine princi
pio: sicut filius non est pater. Neq; tamẽ duo
p̄incipia sed vnum: sicut pater ⁊ filius nõ duo
creatores sed vnus creator.

Apit ex quo sen sit illa direxit Hyla⁹.

Cum pater ⁊ filius sint vnum principiuz spi
ritussancti: queritur an eadem notione.

Unum autem principium

sunt pater ⁊ filius. non tantum creaturarum:
vt dictum est supra: sed etiam spiritussancti.
Jõ q̄ri solet vtruz eadem notione pater sit p̄n
cipium spiritussancti ⁊ filius: an sit alia notio
qua pater dicatur principium spiritussancti: ⁊
alia qua filius. Ad quod dicimus. cum pa
ter dicatur principium spiritussancti ⁊ filius:
quia spiritussanctus ꝓcedit vel datur ab vtro
q̄z. nec aliter procedit vel datur a patre q̄ a fi
lio. Sane intelligi potest patrem ⁊ filium ea
dem relatione vel notione principiuz dici spi
ritussancti. Si vero queritur que sit illa no
tio quam ibi notat principium. Nomen eius
non habemus. sed non est ipa paternitas vel
filiatio immo notio quedam que patris est ⁊
filii: q̄ ab eterno pater ⁊ filius vnum princi
pium est spiritussancti. Donator autem vt p̄
dictum est dicitur pater vel filius ex tempore
sicut spiritussanctus donum vel donatum.

Rñsio.

Querit q̄ sit no tio q̄ pr̄ ⁊ filij⁹ dr̄ p̄ncipiũ spũsci.

Circa distinctionez

29. quero vtrũ p̄n^m vno mõ dicat de
principio sumpto psonaliter ⁊ notiõa
liter ⁊ sũpto etiã essentialiter. q̄ nõ: q̄
si p̄ncipiũ esset vni⁹ rationis hoc mõ
tripliciter sumptũ. ergo principiata eẽnt vni⁹ rõnis
hoc est falsum: q̄ nec filius nec spũssanctus principi
atur vno modo. nec creatura eodẽ modo cũ eis. Cõ
tra. sequit creans igit̄ principians: generãs igit̄ pr̄
cipians: ⁊ spirans igitur principians. ⁊ non econuer
so. g̃ pñs est cõe ad omnia antecedentia.

Ad istam questionem dico

q̄ p̄incipium nõ dicit̄ vniuoce de principio essen
tialiter ⁊ notionaliter ⁊ psonaliter sumpto. ⁊ hoc lo
quẽdo de relatione que p se significat̄ hoc nomẽ p̄nci
pium: ⁊ accipiẽdo p̄ncipium ꝓ p̄incipiatiõe: nõ p̄o
eo q̄ p̄ncipiat siue ꝓ p̄ncipio q̄: ⁊ nõ quo: ⁊ rõ est q̄
principiũ essentialiter sumptuz nõ dicit nisi relatio
nem rõnis non realez: q̄ non ē realis relatio dei ad
creaturã: vt ex dis. sequẽti patebit: vt aũt accipit ad

intra notiõ aliter vel pſonaliter dicit relationẽ realẽ relationi autẽ reali ꝛ rõnis nõ eſt cõe aliquid idez qđ eſt in vno rei: ꝛ in alio rõnis: qz ei qđ eſt ſm quid tale: ꝛ ei qđ ẽ ſimplr tale inquãtum tale nõ eſt cõe vni nocũ illud qđ accipiť in eis ſm quid ꝛ ſimplr: relo ãt realis ẽ ſimplr relo: ꝛ relatio cõis ẽ ſm quid relatio: qz ſicut ee in rõne eſt ee ſm quid: ita referri ſm rõnẽ ſiue cõparari a rõne eſt referri vel cõparari ſm qd: ꝯ nõ eſt ꝑi^m vniuocuz iſtis. Si aũt loq̃mur de ꝑn^o ad intra vt eſt pſonale ꝛ notionale vł qꝫ eis poſſit ee ꝑn cipij rõ cõis vniuoce ſicut paternitati ꝛ filiationi ꝑt hoc qđ ẽ relatio originis ee cõe vniuoce ſicut tactuz ẽ. ſ. di. 23. de cõi vniuoco perſonis inquãtũ perſone.

Ad argumenta. primuz pro

bat qꝫ nõ eſt ꝓncipium vnius rõnis ibi notionale ꝛ pſonale. Rñdeo qꝫ in creaturis aliqua duo diſtincta ſpecie dicuntur eſſe alteri^9 rationis: ꝛ tamen poteſt abſtrahi ab eis v^m cõmune vnius rõnis ſicut gen^9. ita in ꝓpoſito iſte productiones generatio ꝛ ſpiratio ſunt alterius rõnis: loquẽdo de ꝓꝑijs rationib^9 eaz tñ põt aliquod vnum cõe abſtrahi ab eis: ꝛ eodẽ modo de hoc cõmuni qđ eſt principium: ipm poteſt eſſe cõe vnius rationis: lz illa de quibus dicitur ſint alterius ratiõis: loquendo de ꝓꝑijs ratiõibus eorum: ꝛ ſi obijciatur contra hoc qꝫ tunc eſt vle in diuinis: de hoc tactum eſt. ſ. di. xxiij. Ar^m ad oppoſitum probat cõtratem huiuſ quod eſt ꝓncipium ad tale ꝛ tale ꝓncipiũ ſicut ꝑbat vniuocationẽ ad principiũ intra ꝛ extra. ideo poteſt reſponderi qꝫ nõ ſequitur creans: ꝯ principians ꝛ generans ꝯ principians. accipiendo principians pro aliquo conceptu vniuoco ſimplicit qz principians quod infertur ad hoc quod eſt creans vt dicitur de deo: dicit tñ relationez rationis ꝓncipiãs ãt qđ infertur ex gnãnte dicit relationẽ realẽ.

Iſta eſt diſtinctio viceſima

Ad argumentū in oppositum dico q Anſel. accipit ibi dicere mere essentialiter. ſ. ꝓ actualiter intelligere sic̄ exꝑ̄sse vult. c. eoꝺē. vbi vult q ꝙ sunt vnꝰ dicēs: sicut sunt vnꝰ intelligēs: ⁊ ꝫ qlibꝫ ꝺicat etiā quēlibet: tamē sunt vnꝰ in rōne ꝺicentis ⁊ ꝺicti sicut sūt vnꝰ intelligēs ⁊ vnū intellectū: ⁊ iste modꝰ ē valde extēsiuꝰ huius nomis qō ē ꝺicē. qꝛ nec significat illā relonēꝫ oꝛiginis nec ꝓnotat eā. sicut nec itelligē vel sape: ⁊ hm̄ mō nō ꝺic̄ aug. q ꝑ̄ ꝺicit vbo. Sꝫ quō ꝓcedit̄ q spūs scūs ꝺicit vbo. Rñdeo sicut itelligit vbo: ſꝫ nō ꝓ exꝑ̄ mere nec ꝓ ꝺeclarare: nisi accipiat̄ formaliter. qꝛ spūs scūs formaliter ꝺeclarat oē ꝺeclarabile: nō aūt ꝓ ꝺeclarare ꝑncipiatiue: nisi forte respectu creature: qꝛ loq̄ndo de mānifestatiōe creature: qꝛ illā efficit tota trinitas: ⁊ qꝛ absolute sup manifestationē formalē vbi nō ꝓpando ad creaturā: spūssc̄us nō hꝫ aliq̄ꝫ rōnē ꝑncipij: qꝛ nō ꝺat verbo illud qꝰ formaliter vbū ē manifestatiuū: iō nō vr̄ aliqᵒᵒ ꝓcedēdū. nec Anſ. ꝺicit q. ſ. ſ. ꝺicit vbo ꝫ videat oīa in vbo ita ēt q ꝫ btūſ videt oīa in vbo. ⁊ q̄ ꝫ ꝑsona videt in quālibꝫ ꝑꝫ aug. i ſ, de tri, c. 4, ſꝫ ꝺicere vbo vr̄ importare aliq̄ꝫ auctem ꝺicitis vbo respectu verbi inq̄ꝫtū est ꝺeclaratiuū formaliter.

Ad aliam questionē de spūscō ꝓcedēdū ē eo mō q in ꝑce. q. ꝓcessuꝫ ē et ꝑ̄ de volūtate nr̄a vbi ꝺico q amoꝛ in nobis vt ꝓducꝰ hꝫ ad volūtatē vt ꝓducētē relonē scōi mōi. ⁊ iª forte est mutua. hꝫ ēt aliā relonē ad oīm ptinētē ad. ꝫᵐ mōm relatiuoꝝ: ⁊ illa nō ē mutua: qꝛ sic̄ sciētia refert̄ ad scibile ⁊ non eꝰ: ita amoꝛ ad amabile ⁊ non eꝰ. ⁊ sicut amoꝛ hꝫ formalr̄ hitudinē aliq̄ꝫ ad oīm: ita illud qō ꝓducit amorē possꝫ ꝺenominari ab illa habitudine si eēt verbū impositū ꝫ significās actiue. Ita ꝺico in ꝺiuinis q spūssc̄us ex vi ꝓductiōis sue nō qdē ꝑpe ſꝫ appꝛopatē ē amoꝛ ois amati necio. ⁊ iō hꝫ aliq̄ꝫ rlonē rōis soꝛalr̄ ad sic amatū. ꝓducēs āt ipꝫ ꝑt ꝺnoīari ab eadem habitudine quasi pꝛincipiatiue ꝺenominans importatur per hoc verbum ꝺiligere: quando ꝺicuntur pater ⁊ filius ꝺiligere se spūsancto. hoc qꝑ pe ē patreꝫ ⁊ filiū ꝓducere amoꝛē qui est ꝑ̄s ⁊ filij sicut patrē ꝺicere se vbo est ꝓducere verbū qō est ꝺeclarās ipm̄ patrē.

Ad primū ꝺico q nec mere eēntialr̄ nec mere notionalr̄ tenet̄ sed cōnotat notione. ſ. ꝓductionē spiritussancti. ⁊ significat illā habitudinē cōsequentē spm̄scm̄ ad amatū nō quidē formaliter ſꝫ ꝑncipiatiue. ⁊ rōe istiꝰ habitudinis ꝑ̄tis eēntiale est q̄ꝫtū ad terminū illius habitudinis. qꝛ terminꝰ ille nō tāꝫ est spiritussanctꝰ ſꝫ etiā oē necessārio amabile. ⁊ quo ad illō fit cōuersio nō aūt quo ad notionale cōnotatū. Per ꝫ patet ad 2ᵐ ⁊ istud posset manifestari in exemplo ꝺe ꝺicere. qꝛ eo mō quo cōcedit̄ ꝑ̄ꝫ ꝺicere verbo ꝺicere nō ē mere eēntiale neq̄ꝫ mere notionale. ſꝫ cōnotat notiōale. ſ. gnitionē ⁊ importat in genito hitudinē ꝺeclaratiui que est ad oē ꝺeclarabile. ſimile hui ꝰ ꝫ nō ita ꝑfecte pōt haberi in hoc qō est mittī qō cōnotat i ꝺiu inis ꝓcessionē ꝫ significꝫ ꝑncipaliter effectū tpalē. ⁊ q̄ꝫtū ad illō qō significat tota trinitas opat̄ effectū illū sed q̄ꝫtū ad nationē illā nō respicit totā trinitatē in rōne ꝑncipii: filiꝰ. n. pōt mitti a spirituscō ꝫ nō sit a spirituscō. Ad ꝫᵐ ꝫ posset fieri vis i ista ꝓpōe q ly se posset cōstrui trāsitiue vel recipꝛoce. ꝺe qua ꝺuplici cōstructione habet̄ ab illo Petro helie sup Priscianū ꝺ ꝛstructione ⁊ ꝑꝫ in illo sophismate. isti pugnāt vt vincāt se. ⁊ vr̄ ꝑm aliquos magis cōcedēꝺa ꝓpositio ꝓut se cōstruit trāsitiue q̄ꝫ recipꝛoce. pꝛo eo q spiritussanctꝰ scōm eos spirat a patre ⁊ filio volūtate concoꝛꝺi. inq̄ꝫtū. ſ. pater impēdit amoꝛē filio ⁊ filius rependit ꝑm Richardū ꝺe trinitate tamē ꝺicendo cōsequēter his que ꝺicta sunt ꝺi. iꝛª. ꝺe ista materia q ꝑ̄ ⁊ filiꝰ spirāt formaliter volūtate inquātū vna ē: nō aūt ipsa relatio cōcoꝛꝺie ꝑ̄s ad filiū. ⁊ ecōuerso est formalis. ratio spirandi. qꝛ nō vr̄ i q̄ꝫtū ꝑ̄. ⁊ filiꝰ inq̄ꝫtū hnt respectū oꝛiginis ad spm̄ scm̄ habeāt mutuā relatiōeꝫ ad inuicē. tūc. n nō haberēt tm̄ mutuā relationē oꝛiginis ꝑmutatꝫ ⁊ filiatiōis. hoc in quā ꝺicēꝺo q ꝫ hntes vnā volūtateꝫ ꝓcoꝛꝺēt in ea formaliter tm̄ cōcoꝛꝺia nō ē per se rō ſꝫ volūtas vna. ⁊ q fecūꝺitas plena sit ita in vna sicut in ꝺuabꝰ iō tm̄ ꝺuo spirāt qꝛ ꝑintelligit̄ illa fecūꝺitas vna eē in ꝺuobꝰ anteq̄ꝫ habeat terminū. Pōt tm̄ cōcedi ꝓña. q eadeꝫ est veritas accipiēꝺo ly se sic vl̄ sic. ⁊ tūc cōcedo ꝓña q pat̄ se ꝺiligit spiritu sancto. ⁊ cū ꝺicit ꝺiligit se in pꝛimo signo oꝛiginis ꝓcedo. sed tunc ꝺiligit se volūtate vt in ipo est formalr̄. spirando aūt spm̄ scm̄ q necessario ē amoꝛ eiꝰ ꝺiligit se spiritu sancto q̄ꝫ ꝑncipiatiue quō ēt ꝺiligit filiū spiritu sancto. Ad vltimū ꝺico q nō oꝫ ꝓcedere ꝑ̄em ⁊ filiū ꝺiligere creaturā spū scō sicut ꝺiligūt se spū scō. qꝛ iste modus ꝺiligēꝺi vt sumit̄ ꝑncipiatiue vr̄ esse ꝑmo illius termini ꝺilectiōis cuius ipa ꝺilectio ē formaliter ex hoc q ē ꝑncipiata. sic enī ꝺiligere obꝫ ē ꝑncipiare amoꝛē q vt ꝑncipiatꝰ est formalr̄ illiꝰ obi. spiritus aūt sanctꝰ ex vi ꝑncipiationis sue neq̄ꝫ ꝑmo neq̄ꝫ cō comitanter ē amoꝛ creature. qꝛ creatura tm̄ cōtingēter amat̄ a ꝺeo. ꝫ aūt ex vi ꝓductiōis sue pꝛimo sit amoꝛ eēntie. tm̄ cōcomitanter pōt ꝺici amoꝛ filij qꝛ ille ꝑsone sunt in nā ꝑmo amata ex necessitate illius nature. ⁊ ita posset ꝓcedi q ꝑ̄ nō ꝺiligit creaturā spiritu scō eo mō quo filiū. qꝛ nō vt ꝓducit amorē ex vi ꝓductionis sue fit amoꝛ creature. imo ꝛpleta pꝛoductione necessaria illiꝰ amoris ad huc est cōtingentia vt iste amoꝛ sit creature. ⁊ hoc est in potestate nō trīs ꝓducentis hunc amorē: ſꝫ ēt istiꝰ amoris ꝓducti. qꝛ ita cōtingenter amat spiritꝰ sanctꝰ creaturā sicut ꝑ̄ ⁊ filius.

Ben. in sūmā ar ti. 54.

Hec est ꝺistinctio tricesima secunda huius pꝛimi libꝛi. In qua magister posꝫ assignationeꝫ quoꝛunꝺā appꝛopꝛiatoꝝ ꝺeterminauit. quas

dam dubitatiões ex assignatione hmõdi emergẽtes determinat. Et tria facit. Nã pmo determinat qualit psone cõpant sm ppriũ ⁊ appropriatũ. ss. Secundo quõ circa appropriatũ filij. Tertio quõ circa vtrũ qꝫ simul. Primũ facit a principio distinctiõis vsqꝫ ibi Preterea diligent est inue. Secundũ abinde vsqꝫ ibi. Preterea diligenter est notandũ Tertiuꝫ vero abinde vsqꝫ ad finẽ distinctiõis. Et tñ de sententia magri stat in trib⁹ ppositionib⁹ quarũ pma hec. Pat ⁊ filius diligũt se mutuo. ff. ab ipsis procedente. Nãc magr pbãs querit. An pr ⁊ filius diligũt se. ff. ab ipis procedente. Et arguit q non. Naꝫ diligere ⁊ esse in diuinis sunt idem. si ergo pat ⁊ filius diligunt se. ff. ẽ. videt ipos habere esse per spiritumsanctũ. quod absurdum est. Et magister respondet q pater ⁊ filiꝰ diligunt se capiendo diligere notionaliter. s. put idẽ ẽ quod cõmunis spiratio. ⁊ sic differt diligere ab eẽntia secundum rationem ⁊ per cõsequens factum argumentum pro illa parte non concludit. Secunda propositio est hec. Nec pater nec filius sapit sapientia gẽita vel nascente. Hanc propositionẽꝫ magister probans tres determinat questiones. Prima est. Utrum pater dicitur sapiens sapientia quam genuit. Et arguit q sic. quia pater diligit amore qui ab ipso procedit ideo videtur quod etiã sapit sapiẽtia eadem quã genuit. Et respondet q ista non est concedenda. pater sapit sapientia genita. seu pater sapit p illam sapientiam quam genuit. ne filius qui est sapientia genita videatur esse causa sapiẽtie in patre ⁊ hoc cõfirmat auctoritate beati Augusti. Secunda questio est. Utrum filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita. Et respondet magister dicens. q filiꝰ debet dici sapiens sapiẽtia ingenita : eo quod ipse sit sapiens sapientia genita sicut pater. Circa quod notãdũ q iste due propositiones. s. pater est sapiens sapientia ingenita ⁊ filius est sapiens sapiẽtia ingenita. sunt ambe vere. sed differunt secundum q hi ablatiui in eis positi diuersimode cõstrui possunt. Uno modo in habitudine principij formal' ⁊ secundum illum modum pater est sapiens sapientia ingenita. ⁊ huius propositionis est sensus. quia sapientia ingenita est ipse pater. ⁊ sic seipso sapiens est formaliter. cum sit idem sibi esse ⁊ sapere ⁊ secundũ istum sensum intellectus est falsus. filius est sapiens sapientia ingenita. quia designat filium formaliter esse sapientem patre. ⁊ per cõsequẽs patrem formaliter esse filium propter identitatem sapientie ⁊ esse in filio. Alio modo potest ille ablatiuus construi in habitudine principij effectiui. ⁊ sic ista est falsa. pat est sapiens sapientia ingenita. quia significat patrem esse de sapientia ingenita. ⁊ sic esset a seipso quod falsum est. Illa vero filius est sapiens sapientia ingenita isto modo est vera quia sensus est q filius sit de sapientia ingenita. ad illum intellectum conceditur a magistro in littera. Tertia questio. Utrum filius possit dici sapiens sapientia genita seu seipso. quod idem est. Et respondet q aliqui concedunt istam propositionem. filius est sapiens sapientia genita vel seipo non tamen filius est sapiens a seipso. quod intelligi debet filius est sapiens sapientia genita vel a seipso qõ idem est. verum est formaliter: sed non effective. Tertia propositio est hec. Tantum vna ⁊ eadem est sapientia patris ingenita ⁊ genita secundũ rẽ. differunt solum secũdũ rationẽ. Nãc magister pbãs qrit Utrũ tm vna sit sapiẽtia patris ⁊ filij. Et arguit q ñ. qr alia ẽ sapia genita ⁊ ingenita: ⁊ ergo nõ est tm vna Et magr rñdet argumẽtũ nõ valere. eo q ibi cõmittit fallacia figure dictionis: qr qñ sapia sumit cũ his terminis genita ⁊ ingenita: trahit ad standũ p psõa. Sꝫ qñ simplicit stat sine additiõe: tũc supponit pro eẽntia. Et subdit. sicut in deitate ẽ dilectio q est pr et filius ⁊ spũsscũs. s. ipa diuia eẽntia. ⁊ tm spũssanctus ẽ dilectio que nec ẽ pat nec filiꝰ: nõ tm sunt due dilectiones in deo sꝫ vna tm. Sic in deo ẽ sapiẽtia q ẽ pr ⁊ filius ⁊ spirituscũs. s. diuina eẽntia. ⁊ sapiẽtia genita que nec est pater nec spũssanctus sed filius. nõ tm sunt plures sapiẽtie: sꝫ vna tm: ⁊ per cõsequẽs sapiẽtia ingenita dicatur sapiẽtia patris: eo q p eaꝫ formaliter sapit: sapientia ẽt genita dicit sapientia patris: non tm q ea formaliter sapiat: sed q eã genuit: non tm segt q sint due sapiẽtie: sꝫ tm vna que ẽ diuina essentia. Secũda questio ẽ. Cur pat nõ dicat sapere sapiẽtia genita vel ab ipo procedẽte: sicut dicit diligere dilectiõe ab ipo pcedẽte: cũ tm idẽ est ibi sapere ⁊ eẽ: et similiter idem diligere ⁊ eẽ. Ad quod rñdet magr q diligere põt capi essentialiter: ⁊ tũc tam sm rez qꝫ ẽt sm modũ significandi absolute diligere nõ est aliud qꝫ esse ⁊ qꝫ diuina eẽntia: ⁊ capiendo diligere. pater nullo modo potest se diligere spiritusancto seu amore procedente a se. Alio modo potest capi notionaliter pro spiratione passiua: ⁊ sꝫ sic non est aliud qꝫ eẽntia diuina sm rem. non tamen sm modum significãdi est idem quod essentia diuina seu esse: quia essentia seu esse dicitur absolute. diligere autem relatiue Et ideo non sequitur pater spiritusancto vel amore diligit. igitur spiritusancto vel amore procedente ẽ. Sicut nõ sequit pater paternitate est pater: ergo pater paternitate est. Sic nõ segtur homo diligit hõinem amore ab ipo procedente: igitur homo amor ẽ Cum ergo sapere in diuinis semp sumatur essentialiter ⁊ nunquã notionaliter sicut diligere: igit patrem sapiẽtia genita sape: seqretur ipꝫ esse sapiẽtiã genitã. Ad diligere aũt nõ semp sequit diligere dilectiõe pducta: ⁊ p ꝓns sꝫ pr nõ dicat saper sapiẽtia genita: potest tm dici diligere dilectione pcedente seu pducta Et hec est sentẽtia magistri in speciali.

Utrum proprietates personarum sint ipe psone vel deus. id est diuina essentia. Di. 33.

Est supra dicta interiꝰ cõsiderari atqꝫ subtiliter inquiri oportet. Utrũ proprietates personarum quibus ipe persone determinãtur sint ipe persone: ⁊ sint deꝰ. i. diuina eẽntia. an ita sint in personis. vt nõ sint persone: ac per hoc nec diuia eẽntia. Qõ. n. in psonis sint ppietates nemo ificiari audet: cũ apte clamat auctoritas q in psonis ẽ ppietas: ⁊ in eẽntia vnitas. Supiꝰ quoqꝫ multis scõr testimõiis astruim⁹ psõas p ppetates distigui atqꝫ determiari: ipasqꝫ ppetates tres. s. ppriis erpssimus vocabulis. Cũ g ppetates ipe ab eterno fuerint: qb⁹ ipe psõe determiant ⁊ differũt: quõ eẽnt si in eis nõ eẽnt: ⁊ quõ in eis eẽnt: ⁊ ipse psone nõ eẽnt quin ibi eẽt multiplicitas. Quo circa sicut ppietates eẽ in psonis: ita ⁊ eas psonas eẽ ꝓfitemur. sic̃ supra aũcte Hiero. vt ñ pigeat revocare ad mentẽꝫ. protestati sumus in expositione fidei ita dicentis. Sabellij hereśim declinantes: tres personas expressas sub proprietate distinguimus. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum prope

Nõ ppetates sũt psone

Hiero⁹ breui tẽ tangit q̃ s. posita sit vt aliud addat.

tates.id est personas.vel vt greci exprimunt hypostases hoc est subsistentias confitemur. Ecce aperte dicit personas proprietatib9 distingui:7 ipsas proprietates esse personas.cuius hic verba perstringimus:q3 supra latius posuimus.

Q3 proprietates sint diuina essentia.

Cumq3 de simplicitate dei

tatis supra dissereremus auctoritatib9 sancto ruz scilicet Augu. Hyla. Ysido. necnō 7 Boecii. euidenter monstrauimus. deum hoc esse omnino quod in se habet. excepto q3 pater hz filium: nec est filius:7 filius habet patrez: nec est pater:7 sic esse in natura triuz. vt qui habet hoc sit quod habet:7 totū quod ibi est vnum esse vnam vitam esse:quod modo non iteramus:ne fastidium lectori ingeramus. Si ergo proprietates ibi sunt:singula earuz est id in quo est:7 vnuz eademq3 vita singule sunt. Fateamur ergo 7 proprietates esse in tribus psonis:7 ipsas eē psonas atq3 diuinam eēntiā

Exp̄dictis concludit p̄petates eē ps̄onas 7 vnam eēntiaz.

Auctoritate astruit q3 proprietas sit natura.

Q3 enim proprietas etiaz

Hilari9 diuina natura sit:ostendit hylarius dicēs natiuitatem filii esse naturam. Unde in. vii. lib. de trini. ait. Utriusq3 natura non differt: vnū sunt pater 7 filius. Habet ergo hoc sacramenti natiuitas vt compleatur in se 7 nomen 7 naturam 7 potestatem: quia natiuitas nō potest non esse ea natura' vnde nascatur filius. Idem in vi. Natiuitas proprietas est. veritas est. Idem in. vii. dicit: q3 nature natiuitas sit intelligenda esse in natura dei. Supra eniz dixit q3 proprium patris est q3 semper pater ē 7 proprium filii est q3 semper filius est: significans q3 proprietas patris est pater: 7 proprietas filii est filius. His aliisq3 pluribus auctoritatibus aperte significari videtur: q3 proprietas filii filius sit: sic 7 deus: ita 7 proprietas patris 7 proprietas spiritussancti.

Quidam negant scilicet proprietates esse personas 7 diuinam naturam 7 quare.

Hoc autez aliqui negant dicentes q3dē ꝓprietates in ps̄onis esse. sed non eē ps̄oas ipas. q3 ita dicūt eē in ps̄onis vel in eēntia diuina: vt nō sint interi9 sicut ea sunt q3 secundum substantiam dicuntur de deo. vt bonitas. iusticia. sed extrinsecus affixa sunt. atq3 ita esse rationibus probare contēdunt. Si enim inquiunt proprietates sunt persone: nō eis persone determinantur. Cōtra quod di-

Obie.

cimus quia etiam seipsis persone differunt sicut sup̄ Hiero. loquēs d̄ pr̄e 7 filio 7 spiritu sancto dicit Substantia vnum sunt sed personis ac nominibus distinguuntur. Sed iterū addunt. Si proprietates ipse diuina essētia sit cum essentia non differant tres persone: nec proprietatibus differunt. Quomodo enim differt pater a filio: eo q3 diuina essētia est cum in essentia vnum sunt.

Obiectio contra p̄petates eē p̄sōas 7 vnam eēntiaz. Secunda obiectio.

Responsio ad premissa auctoritate nitens.

Horum doctrinis nouis 7 humanis cōmentis verbo Hylarii respondeo: Immensuz est quod exigitur 7 incōprehensibile: extra significantia est sermonis. extra sensus intentionem. non enunciatur. non attingitur. non tenetur. verborum significantiam rei ipsius natura consumit. Sensus contemplationem inperspicabile lumen obcecat intelligentie capacitatem q3 fine nullo ꝓtinetur excedit. Ubi ergo in sensu labes est. in intelligentia stupor est. In sermone vero non iam infirmitatem fed silentium confitebor. piculosum nimis est de rebus tantis ac tam reconditis aliquid vltra prescriptum celeste proferre vt vltra prefinitionem dei sermo de deo sit. forma fidei certa est. Non ergo aliquid addendum est. sed modus constituendus audacie. quicquid vltra queritur non intelligitur.

Quomodo improbi heretici insistant alia addentes.

Ceterum hereticorum improbitas instinctu diabolice fraudulentie excitata nondum quiescit. sed in tanta rerū questione addit. Si paternitas 7 filiatio in deo sue in diuina essentia sunt. eadem ergo res sibi pater est 7 filius. Nam in quo paternitas est pater est. 7 in quo filiatio est filius est. Si ergo vna eademq3 res habet in se paternitatem 7 filiationem. ipsa generat 7 generatur quod dicentes in sabellianam heresim pertrahuntur extendentes patrem in filium: cum ipsum sibi filium. ipsum proponant 7 patrem. Si vero negauerint in vna dei essentia paternitatem esse 7 filiationem. quomodo ergo dicunt esse deum. His atq3 aliis argumentorum aculeis vtuntur in sue opinionis assertione vt veritatis formaz dissecēt.

Obiectio tertia.

Responsio contra hanc eorum opinionem: vbi traditur q3 proprietates non penitus ita esse in dei essentia sicut in hypostasib9 dicūt.

Quoruz audacie resisten/

tes atq; ignorantie prouidentes audebimus aliquid super hoc loqui. ℙPaternitas ⁊ filiatō non ita esse omnino in diuina substantia dicū tur: sicut in istis hypostasibus. in quibus ita sunt q eas determinant vt ait Job. damas. Caracteristica idiomata sunt id est determiatie ꝓpietates hipostaseos ⁊ ñ nāe: ⁊. n. hipostasiz det̄miant ⁊ nō nám. Ideoq; licet paternitas ⁊ filiatio sint in diuina essentia cum eam non determinent non ideo potest dici: q diuina essentia ⁊ generet ⁊ generetur. Vel q eadem res sit sibi pater ⁊ filius. Ita enim proprietas determinat personam: vt hac proprietate hy postasis sit generans. ⁊ illa alia hipostasis sit genita. ⁊ ita non idem generat ⁊ generatur. ꝫ alter alterum.

Queritur quomodo proprietates possunt esse in natura. nec eam determinent.

Sed forte queres cū hę pro

prietates non possunt esse in personis quin eas determinent: quomodo in diuina essen tia esse possint: ita vt non eam determinent. Respondeo tibi ⁊ hic cum Hilario Ego ne scio non requiro. ⁊ consolabor me tamen. ar changeli nesciunt. angeli non audierunt. secu la non tenent. propheta non sensit. apostolus non interrogauit. filius ipe nō edidit. Esset ergo dolor querelarum. non putet homo sua intelligentia generationis sacramentum pos se ꝯsequi. Absolute tñ intelligendus est pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. Stat in hoc fine itel ligentia verborum. Est filius a patre qui est vnigenitus. ab ingenito. progenies a paren te. viuus a viuo non natura deitatis alia ⁊ alia. quia ambo vnum. Hoc credendo incipe percurre. pesiste. ⁊ si non per venturum in sciam tamen gratulabor profecturum. Qui .n. pie infinita prosequitur. ⁊ si non contingat. ali quando tamen proficiet prodeundo. Sed ne te inseras in illud secretum ⁊ archanum inopi nabilis natiuitatis ne te immergas summam intelligentie comprēhendere presumens. sed intellige incomprehensibilia eē. His aliisq; multis euidenter ostenditur nobis nullaten⁹ licere maiestatem perscrutari. ius ponere pote stati. modum circumscribere infinito.

Quibus auctoritatibus opinionez suam. s. q proprietas patris vel filii non sit deus muniant.

Veruntamen nonduz de

fistunt impatientie spiritu agitati: sed opinio nem suam etiam sanctorum auctoritatib⁹ mu nire conātur. quibus oñdere volūt propēta tem qua pater est pater: ⁊ ꝓprietatē qua filius

est filius: nō esse deuz. ad hoc inducētes ẏba Aug. super illum locū psal. Et nō est substan tia: ita dicentis. Deus enim quedam substan tia est. Unde etiaz in fide catholica sic edifica mur: vt dicamus patrē ⁊ filium ⁊ spiritumsā ctum vnius eē substātie. Quid est vnius sub stātie. Quicquid est pater quod deus. hoc ē filius. hoc ē spiritussanctus. Cum autem pa ter est. non illud est quod vel quo est. ℙPater enim non ad se sed ad filium dicitur. Eo igit̄ quod vel quo deus ē: substātia est. Et q; eius dem substātie ē filius: proculdubio ⁊ filius ē deus. At vero quod pater ē: q; nō substantie ē sed refertur ad filiuz: nō sic dicim⁹ filiuz pa trem eē sicut dicimus filium deū esse. Ex his verbis significari dicunt. q proprietas pīs vel proprietas filii non sit deus vel eēntia di uina. Cum enim dicit: eo q deus ē ẏba est: sed q pater est: substantia non est. aperte inquiūt ostendit id esse substantiaz quo deus est. Id vero quo pater est: non esse substantiam. Itē cum ait. pater non illud ē quod ē: ostendit euz non esse patrem eo q substantia ē. Non enz simpliciter dixit. ℙPater nō est illud quod est sed ait. Cum pater est. non illud est quod est. significans quo pater est. non esse illud quo ē. id est eēntiam. Hec illi ita exponentes sua cō menta simplicibus ⁊ incautis vera videri fa ciunt. Nos autez aliter forze ita intelligēda dicimus. Dicens. n. eo q de⁹ est: substātia ē. sed q pater est: substantie non est: hoc intellu gi voluit. quia essentia deus est: ⁊ deitate sub stantia est. Eo. n. substantia est quo deus est. ⁊ econuerso. cuius ea est deitas que est substā tia: ⁊ substantia que deitas: sed q pater est nō est substantie. id est nō quo pater est eo substā tia est. quia proprietate generationis pater est qua substantia nō est. Ipsam tamē proprieta tem substātiam esse non negauit. Ita etiam il lud intelligendum est quod ait. Cum pater est. non illud est quod est: id est non illo pater est. quod vel quo ipe est. id est essentia. sed no tione.

Qualit̄ ſtorq̄nt ẏba au gusti. ad ſuā pra uitatez.

Qđ alit itelligē da ſūt il la ẏbaꝫ dicunt.

Aliis etiam verbis Augustini vtuntur: vt asserant quod dicūt: scilicet proprietates per sonarum nō esse dei substātiam.

Item illis verbis augustini

vehementer insistunt superius positis. scili cet q verbum secundum q sapientia est ⁊ es sentia. hoc est q pater secundum q verbum non hoc est quod pater. Si inquiunt verbuz non est hoc quod pater secundum hoc quod est verbum. Id ergo quo verbum est non est illud quo pater ē. ℙProprietas ergo quo ver bum est: non est id quo pater est. non est igit̄ diuina essentia. Ad quo dicimus. quia licet secundum q verbum non sit: hoc quod pater

Rñsio.

est:ea tamen proprietas qua verbuz est.est id quod pater id est diuina essentia.sed non est hipostasis patris.

Jsta est distinctio tricesima

tertia huius primi libri. In qua magister postq̃z egit de propijs ꝛ appropriatis:incipit agere de differẽtia cõmunium ꝛ proprioꝝ. Et tria facit. Maz primo determinat vnitatem. Secundo respondet ad contrarias rationes. Tertio ad cõtrarias auctoritates. Primũ quidem facit a principio distinctionis vsq̃z ibi. Hoc autem aliqui negant. ꝛc. Secundum ab inde vsq̃z ibi. Verũtamen non desistunt. Tertiũ ad finem. In speciali sententia magistri stat in trib⁹ propositionibus.quaruz prima est hec. Proprietates personales sunt idem cum personis ꝛ natura diuina. Hanc magister probans querit. Vtrum propetates sint ipe persone:ꝛ vtrum sint ipa diuina essẽtia. Postea soluit dicens. q̃ proprietates tripliciter sunt in personis:iuxta illud beati Grego.in prefatione dicentis. Et in personis proprietas:ꝛ in essentia vnitas:proprietates.n.fuerunt ab eterno:ꝛ non potest dici q̃ fuerũt sine subiecto:igitur videtur fore dicendũ q̃ fuerunt in psonis. Secundo ostendit q̃ proprietates sunt ipe psone. Maz propetates sunt in psonis:sed in psonis nulla ẽ diuersitas.igit̃ pprietates sunt ipe psone. Et hoc confirmat auctoritate beati Hiero. Tertio ondit q̃ proprietates sunt ipa diuina eẽntia seu natura:qd̃ probat sic. Propt diuinã simplicitatem deus est quicquid habet vbi non repugnat relatiua oppositio:sed diuina eẽntia hẽt proprietates: ergo pprietates sunt diuina eẽntia seu natura. Hãc rationem magister confirmat auctoritatibus diuersorum auctorum:que patent in textu. Secunda propositio est hec. Errant qui ex hoc q̃ proprietates personales sunt diuina essentia inferunt diuinam essentiam posse generare. Hãc probans magister ponit errorem quoruñdaz dicentiũ:q̃ liz sint proprietates i personis:nõ tñ sunt ipse persone:sed sunt quasi extrinsecus affixe. Postea ꝓm hunc errorem inducunt tres rationes. Quarum prima talis est. Si proprietates sunt persone:ergo non distinguunt neq̃z determinãt personas:cõsequentia patet ex hoc q̃ nihil distingui tur neq̃z determinatur seipso. Respondet magister negando consequentiam. Ad probationez dicit nõ esse inconueniens idem distingui seu determinari seipso.quod probat auctoritate.b.Hieronymi. Secundo sic. Si proprietates sunt diuina essentia: ꝗ sicut persone dicuntur conuenire in essentia:ita etiaz debet dici personas conuenire in pprietatibus:qd̃ falsum est. Respondendo magister dicit istam materiam propter nimiam sui altitudinem humanuz excedere intellectum:quod probãt auctoritate hylarij. Tertio sic: In quocũq̃z est paternitas in diuinis: hoc generat:sed in essentia est paternitas:ergo generat. Et similiter arguit de filiatione. Et respondet magister per distinctionem dicens.q̃ proprietates esse in aliquo potest intelligi dupliciter. Uno modo illud in quo sunt determinando ꝛ distinguendo. Et isto modo sunt in personis.ꝛ in quocunq̃z isto modo est paternitas hoc potest generare. Alio modo illud in quo sunt non determinando neq̃z distinguendo:ꝛ sic dicuntur esse in diuina essentia:ꝛ in quocũq̃z sic ẽ paternitas:illi non cõuenit generare;nec illi in quo sic est filiatio conuenit generari.cum ergo proprietates sunt in diuina essentia non determinando eam: patet argumentum ad propositum non concludere Contra solutionem magister insistit querendo. Si proprietates non possunt esse in personis nisi eas determinent:quomodo tunc possunt esse in essentia eã

non determinando. Et respondet q̃ hoc exprimere est super intellectum humanum:quod cõfirmãt magister auctoritate.b.Hylarij. Tertia propositio ẽ hꝫ. Fallunt qui ex idẽtitate paternitatis ꝛ essentie arguunt seu concludunt paternitatem patrem esse deuz. Huius ratio est:q̃ pprietates sunt in diuinis vt determinantes ꝛ distinguentes:cuiusmodi sunt in personis. Et confirmatur auctoritate.b. Augu. Et tñ ꝺ sententia magistri huius distinctionis in speciali.

Opinio quorundam non idem esse personam ꝛ essentiam vel naturam dicentium ꝛ eãdem essentiam non posse esse patrem ꝛ filium ꝛ spiritumsanctum.

Redictis aũt adũ ciendum ẽ.q̃ quidam peruersi sensus homines in tantam prosiluerunt insaniam. vt dicerent non idem esse naturam dei ꝛ personam siue hypostasim. dicentes eãdem essentiam non posse esse patrem ꝛ filium sine personarum confusione. Si enim unquam ea essentia que pater est:filius est idem sibi pater est ꝛ filius. Si hanc rem dicis esse patrem:aliam quere quam dicis esse filium. Si vero aliam non quesieris:sed eandem dixeris idem genuit ꝛ genitus est. Propter hec ꝛ huiusmodi inter naturam ꝛ personam diuidunt ita. vt non recipiant vnam deitatis naturam ꝛ simplicem esse tres personas. Dist. 30 iij:

Auctõitatez q̃ peis facere videꝺ pont ꝺ hilarij

Jdq̃z testimonio Hylarij defendere nituntur:qui in.vii.libro.de trinitate. querens vtrum apostolus spiritum dei nominans et spiritum christi: idem significauerit. vtroq̃z verbo inquit ita. Genitum predicator volet nature vnitatem in patre ꝛ filio docere ait. Spiritus dei in vobis est. Si quis autez spiritum christi non habet:hic non est eius. Si autem spiritus eius qui suscitauit Jesum ꝛ cetera. Spirituales omnes sumus si in nobis ẽ dei spiritus.sed ꝛ hic spiritus dei est ꝛ spirit⁹ xpi. Et cũ xpi spirit⁹ i nobis ẽ ei⁹ spũs i nobis ẽ q̃ suscitauit christũ. Et cũ ei⁹ q̃ suscitauit christum in nobis est spiritus.ꝛ spiritus in nobis ẽ xpi. Hec tñ nõ ꝺi ẽ spus q̃ in nobis est. Discerne ergo o heretice spiritum christi a spiritu dei.ꝛ excitati a mortuis spiritus christi.a spiritu dei christũ a mortuis excitantis. Cum qui habitat in nobis spiritus christi:spiritus dei sit.ꝛ spiritus christi a mortuis excitauit spiritus dei tñ sit christũ a mortuis excitantis. Et quero nunc in spiritu dei. vtrũ naturaz an rem nature significata existimes. Non est enim idem natura quod res nature sicut non idem est homo:ꝛ quod hominis est.nec idem est ignis ꝛ quod ipsius ignis est ꝛ secunduz hoc non est idem deus ꝛ quod ꝺi est. Huius dicti occasione prefati heretici dogmatizauerunt non idem esse personam ꝛ

questio hylarij. vtrũ in in spiritu ꝺi natura vel res nãe significata sit idẽ Nõ non ẽ nã qd̃ res nãe

Ostēdit quē sensum trahāt ex illis vbis

naturam dei:asserentes naturam dei non esse tres personas. Intelligentes in his premissis verbis Hylarii per rem nature personaz ⁊ nomine nature diuinam naturam. Et iō dicunt Hilarium interrogasse hereticuz. vtz per spiritum dei putaret significatam esse naturam an rem nature. vt sic ostenderet distinguendum esse inter naturam ⁊ rem nature.i. personam.

Hic docet quomodo eis obuiat ipsius scripture circunstantia. ⁊ qualiter predicta intelligi debeant ⁊ q̄ spiritussanctus est res vnius nature patris ⁊ filii ⁊ est ipsa natura.

Hoc quidem dicunt non intelligentes pia diligentia scripture circūstātiam. qua considerata percipi potest quomodo premissa dixerit Hilarius. Subsequenter enim in eadem serie ostēdit in spiritu dei aliquando significari patrem. vt cum dicitur. Spiritus domini super me. aliquando significari filium vt cum dicitur. In spiritu dei eicio demonia. nature sue potestate se demones eicere demōstrans. aliquando spiritumsanctū vt ibi. Effūdam de spiritu meo super omnem carnem. Quod dicit consummatum fuisse: cum apostoli spiritussancto misso omnibus linguis locuti sunt. Deinde quare hanc distinctionem fecerit. ⁊ q̄ in superioribus per verba apostoli idem spiritussanctus fignificatus sit. ⁊ q̄ ipse sit res vnius nature patris ⁊ filii aperte ostendit inquiens ita.

Verba hylarij ponit q̄bus premissoz itelligētia apit.

Hec idcirco sunt demōstrata: vt quacunque parte heretica falsitas se contulisset. finibus veritatis cōcluderetur. Habitat enim in nobis christus. quo habitante habitat deus ⁊ cum habitat in nobis spiritus christi: non aliud habitat quam spiritus dei. quod si per spiritumsanctum christus in nobis inteligitur esse. hunc tamen ita spiritum dei vt spiritum christi esse noscendum est. et cum per naturam dei natura ipsa habitat in nobis. indifferens natura filii creditur esse a patre. cum spiritussanctus qui est spiritus christi ⁊ spiritus dei: res nature demonstretur vni⁹. Quero nunc ergo quomodo non ex natura vnum sunt. A patre procedit spiritus veritatis. a filio mittitur a filio accipit. Sed omnia que habet pater filii sunt. Idcirco qui ab eo accepit dei spiritus est. ⁊ idem spiritus christi est. Res nature filii est sed ⁊ eadem res ⁊ nature patris est ⁊ dei excitantis christum a mortuis spiritus est. ⁊ idem spiritus christi est a mortuis excitati. In aliquo differt christi ⁊ dī natura. ne eadem sit si prestari potest. vt spiritus qui dei est: non sit etiam christi. Est ergo in nobis spiritus dei: ⁊ est in nobis spiritus christi: ⁊ cum spiritus christi inest: inest spiritus dei. Ita cum quod dei est ⁊ christi est: ⁊ quod christi est dei est: nō potest quid aliud diuersum christus esse q̄ deus est. Deus igitur christus est vnus cum deo spiritus. secundum illud. Ego ⁊ pater vnum sumus. In quo docet veritas vnitatem esse nature: non solitudinem vnionis. Ecce si hec verba diligenter attendas: inuenis spiritumsanctum rem nature dici patris ⁊ filij: ⁊ eundem dici esse naturam dei: vbi dicitur per naturam dei natura ipsa habitat in nobis. si per spiritumsanctum christus est in nobis. Itaq; in trinitate non ita distinguendum est inter naturam ⁊ rem nature: sicut in rebus creatis: quia vt ait Hylarius: comparatio terrenorum ad deum nulla est: ⁊ siqua comparationum exempla interdum afferuntur: nemo ea existimet absolute in se rationis perfectionem continere. Nō enim humano sensu de deo loquendum est.

Discutit p̄dicta vba ⁊ ñ ita esse diliguēduz in trinitate sic in creaturis.

Q̄ propter res creatas illud dixerit. non idē est natura ⁊ res nature.

Ad naturaz ergo rerum crea turarum respiciens. inquit. Non idem est natura quod res nature: subiiciens exempla de ipsis creaturis. Inde ostendens erroris esse sub mensura creaturarum metiri creatorez. addit ⁊ secundum hoc non idem est deus et quod dei est. ac si diceret. Si ad instar creaturarum de creatore sentis. cogeris fateri. ga non idem est deus. ⁊ quod dei est. quod dicere impium est. cuz spiritus dei deus sit. ⁊ dei filius sit deus.

Q̄ō non aliud est deus ⁊ que sua sunt: ita vt insint: alia enim sunt que insunt alia q̄ nō insūt.

Non ergo sc̄m corpora/ les modos: vt in eadem subdit serie: accipienda sunt hec que de deo dicūtur: vbi euacuās opinionem eorum qui ita putant aliud deum esse: ⁊ aliud quod dei est: aliudq; naturaz dei ⁊ rez nature: vt est in creaturis. Aperte docet non aliud esse deum ⁊ que sua sunt: ita vt ísint illi sic dicens. Homo aut aliquid ei simile cuz alicubi erit: alibi non erit. quia id quod est: illic continetur vbi fuerit in forma. vt non vbi q̄ sit qui insistens alicubi sit. Deus autem immense virtutis viuens potestas: que nusquam non assit nec desit vsquam: que se omnem per sua edocet. ⁊ sua nō aliud q̄ se eē significat: vt vbi sua ísint ipe eē p sua itelligat. Nō autem corporali modo cum alicubi sit: nō etí

am vbiqz esse credatur cum per sua in omnibus esse non desinat. Non autem aliud sunt: qz qd est ipse que sua sunt. Et hec propter naturę intelligentiam dicta sunt. His verbis aperte significatur si tamen intelligis heretice. quia diuina natura non aliud est ab his que sua sūt ita vt insint. ⁊ per illa in omnibus suis est que non insunt. Sua enim sunt etiam que non insunt. idest omnes creature. ⁊ sua sunt que insūt vt tres persone que sunt eiusdem nature ⁊ eadem natura. sicut supra Augustini testimonio firmauimus: dicentis tres personas esse eiusdem essentie vel eandem essentiam. sed nō ex eadem essentia ne aliud intelligatur essentia. aliud persona. Non tamen diffitemur aliquam distinctionem habendam fore secundum intelligentie rationem cum dicitur hypostasis. ⁊ cum dicitur essentia. quia ibi significatur quod est commune tribus. hic vero nō. Est tamen hipostasis essentia et econuerso.

Nō aliq̄ ēi rōe intelligentie distinctio cuz dr hypostasis et cū dr essentia. Aug. super ps.

Fateamur ergo vnum atque idem esse tres personas secundum essentiam. differentes autez proprietatibus. Unde Augustinus super locum pretaxatum psal. ait. Queris quid sit pater. respondetur deus. Queris quid sit filius. respondetur deus. Queris quid sit pater ⁊ filius respondetur deus. De singulis interrogatus deum responde. De vtroqz interrogatus non deos sed deum responde. Non sic in hominibus. Tanta enim est ibi substātie vnitas vt equalitatem admittat. Si ergo tibi dictum fuerit cum dicis filium esse quod pater ē profecto filius pater est. Respondes secundum substantiam tibi dixi hoc esse filium quod pater est. non secundum id quod ad aliud dicit̄. Ad se enim dicitur deus. ad patrem dicit̄ filius. Rursumqz pater ad se dicitur deus. ad filium dicitur pater. Quod pater ad filiuz dicitur non est filius. quod dicitur filius ad patrem non est pater. Quod dicitur pater ad se filius ad se. hoc est pater ⁊ filius. i. deus.

Utrum ita possit dici deus trium personarum. vel tres persone vnius dei. vt dicitur. vna essentia trium personarum. ⁊ tres persone vnius essentie.

Hic considerandum est. cum deus sit diuina essentia. et ita dicatur vn⁹ deus esse tres persone: sicut vna essentia dicitur tres persone. vtrum ita valeat sane dici. vnus deus trium personarum. vel tres persone vnius dei. sicut dicitur vna essentia triuz personarum. ⁊ tres persone vnius essentie.

Usum scriptur̄ i his sequēduz

In his locutionibus scripture vsus nobis emulandus videtur. vbi frequenter reperitur ita dictum. Una est essentia trium. ⁊ tres

sunt persone vnius essentie. nusquam autem occurrit legisse vnum deum trium personarum. vel tres persone vnius dei. Quod ideo puto sanctos doctores vitasse. ne ita forte acciperetur in diuinis personis. vt accipit̄: cum de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enim deus Abraam Isaac ⁊ Jacob. ⁊ deus omnis creature. Quod vtiqz dicitur propter principium creationis vel gratie priuilegium ⁊ creature subiectionem vel seruitutem. Cuz ergo in trinitate nihil sit creatum vel seruiens vel subiectum. non admisit fides in trinitate talem locutionis modum. Ita etiam econuerso non dicitur de dei essentia qz ipsa sit essentia Abraam Isaac ⁊ Jacob. vel alicuius creature ne creatoris vel creature naturam confundere videamur.

tradit.

Quare nō ꝓsueuerat scriptura dicere vnuz deū triū psonarū ⁊ econuerso. ⁊ cuz dicat vnāeētiā triuz psonarū

Quod licet potentia. sapientia. bouitas. de deo secūdum substantiam dicantur in scriptura. tamen solent hec nomina distincte ad personas interdum referri.

Ex predictis constat quod sicut essentia. ita potentia. sapientia. bonitas ō deo dicuntur secundum substantiaz. Que autem secundum substantiam de deo dicuntur. tribus personis pariter conueniunt. Una est ergo potentia. sapientia. bonitas patris et filii ⁊ spiritus sancti. et hi tres eadem potentia. eadem sapientia. eadem bonitas. Unde aperitur in trinitate summa esse perfectio. Si enī ibi deesset potentia vel sapientia: vel bonitas non esset summum bonum. Sed quia ibi est perfecta potentia. infinita sapientia. incomprehēsibilis bonitas. recte dr̄ ⁊ credit̄ sūmū bonū Cunque vnum ⁊ idem penitus sit in deo potentia. sapientia. bonitas. in sacra tamen scriptura frequenter solent hec nomina distincte ad personas referri. vt patri potentia. filio sapientia. spiritui sancto bonitas attribuatur. quod quare fiat non est ociosum inquirere.

Quare id fiat scilicet qz patri potentia. filio sapientia attribuatur.

Id ergo sacri eloquii prudentia facere curauit ne dei immensitatem similitudine creature metiretur. Dixerat enim scriptura sacra. Quia deus pater est. ⁊ qz deus filius est. ⁊ audiuit hoc homo. qui hominem patrem viderat deum patrem non viderat et cogitare cepit ita esse in creatore. vt viderat esse in creaturis a quibus hec nomina translata sunt ad creatorem. In quibus pater est prior filio filius est posterior patre. ⁊ ex antiquitate in patre defectus ex posteritate in filio imperfe-

ctio sensus solet notari. Ideo occurrit scriptu
ra dicēs patrem potentez: ne videatur prior fi
lio. ⁊ ideo minus potens. ⁊ filium sapientem.
ne videatur posterior patre: et iō min⁹ sapiēs.

Quare spūi sancto bonitas attribuatur.

Dictus est etiam spiritus sā
ctus deus. et dictus est habere spiritum deus
⁊ videbatur hoc quasi nomen inflationis et
tumoris Unde humana conscientia ad deuz
pro rigore ⁊ credulitate accedere metuit. Ido
scriptura temperauit sermonem suum spiri
tum bonum nominans ne crudelis putaret: qui mitis erat. non q̄ pater solus sit potēs vel magis potens. ⁊ filius solus sapiēs vel magis sapiens. ⁊ spiritus sanctus solus bon⁹ vel ma gis bonus. Una est ergo potentia. sapiētia. bo nitas trium sicut vna eēntia. Ideoq̄ sicut dici tur filius homousios. i. cōsubalis patri. ita et coomnipotens.

De hoc nomine homousion. vbi in auctoritatem receptū sit ⁊ quid significet.

Hic non est pretermittēduz
quod Augustinus in libro secūdo contra Maximinum dicit de hoc nomine homousion: quo latini tractatores frequenter vtunt. Pater inquit ⁊ filius vnius sunt eiusdemq̄ substantie. Hoc est illud homousion. quod in cō cilio niceno aduersus hereticos arrianos a catholicis patribus veritatis auctoritate firmatum est. Quod postea in concilio ariminensi propter nouitatem verbi minus q̄ potuit intellectam. quam tamen fides antiqua peperat multis paucorum fraude deceptis. hereti ca impietas sub heretico imperatore Constā tino labefactare tentauit. Sed post non lōguz tempus libertate fidei catholice prevalēte post q̄ vis verbi sicut debuit intellecta est: homo usion illud catholice fidei sanitate longe lateq̄z defensum est ⁊ diffusum. Quid enim est homousion nisi vnius eiusdemq̄z substantie. Quid est inquam homousion; nisi ego ⁊ pater vnum sumus. Nō ergo inter ppbanas vocum nouitates hoc vitandum est.

De nominibus que translatiue ⁊ per similitudinem de deo dicuntur.

Preterea sciendum est q̄ in
assignatione distinctionis nominū inter alia que supra diligenter executi sumus. quedam diximus translatiue ⁊ per similitudinem de deo dici. vt speculum: splendor. character. figura ⁊ huiusmodi. de quibus breuiter pio lectori breuiter trado quod sentio. vt. s. rōe simi

litudinis cōsiderata ex causis dicēdi dictorum intelligentiam assumat sed catholicam.

Nihil dignum excellentia ineffabilis trinitatis se tradidisse dicit ad alia transiturus.

De sacramento vnitatis at
que trinitatis summe ⁊ ineffabilis multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur. sed potius ex nobis mirificam eius scientiam nec potuisse nos ad illam peruenire.

Ista est distinctio tricesima
quarta huius p̄mi libri. In qua post̄q̄ egit de cōparatione pprietatū ad personas. agit de cōparatione p prietatū ad eēntiā. Et tria facit. Nam p̄mo agit de p sone ⁊ eēntie diuersitate. Secūdo tractat de essentie ad psonas cālitate. Tertio recapitulat de attributor̄ pgruitate. Primū facit a p̄ncipio dis. vsq̄ ibi. Hic p siderādū est. Scōm vsq̄ ibi. Ex predictis p̄stat. Ter tiū ab inde vsq̄ ad finē dist. Et trāt̄ de sīa in generali. In spāli sīa ma. stat in tri. ppo. quarū p̄ma est hec Nos catholici tenemur personas diuias asserere eē idem cum diuina eēntia ⁊ eas solū ratione differre. Hanc ppōnē pponit p̄mo; quomodo qdā heretici dixerūt eēntiā ⁊ personā nō eē idem. q; si eēt eadem essentia p; que fili⁹. ergo eadē res generat ⁊ generatur. Et istud p̄firmat auctoritate Hylarij dicē. q̄ res nāe ⁊ nā nō sunt idē. sed persona diuina ē res diuine nature. eēntia aūt dicit ipsa nā. q̄ differūt. Rndeo q̄ vbiz Hylarij in creaturis intelligendū est non in diuinis. vbi nā ⁊ res nāe sunt idē. qō p; auctoritate Hylarij di. q̄ de⁹ nō est aliud ab his que insūt. i. attributis ⁊ p sonis. Postea magr̄ rndet ad rōnē di. q̄ p̄m rōnē differunt eēntia ⁊ hypostasis. ⁊ dicit q̄ generās ⁊ generatum cōueniūt in sba. non tn̄ cōueniūt in personalitate. Secūda ppō est hec. Quāuis tres psonas vnius eē eēntie debeam⁹ dicere. non tn̄ vnum deū trīū personarū vsitata locutione debemus asserere. Hāc ppositionē magr̄ pbās querit. Ex quo de⁹ sit diuina eēntia. vtrū ita dicat vn⁹ de⁹ tres persone. ⁊ vtrum ita valeat sane dici vnus deus trīū personarum. vl tres persone vnius dei. sicut dr̄ vna eēntia trīū personarū ⁊ tres persone vnius eēntie. Et rndet q̄ non. q; sic deus significaret in aliqua habitudine p̄ncipij respectu personarū. Nec est simile de eēntia. q; aliud est modus significādi noie dei. ⁊ alius nomie eēntie. Cuius rō est q; ly deus significat in rōne p̄ncipij effectui. eēntia vo nō. Tertia ppositio est hec. Attribuamus p̄ri potētiā. filio sapiam. ⁊ spūi scō bonitatē non obstante q̄ omnibus eque essentialiter sine distinctione sil cōueniūt. Hanc magister pbans dicit q̄ attribuamus patri potentiā: eo q̄ in creaturis p̄ribus ie s se p̄suevit debilitas. Sciam filio. eo q̄ in creaturis filij solent esse ignari. Et bonitatē spūi scō. eo q̄ in creaturis spūs tumorē ⁊ inflationē importat. Postea dicit q̄ hoc nomen homousion ab antiqs p̄mo fuit concessum. tn̄ ppter malū vsum hereticor̄ fuit dānatus ⁊ phibitū. sed finaliter ppter veritatē rei iterato fuit receptum. Demuz dicit de nominibus translatiue. ⁊ non vult aliud dicere nisi q̄ assignāda est rō p̄m quaz transferuntur. Et trāt̄ de sententia huius distinctiōis in speciali.

De qbusda q̄stionibus subālibus de deo dr̄ q̄ spā lē efflagitāt tractatū. s. ō scia. ⁊ p̄scia. ⁊ puidētia. ⁊

dispositione.ꝑdestinatiõe.volũtate.ꝛ potẽtia

Di.35. **Ange supra dixe**
ruerimus ac plura dixerimus de his cõmuniter que secũdũ substãtiam de deo dicunt̃.eorum tamen quedam specialẽ efflagitant tractatum de quibus ammodo tractandum est.i.ō scientia.prescientia.prouidentia.dispositione predestinatione.voluntate ꝛ potentia. Sciendum ergo est ꝙ sapientia vel scientia dei cũ sit vna ꝛ simplex.tamen propter varios rerũ status ꝛ diuersos effectus plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tñ sciẽtia sed etiam prescientia vel prouidentia.dispositio.predestinatio ꝛ prouidentia.Et est prescientiꝙ siue prouidẽtia non de futuris tãtum.sꝫ de omnibus de bonis.ſ.ꝛ de malis.Dispositio vero de faciendis. Predestinatio de omnibus saluandis ꝛ de oĩbus bonis quibus et hic liberantur ꝛ in futuro coronabũtur. Predestinauit enim deus ab eterno homines ad bona eligendo ꝛ predestinauit eis bona ꝑparando.Quod hominꝫ predestinauit apostolus ostendit dicens. Predestinauit quos prescisciuit fieri conformes imaginis filii sui.ꝛ alibi Elegit nos ante mundi constitutionem: vt essemus sancti ꝛ immaculati.Quod autem bona eis preparauerit ꝑpheta Esaias ostẽdit dicens.Oculus non vidit deus abs te que preparasti diligentibus vel expectantibus te.Ergo ab eterno predestinauit quosdam futuros bonos ꝛ beatos.i.elegit vt essent boni ꝛ beati. ꝛ bona eis predestinauit.i.preparauit. Prouidentia autem est gubernandorum: que vtiqꝫ eodem modo videtur accipi quo dispositõ Interdũ tamen ꝓuidentia accipitur ꝑ prescitia.Sapientia vero vel scientia que de omnibus est.ſ.bonis ꝛ malis.ꝛ de ꝑsentibus ꝓteritis ꝛ futuris.ꝛ non tãtum de temporalibꝰ sed etiam de eternis.Non enim ita scit deus ista temporalia vt seipsum nesciat sed ipe solus se ipm perfecte nouit.cuius scientie cõparatione omnis creatura sciẽtia imperfecta est.

Sõ sapientia ꝓ cum sit vna.tñ ꝓpr varios statꝰ rerũ ꝓla sortitur vocabula.

De qbꝰ sit ꝑscia vel ꝓuidẽtia.

De qbꝰ dispõ.

De qbꝰ ꝑdestinatio.

Sõr homines ꝑdestinãtur ad bona et bõa hoĩbus.

De qbꝰ ꝓuidẽa.

De sapientia vt scia ꝛ de gbus.

Utrum scientia vel prescientia vel dispositio.vel predestinatio potuerit esse in deo si nulla fuissent futura.

Hic considerari oportet vtrum scia vel prescientia vel dispositio vel ꝑdestinatio potuerit esse in deo si nulla fuissẽt futura.Cum enim prescisciẽtia sit futurorum ꝛ dispositio faciendorum.ꝛ predestinatio saluãdorum.si nulla essent futura.si nihil esset factꝰ deus vel aliquos saluaturus.non videt̃ potuisse in deo eẽ prescientia vel dispositio vel ꝑdestinatio. Potuit autẽ deus nulla prescire futura.potuit non creare aliquid:vel non saluare aliquos. Potuit ergo in deo non eẽ prescisciẽtia vel dispõ vel predestinatio. Ad hoc autem ita a quibusdam opponitur. Si inquiũt potuit prescientia dei nõ esse in deo ab eterno ꝛ potuit non esse cum prescientia dei sit eiꝰ scientia.ꝛ scientia sit eius eẽntia. Potuit ergo nõ eẽ ab eterno id quod est diuina eẽntia. Ita ꝛ de dispositione ꝛ predestinatione que est diuina eẽntia obiciunt.Addũt quoqꝫ ꝛ alia ita loquẽtes.Si potuit ꝛ eus nõ prescire aliqua: cum idẽꝫ sit deo prescire quod scire.ꝛ scire qd̃ eẽ.potuit ergo non eẽ. Item. Cum idẽ sit deum prescium eẽ ꝛ deum eẽ.si non potuit esse prescius potuit non esse deus. Potuit autẽꝫ nõ esse prescius si potuit nulla prescire. At potuit nulla prescire qꝛ potuit nulla facere.

Oppõ.

Responsio qd̃ prescisciẽtia ꝛ dispositio ꝛ predestinatio quasi relatiue dicuntur ad futuras res vel faciendas.

Ad hoc iuxta modulum no stre intelligentie ita dicimus. Prescientia et dispositio vel predestinatio ad aliqd dici videntur.Sicut enim creator ad creaturam relatiue dicitur.ita prescientia vel prescius ad futura referri videtur ꝛ dispositio ad facienda.ac predestinatio ad saluanda.Verũtamen creator ita relatiue dicitur vt essentiam non significet. Prescientia vero vel prescius ꝛ in respectu futurorum dicitur ꝛ essentiam designat. Ita etiam dispositio ꝛ predestinatio. Ideoqꝫ cum dicit̃.Si nulla eẽnt futura non eẽt i deo prescientia vel non esset deus prescius.Quia varia est ibi causa dicendi distingui opꝫ rationem dicti.Cum ergo dicis.Si nulla eẽnt futura non eẽt in deo prescientia vel non eẽt prescius.Si in dicendo hanc causam attendis.ſ. qꝛ nulla essent subiecta eius prescientie: vnde ipsa possit dici prescisciẽtia vel ipse prescius.qd̃ vtrunqꝫ dicitur propter futura verus est intellectus.Si autem ratione id dicis quod nõ fit in eo sciẽtia qua prescit futura vel quod ipse non sit deus qui est futurorum prescius falsa est intelligentia.Similiter ꝛ ille locutiones d̃ terminande sunt. Potuit non esse prescientia dei vel potuit non esse prescius.ꝛ potuit deus non prescire aliqua.ideſt potuit esse qd̃ nulla futura subiecta essent eius scientie.ꝛ ita non posset dici prescius vel prescire.vel scientia eius prescientia.non tamen eo minus ipse esset vel eius scientia.Sed nõ posset dici prescius vel prescire vel prescientia si eius sciẽtie futura nulla forent subiecta.Similiter de dispositione ꝛ predestinatiõe vel prouidentia. Hec enim vt dictum est ad temporalia referuntur ꝛ de temporalibus tantum sunt.

Quod scientia dei non tantum est de temporalibus sed etiam de eternis,

Sciẽtia vero uel sapientia nõ tãt ũ de tpalibus sed ẽt de eternis ẽ. Jdeoqz ꝛ si nulla fuissent futura eẽt tñ in deo scia eadem que modo est nec minor eẽt quã modo, nec maior est quã eẽt. Sciuit ergo de⁹ ab eterno eternũ. ꝛ oẽ qđ futurũ erat ꝛ sciuit ĩmutabiliter. Scit quoqz nõ min⁹ ẽterita ꝛ futura q̃z ẽntia ꝛ sua eterna sapientia ꝛ imutabili scit ipe omnia que sciũtur. Dis enĩ rõ supne ꝛ eterne sapiev t ait Ambr. in eo ẽ: qꝛ oẽm sapiam ꝛ scientiam capit sua imensa sapientia.

Quare omnia dicantur esse in deo ꝛ quod factum est habet vitam esse in eo,

Propterea omnia dicũtur esse in deo ꝛ fuisse ab eterno. Añ Aug. super Geñ. Hec visibilia inquit antequã fierẽt nõ erant quomodo ergo nota deo erant que non erant. Et rursus. Quomodo ea faceret que sibi nota non erant non enĩ quicquã fecit ignorãs. Nota ergo fecit ñ facta cognouit. Proinde antequã fierent ꝛ erant ꝛ non erãt. Erãt in dei scientia non erant in sua natura. Ipsi autem deo non audeo dicere alio modo innotuisse cũ ea feciss̃et. quã illo quo ea nouerat vt faceret. Apud quem non est trãsmutatio. nec vicissitudinis obũbratio. Ecce hic habes qꝫ hec visibilia antequã fierẽt di sciẽtia erãt. Et hoc ergo sensu omnia dicunt̃ esse in deo, ꝛ oẽ qđ factũ est dicit̃ vita eẽ in ipso; non ideo qꝫ creatura sit creator. vel qꝛ ista tempora alia eẽntialiter sunt in deo. sed qꝛ in eius scientia semp̃ sũt que vita est.

Aug. super Geñ.

Quod eadem ratione dicunt̃ oĩa ei pñtia.

Jnde est etiam qꝫ omnia dicunt̃ ei pñtia eẽ. nõ solũ ea que sunt. sed etiã ea que preterierũt ꝛ ea que futura sunt secũdũ illud. Qui vocat ea que nõ sũt tanquã ea q̃ sũt

omnino nullum sit meritum predestinationis vel reprobationis. ⁊ videtur inniti auctoritati apostoli predicte ⁊ dicto Aug. de predestinatione sanctorum non inquit. quia nos futuros esse tales scivit nos elegit. sed vt essemus tales per illam electionem. Et magister adducit auctoritatem Augusti. contra se. dz. q. q. 68. dicentis. Cui vult inquit misereatur ⁊ quem vult indurat. sed hec volūtas dei iniusta esse non potest. venit enim de occultissimis meritis: qz ⁊ si ipsi peccatores propter generale peccatum vnam massam fecerint. non tamen inter eos nulla est diuersitas. precedit enim aliquid in peccatoribus quo quā uis nondum sunt iustificati: digni tamē efficiūtur iustificatione. ⁊ iterum precedit in alijs peccatoribus: quo digni sunt obstinatione. Respondet magister q̃ ista auctoritatem videtur retractasse in simili retractando illud quod dicit super epistolam ad Ro. ⁊ hoc confirmat p hoc q̃ quedam que subdiderat in eadem questione retractat. sicut apparet primo retractationum. 25. ⁊ ita videnf consonare cum ista sententia ex quo videtur etiam q̃ illā sententiam retractauerit. Sed contra responsionem magistri de retractatione auctoritatis ad Ro. obuiat quidem doctor per hoc q̃ Augusti. librum illum super epistolam ad Roma. edidit quando fuit presbyter. illum autem de 83. questionum non compilauit. anteqũ esset episcopus. non igitur videtur q̃ retractando aliqua de primo libro retractat aliqua de secundo qz retractando dictum prius quando minus sciebat non est retractare dictum posterius quando magis sciebat. Sed illud argumentum nō cogit qz Iz prius scripsit istum librum q̃ alium: simul tamen fecit librum retractationum. ⁊ tunc habuit illos ambos libros editos. ⁊ potuit sententiam dictam in vno libro retractare in alijs siue prius editis siue posterius apparet enim q̃ omnes libros de quibus fecerat mentionē ediderat antequā edidit illum librum retractationum. et tamen si in ꝑmo ca. primi retractationum retractasset aliquam sententiam quam diuisset in aliquo alio libro prius quidem edito ⁊ retractato non operiret: q̃ iterum replicaret retractationem illius sententie in aliquo capitulo assignato alii libro posterius edito. vnde dicit libro ꝑmo. c. 3. retractationum retractans illam sententiam de⁹ quē sensus ignorat addendum inquit erat vt diceret mortalis corporis sensus. Et subdit nec assidue repetendum ē q̃ō etiā supius iam dixi. sed hoc recolēdū vbicūq3 sinia ista in meis libris inuenitur. ergo sinia dicta in libro prius retractato ⁊ ꝑus edito magis retractat eandem sententiam vt dictam in libris posterius editis q̃ econuerso. Sz aliter posset argui contra expositionem magistri q̃ nō inuenitur vbi Aug. illa verba retractet. q̃ sicut ipsemet cōfiteur ⁊ verum est post illa verba que adducit sequuntur alia verba que recractāt de illa questione. 68. primo retractationum. di. 8. 3. q. 4. c. 25. ⁊ ista verba non retractat. videtur autem q̃ si intelligeret ea esse retractanda non sineret a verbis sequentibus ista omittēdo illa.

Aliter dicitur ⁊ q̃quid de⁹ operat circa creaturas solo beneplacito suo

Hdē. q° 8. q. v. ꝑ magm

s. Tho. i. pte sū. q. 24. ar. 5

voluntatis operatur vt super hoc non sit aliqua alia ratō vel causa ponenda. Quod confirmant per illud qō dicitur Ro. 9. de Jacob ⁊ Esau cum nondum nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali vt ſm electionem p3o/positum dei maneret non ex operibus. glosa sicut non p3o meritis p3ecedentibus ita nec p3o futuris. quia bona vel mala non erant futura nisi apposita gr̄a vel subtracta

Qō etiā aplūs declarat subdēs aut nō hz pt̄atez figulus ex eadē massa ⁊c. vnde sicut sola volūtas figuli ēratio quare de hac parte masse facit vas honorabile. ⁊ de illa vas cōtumelie nulla discrepantia exīte in tota massa. quēadmodū est in p̄ma materia quam tamen causa agens vestit in vna pte forma nobiliori in alia vo minus nobili. sit sola volūtas bn̄placiti dei est ratio: quare de eadem massa equaliter viciata in p̄mo parente istum eligit ad gl̄iam. illum vero dimittit in damnationē. vel etiam si non fuisset massa vitiata ⁊ oēs essent equales non nisi gratuite vnum eligeret. alterum vero dimitteret vtrobiqz faciēdo gr̄am illi quez eligeret. sed maiorem illi quem eligeret ex massa viciata ⁊ illi iustitiā quē ex massa damnata non eligeret. nō aūt in iustitiam illi quem ſm statum innocentie existētem non eligeret. Ulterius dicit ista positio q̄ conuenit assignare rōnem eius extrinsecam quare de⁹ de tota massa perdita voluit quosdam homines misericorditer liberare ⁊ quosdam non nullam autem quare potius hunc qz illum. Ratio p3ima ponitur vt. scilicet bonitas eius vna ⁊ simplex existēs in se manifestaretur multiplr in rebus diuersis simul eo q̄ in nulla vna natura tota bonitas manifestari potest q3 diuinam perfectionem nō attingit vlla. ⁊ quemadmodum ad perfectionez vniuersi requiruntur diuersi gradus rerum in naturalibus ⁊ etiam in materialib⁹ ex eadem materia cētialiter se habente ad omnes. sic etiam ꝓpter eandem bonitatem ⁊ perfectionez manifestandam requiruntur diuersi gradus in moralib⁹ q3 in hoc bonitas sua manifestatur quo ad aliquem gradum supernaturalem. reprobos enim iuste puniēdo manifestat bonitas iustitie illius. sicut in glorificatis manifestatur bonitas misericordie eius. sic enim deus permittit ista mala fieri ne bona impediantur sed vt eueniat. ⁊ hꝫ tam in moralibus vt in ꝓposito qz in naturalibus vt i ceco nato. Jo. 9. in quo xp̄s solam rōnem ostēdit esse vt gloria dei manifestaret in illo. sed hoc non est ex defectu visus in ceco. sed ex eius illuminatione miraculosa a deo facta. Et videtur hanc rationem assignare apostolus Ro. 9. dicens. Volens deus ostendere iram iustitie ⁊c. Cui concordat exemplum de figulo de eodem luto faciēte vas vnum in honorem. aliud in contumeliam. de quo. 2. Thimoꝯ. 2. dicit apostolus. In magna autem domo non solū vasa aurea sunt ⁊ argentea: sed etiam fictilia. Unde dicitur q̄ sicut in naturalibus cū p̄ma materia tota sit vniformis quare vna pars est sub forma ignis alia ē sub forma terre. alia sub forma hominis ⁊c. bene potest assignari ratio intrinseca. s. perfectio vniuersi. ⁊ extrinsecas. manifestatio potētie ⁊ sapientie ⁊ bonitatis dei. Sed quare hec pars materie est sub hac forma ⁊ hec sub illa ⁊ non econuerso. nulla ratio potest assignari nisi sola volūtas artificis sic determinātis. sicut in omnibus operibus humanis vt hic lapis figuret sic vt situet in altari alter ita vt i cloaca ſm q̄ philosophus. 2. phy. dicit aliquos lapides esse bene fortunatos ⁊ aliquos non. hoc a mere electione artificis dependet. sic dicūt in proposito in particulari nulla est ratio q̄re hunc preelegit ⁊ illū nō. Qd confirmat̄ per Aug. super illud Jo. Nemo venit ad me nisi p̄ me⁹. ⁊c. vbi dicit quare būc trahat ⁊ illū non trahat noli velle diiudicare si non vis errare. ⁊ dicūt q̄ ex hoc q̄ deus sic̄ equalia ex equalibus facit non est iniquitas. q3 in bis que fiunt ex gratia sine debito pōt absqz omni iniqtate de⁹ dare. put vult. inf̄ illud Mat. 20. Tolle qō tuum est ⁊ vade an non lz mihi qō volo facere. tūc aūt esset iniqtas si cēt datum ex debito.

Contra ístam positionez ar guit quidam contra illam rationem que assignat in cōmuni. nam nullus defectus culpe siue pene est de perfectiōe per se vniuersi. igitur nec per se requiritur ad manifestatō nem diuine bonitatis. Et per hoc patet q̄ non est simile ō differentijs rerum in esse naturali ⁊ morali q3 oēs speciei rerum distincte in esse naturali sunt de per se perfectione vniuersi. non sic autem de differentijs in esse morali inter bonum ⁊ malum. vel inter beatum ⁊ miserum. Jterz arguit q̄ si esset necessarium ad manifestationem diuine iustitie damnatio' aliquorum ad hoc videret sufficere dānatio demonum. non enim videntur homines ⁊ demones in culpa ⁊ pena differre specie in esse morali. pluralitas autem individuorum non est de perfectione vniuersi. Aut si dicas, q̄ alio modo manifestatur diuina iustitia in illis: etin istis iuste punitis. Cōtra ista manifestaret diuina misericordia pluribus modis si deus glorificasset aliquos homines innocentes sicut glorificauit angelos innocētes vel aliquos angelos vel homines sine omni merito in se ipsis vel in alio quod non fecit. cum magis tamen videretur de perfectione diuine bonitatis plurib⁹ modis manifestari misericordiam dei qz dei iustitiam. Preterea arguit iste q̄ non videt q̄ ex intentione deus fieri peccata permittat vt ea postmodū puniat. quia non videtur q̄ p intētionem cuiuscqz plus sint permittenda mala fieri: qz non facienda q3 nullum malum culpe vel pene potest cē per se intantum inquantum malum. Et si dicat̄ q̄ voluntas in permittendo nullo modo fertur super malū: sz solummodo super permissionem vt intendat malum permittere esse vel fieri non ratione totius sed partis. Arguit iste q̄ saltem non est manifestū qualiter ex intentione de⁹ velit vnum ⁊ non alterum. vnde non videtur q̄ eius intentione deus malum permittat sed solum vt bonuz eueniat. hoc patet in ceco nato quem deus permisit nasci cecū non vt glorificaret in cecitate eius sed in mirabili illuminatione eius. hoc etiam patet in naturalibus. deus enim non intendit defectum. sed si cause secūde sint impotētes permittit defectum esse talem qualem possunt p3oducere in omnibus etiam videmus q̄ qui permittit aliquē peccare si posset eum p3ohibere vel impedire peccat. igit hoc non est ponendum in deo. Preterea contra secundum membrum. s. q̄ nulla sit ratio in speciali quare illum eligit ⁊ illum non. arguit q̄ illud exemplum non est simile. in materia enim vt nuda est non potest esse differētia ꝓpter quam sic disposita ad talem ⁊ talem formam sicut nec in massa respectu diuersorum vasorum. sed in hominib⁹ videtur posse inuenire alia dispositiō in vno ⁊ in altero ꝓpter quam huic congruant predestinari ⁊ illi non. sicut i materia non vt nuda est dispositio ꝓpinqua vt fiat sō alia forma sicut patet de vino ⁊ aceto: non autem esset perfectissime disposita ad illam posteriorem si non esset sub p̄o re. Et q̄ illi adducunt p3o se apostolum: dicit iste ſm glosam ibidem q̄ apostolus hoc dicit non p3opter inopiam reddende rationis sed vt rep3imat temeritatem impacialiū. nec ē silc i exēplo aplī de massa ⁊ figulo nisi ex pte finis nō autē ex pte subiecti. quia hic in electione potest esse differentia in subiecto. ibi autem non. ⁊ quo ad hoc est congruentius exemplum apostoli quod ponit secunda. ad Thimo. 2° de vasis argenteis ⁊ aureis q3 ibi est differentia in subo ſm quaz vasa fictilia fiūt in maiorem contumeliā. lignea in minorē aurea in honorē maiorē ⁊ argētea in honorem minorem.

Iste igitur improbans istam positionem dicit aliter ⁊ hoc sic. Actus diuinus potest considerari dupliciter. vel vt est a deo agēte vel vt recipitur in aliquod passum siue vt terminatur ad aliquod obiectum. p3imo modo nulla est ratio actionis diuine neque vt finis nisi vt bonitas sua manifestetur. neque vt efficiens nisi voluntas sua

IIDē. q° 5. q. 5.

IIDē. vbi supra.

secũdo modo tñ est assignare aliquã rõnem per quã. s. illd ens circa quod est actio vt ens ad finẽ. cõgruit fini ⁊ qd aliqua talis ratio sit ex parte entis ad finẽ ondit tripliciter. ꝓmo qz in rebus omnino equalibus electio nominari nõ põt. igit si deus istũ eligit aliqua est differentia electi a nõ electo. Scõo qz in omnibus operibus misericordie diuie videt cõcurrere iustitia. ergo aliqua est cõgruentia ex parte illius circa qd operatur misericorditer. Et tertio qa ꝓsimiliter videtur non esse vel esse meritum electionis vl reꝓbationis. ⁊ ita lz malicia ex parte reꝓbati nõ sit cã damnandi a parte dei. qz tunc deus esset passiuus ⁊ temporale esset causa eterni. tamen bene concedit ex parte dãnandi maliciam eẽ rationem motiuam ꝓpter quã recipiat in ipso aliqua actio ⁊ sit circa ipm. ergo a simili videtur ex alia parte qd absq; impfectione dei in agẽdo possit põi aliqua ratio ex parte predestinati quasi in ipso vel circa ipm eẽt talis actio. Et iste innitit in ista conclusione auctoritati Aug. ꝑallegate. 8z. questionum que non videtur retractata. ⁊ hic potest introduci expositio magistri superi posita.

Dẽ. qº 4. q. 19 ⁊ ẽt vbi supra.

Ulterius in speciali dicit que sit ista ratio qz bonꝰ vsus liberi arbitrij preuisus ex parte electi ⁊ malus vsus liberi arbitrij preuisus ex parte reꝓbati. hoc declarat sic. lz gratia ꝓncipaliter operet in actibus bonis. tamen liberum arbitrium cooperatur. qõ ꝓbat per Augu. sup illud psalmi. adiuua nos deus salutaris noster. vbi enim dicit Aug. cum ait adiuua nos. nec ingratus est gre nec extollit liberũ arbitrium. qui enim adiuuat etiam per seipsum aliqd operatur. quando igitur offert gra viatori si recipiat grãm oblatã ⁊ ei fm vsum liberi arbitrij bene cooperetur meretur habere grãm fm gradũ vlteriorem. sicut erẽplificat in multis gradibus intermedijs a statu peccati mortalis vsq; ad statũ glorie quos non oportet modo enumerare oẽs. ⁊ ita videt qꝺ totus bonus vsus liberi arbitrij ꝓ omnibus statibus preuisis possit eẽ ratio electionis eterne ipsius boni vsuri. ⁊ ita ex alia parte de malo vsu ⁊ reꝓbatione. Et si obijciat contra istud qꝺ bonus vsus liberi arbitrii est per grãm. ergo pertinet ad effectum predestinationis. ⁊ ita non est ratio eligendi. Respondent qꝺ bonus vsus quodãmodo non includit sub ꝑdestinatiõe nec sub eius effectu lz non sit sine eius effectu. nec sit distinctum quod est predestinationis ab eo quod est liberi arbitrii. Sic igitur fm ipsum ⁊ in cõmuni circa totum genus humanum potest assignari bonus vsus ⁊ malus vsus. ⁊ de quocũq; homine põt assignari ratio ex parte ipsius nõ ꝓpter quam sed sine qua non. Tamen in speciali circa determinatum hoiem non est hominis illam rationẽ inuestigare cuius non desit ⁊ vix possit sciri tamen in speciali secũdum cum magna inopia reddende rationis. nam apls laborauit cum dixit ad Ro. ii. O altitudo diuitiarum qz in hoc cõsistit iudicii dei abyssus multa.

Sed contra istud arguitur.

ꝓmo qz deus non ꝓuidet istũ bene vsurum libero arbitrio nisi qz vult vel preordinat istum bene vsurum eo. qz sic dictum est di. 39. Certa preuisio futurorꝫ cõtingentium est ex determinatione volũtatis diuine. si ergo offerantur voluntati diuine duo equales in naturalibus. quero ẽre istum preordinat bene vsurum libero arbitrio ⁊ illum nõ est huius vt videtur assignare rationẽ nisi voluntatem diuinam. ⁊ hec est ꝓma distinctio inter eos quã per te legẽ electio vel reꝓbatio. ergo in ꝓma distinctione pertinẽte ad ꝑdestinationẽ ⁊ reꝓbationem sola ratio est diuina voluntas. Preterea ista ratio quam ponit non videt cõmunis omnibus predestinatis ⁊ reꝓbatis. ꝓmo qdem qz non paruulis in qbus non preuidet deus vsum bonum vel malum liberi arbitrii. Et si dicas qꝺ ⁊ si non preuideat vsum talem tamen preuidet istum bene fuisse vsurum si superuixisset illum fuisse male vsurum si superuixisset. ⁊ ideo istum perducit ad baptismum ⁊ illum non ⁊ iste saluatur ⁊ ille damnatur. Sed hoc ipse ita ꝓbat qz ꝓpter bonum vsum ꝓuisum alicuius si supuixisset non acceptat vel dãnat. tunc enim adultus fm cos mori ens in gra non premiaretur fm merita que iam habet. sz fm illa que preuideret habiturus si superuixisset. Similiter si loquamur de angelis predestinatis ⁊ non predestinatis quem vsum liberi arbitrii preuidet deus in isto si offerat gratia quem non preuidet in illo ꝓpter quẽ ꝑdestinat istum ⁊ illum reꝓbat.

Potest aliter dici qꝺ prede

stinationis nulla est ratio ctiã ex parte predestinati aliquo modo ꝓ ista predestinatione. reꝓbationis tamẽ ẽ aliqua causa non qdem ꝓpter quam deꝰ effectiue reꝓbat i quantum est actio a deo. sicut argutũ est in premissa opi. qz tunc deus esset passiuus. sed ꝓpter quã ista actio sic terminet ad istud obm ⁊ non ad aliud. Primum ꝓbatur qz volẽs ordinate finem ⁊ ea que sũt ad finẽ ꝑus vult finẽ qz aliquod entium ad finẽ ⁊ ꝓpter talem finem alia vult. ergo cum in toto processu quo creatura beatificabilis perducitur ad perfectum finem cum finis vltimus sit beatitudo perfecta deus volẽs hunc aliquid istius ordinis ꝓmo vult huic creature beatificabili finem. ⁊ quasi posterius vult sibi alia que sunt in ordine illoꝝ que ptinẽt ad illum finem. s. gratia. fides. merita. ⁊ bonus vsus liberi arbitrii. omnia ista ad istũ finem sunt ordinata lz quedam remotius ⁊ quedam ꝓpinquius. ergo ꝓmo isti vult deus beatitudinem qz aliqꝺ istorum ⁊ prius vult ei quodcũq; istorum qz preuideat ipm habiturum quodcũq; istorum. igitur ꝓpter nullum istorum ꝓuisum vult ei beatitudinem. Secũdum ꝓbat: qz damnatio non videtur bona nisi qz iusta. Nam sz augu. super Ben. ii. Non ꝑus est deus vltor qz aliqs sit peccator. videtur enim esse crudelitatis punire aliquẽ nõ preexistẽtem in eo culpa. igit a simili non vult deus ꝑus aliquem punire qz videat aliquem esse peccatorem. nõ igitur ꝓmus actus voluntatis diuine circa iudam ẽ velle damnare iudam ꝓut iudas offertur in puris naturalibus qz tunc videret velle damnare sine culpa. sed videt qꝺ oportet iudam offerri volũtati diuine sub ratione peccatoris anteq; velit ipsum damnare. ergo cum reꝓbare sit velle damnare reꝓbatio habet ex parte obiecti rõnẽ aliquam. s. peccatum finale preuisum. Hoc confirmat auctoritate Augu. in libro de ꝑdestinatione sanctorum. ⁊ ponitur in littera.

Contra istud Petrus et iu

das eccles in nãlibꝰ voliti a deo in eẽ exĩtie in illo instanti in quo offerunt volũtati diuine in exĩtia nãli ⁊ equales deus pte ꝓmo vult Petro beatitudinẽ. qro tũc qd vult iude. si dãnationez habet ꝓpositũ qz tũc reꝓbat sine omni rõne si beatitudinẽ ergo ꝑdestinat iudam. Dici põt qꝺ in isto ꝓmo instãti nihil vult iude sed tm̃ ẽ ibi negatio volitionis glie. ⁊ simil quasi in secũdo instãti nature quando vult petro grãm adhuc nullus actus positiuꝰ voluntatis diuine est circa iudam sed tm̃ negatiuus. In tertio instãti quãdo vult permittere petrum esse de massa perditionis siue dignum perditione. ⁊ hoc siue ꝓpter petri originale siue actuale tunc vult pmittere iudam sili modo esse filium perditionis ⁊ hic est ꝓmus actus positiuus vniformis quidẽ circa petrum ⁊ iudam. sed ex isto actu ẽ istud verum iudas erit finaliter peccator positis illis negationibus. s. qꝺ nõ vult sibi dare grãm nec gloriam. In quarto instanti offertur Judas ⁊ peccator finaliter volũtati diuine. ⁊ tunc ipse vult iuste punire et reꝓbare iudã. Nec mirũ qꝺ nõ ponit filis processus ꝑdestinationis ⁊ reꝓbationis qz bona oĩa attribuunt principalr deo: mala autẽ nobis. ⁊ ita deũ ꝑdestinare sine rõne ꝙgruit bonitati sue. sed ipm velle dãnare nõ videt sibi immediate posse attribuire spectu obi vt cogniti in suis puris nãlibus. sed tm̃ respectu obiecti vt cogniti in peccato mortali finali

¶Pōt ꝓfirmari ista rōsio per sile. ponamus duos ex pte sui eque gratiosos mihi quoꝝ alterū diligo. alterū non. et istum quem diligo ꝓeo:dino ad aliquod bonū per qō posſit mihi placere. illum autem quem non diligo non ꝓeo:dino ad tale bonum si ita esset qꝫ in potestate mea esset permittere eos posse offendere: ꝛ ex quo illum perducere non volo ad illud per quod posset mihi placere ꝑcirem offensam eius perpetuam. ꝛ ita me iuste punire eum. ꝑcire autem offensam alterius remittēdam siue cōmutandaz ad qō vellem. Sed adhuc cōtra istud instat. qz deus certitudinaliter ꝓeuidet iudam esse malū ſm istam viā. naz sola permissio alicuius actus ꝛ certitudo de permissione nō facit certitudinem de illo actu: qz oporteret habere aliquam cām effectiuam. igit ex hoc solo qꝫ deus ꝓescit se vle iudā permittere peccare non erit cert⁹ de iuda peccaturo. vel iudā peccaturū. Vel loquamur de angelo bono ꝛ malo qui non erāt in peccato o:iginali. ex hoc inquā solo non videt qꝫ sciat luciferum esse peccaturū. ꝛ ex hoc solo vt videtur non offertur sibi lucifer vt peccato:. ¶Preterea qd est istud velle permittere luciferū peccare. si h̄ est aliqs actus positiuus volūtatis respectu peccati. igitur videt qꝫ vult eū peccare si nō ē act⁹ positiu⁹ respectu act⁹ peti. ſz respectu act⁹ pmissiōis tē erit act⁹ reflex⁹ ꝛ tūc erit ḡrē deista pmissione quis actus sit si actus positiuus volūtatis. ergo videtur adhuc qꝫ deus habeat actum positiuū respectu peccati qō permittit. ¶Primū istoꝝ soluit per hoc qꝫ deus ꝑscit se coopaturū lucifero ad subam illius actus q erit peccatum. hoc aūt ꝓescit qz vult cooperari illi si est peccatum cōmissionis. vel ꝓescit se nō coopaturum ad actum aliquē si nō vult ipm. ꝛ hoc si iste actus ꝑmus esset peccatum omissionis. ꝛ sciendo se coopaturum ad talem subam actus cum non circūstantijs debitis vel non coopaturuz ei ad actum necessarium. ꝛ per ꝯsequēs quem omittet: scit illum peccaturū. ita qꝫ scit hunc peccaturū nō solum qꝫ scit se pmissurum: sed etiā qz scit se coopaturū huic ad subam actus non circūstantionati. ꝛ per ꝯns iste cōmittet. vl nō coopaturum ei ad actū necessariū. ꝛ per cōsequēs iste omittet. Secūdū dubiū difficultatē querit tangētē diuinā volūtatē de qua nō modo sed alis. De istis opinionib⁹ oībus: qz apls videt disputās de ista materia ad Ro. i fine quasi totum inꝑscrutabile relinquere. O altitudo ingens diuitiarū sapiē ꝛ scie dei. Et quis nouit sensum dñi: aut qs ꝯsiliarius eius fuit. ideo ne scrutādo de ꝓfundo ſz dictum magri eaſ in ꝓfundum eligaſ que magis placet dum tamē saluet libertas diuina sine aliqua iniustitia et alia que saluanda sunt circa deum vt liberaliter eligētem: ꝛ qui aliam opinionē tenuerit respondeat ad ea que facta sunt contra eam.

Ad primum argumentum

ꝓncipale rūdeo qꝫ sūma bonitas pōt stare cū liberali cōicatione ſz nō sit illa equalis oībus. pōt enim summe bonus ex libertate libere cōicare ꝛ vt ostēdat se non necessario liberalē. sed liberalē libere cōicatiuū pōt aliqb⁹ duob⁹ appbens equalibus velle bonū non equaliter cōmunicare. nec in hoc fit iustitia aliqua sicut dicit secūda opinio. qz nihil est ibi debitū. Ad scām dico qꝫ sunt aliq̄ duo eque volibilia ꝛ ordinabilia ad aliquē finē. ꝛ ex parte sui habēt rōnem illam ꝓpter quā sunt volenda ab aliqua voluntate voluntas preacceptās vnum illoꝝ alteri ad illū finē peccat ſm acceptationem personarū. talis est autem oīs voluntas creata qz respectu illius bonitas amabilis est ratō recte amandi. nō sic volūtas increata respectu alicui⁹ boni alterius ab ēntia sua. nullum enim aliud bonum: qa bonum ideo amaſ ab illa voluntate sed ecōuerso. ꝛ iō non potest acceptare ꝑsonas qz nō est in eis bonitas que sit sibi ratio amandi.

Ad primuz in oppositum

qui vult tenere aliaz viā pōt dicere sicut dicit quarta opinio qꝫ apostolus in hoc redarguit ꝑsūptuosos inquirētes illa quoꝝ nō sunt capaces. nō aūt ꝓpter inopiā reddende rationis saltē in cōi ſz in particulari nesciaſ. qō malum ꝑ uidet de⁹ in isto ꝓpter qō reꝓbet eum. ꝛ in istis specialibus peccatis ꝑuisis est altitudo diuitiarū ꝛ sunt iudicia incōꝓhēsibilia cui videt concordare illud vocabulū iudicij. qz iudicium est de particulari agibili. vsitate enim nō dicimus de ꝓncipijs ꝓcticis siue de legib⁹ statutis esse iudicia: sed de aliquo particulari actu iudicaſ ſm ꝓncipia ꝓctica siue leges statutas. ꝛ ideo nō obstāte qꝫ sit ꝓncipium ꝓcticū statutū per diuinā volūtatem qꝫ oīs ꝑuisus finaliter malus damnet. tamē de particularib⁹ assumendis sub iste ꝓcludet sic finaliter malus ꝛ ille sic quasi ex h̄ iudicat iste reꝓbatus. ꝓpter hoc ꝛ ille. ꝓpter illud ista iudicia sunt inscrutabilia. non enim scit homo nec pōt scire: qō peccatū deus vult permittere istū cadere respectu cui⁹ sit non volitio ꝯferendi gr̄am vt sic offeraſ tanꝫ finaliter peccato: in illo peccato. ꝛ sic ꝓpter illud peccatū ꝑuisuz reꝓbet. De bonis aūt ꝑuisis pōt ponī qꝫ nulla sit ratō sicut dictū est in quinta oō. Et si cōtra hoc arguas qꝫ saltem circa bonos non erūt iudicia dei inscrutabilia. facile. nō est dicere qꝫ qz vult: ideo saluat. ¶Pōt dici qꝫ deus inquantum ꝓdestinat non est iudiciū neqꝫ de facto in exītia. neqꝫ quasi in ꝓscientia diuina. iudicium enuz est de aliquo facto vel ꝓeuiso. sed de malis ſz non sit iudiciū de facto. qz non peccauerūt. pōt tamen cōdemnatio dici iudicium de eis in ꝓscīētia dei vbi dicunt mali. ꝛ tūc inscrutabilitas iudicioꝝ pōt referri ad malos ex parte quoꝝ ponitur aliqua rō ſz ille rōnes ex parte diuersoꝝ ꝓpter quas q̄ si ex parte eoꝝ inferunt iudicia sint inscrutabiles. et ꝓ hoc iudicia inscrutabilia. Ad aliud Aug⁹. facit ꝓo. 5ª op. qz ꝓbat ex parte ꝓdestinatoꝝ nullam esse rationem sed non ex parte damnandoꝝ.

Ista est distinctio quadra/

gesima ꝓma hui⁹ ꝓmi libri. In q̄ magr̄ postꝫ egit qd sit ꝓ destinatio ꝛ qs sit effect⁹ ei⁹. Ingrit de cā ipsi⁹. Et tria fac ¶Mā ꝓmo ponit sniam vitatis. Scōo elidit falsitatē. Tertio ꝯcludit qꝫ nulla mutatio sit in scia deitat. ¶Primū fac a ꝓncipio distinctionis vsqꝫ ibi. Opinati sūt tn̄ qdā. Secūdū ab inde vsqꝫ ibi. ¶Preterea ꝯsiderari opz. Tertiū vo vsqꝫ ad finē distin. Et tn̄ in gnāli. In spāli sn̄ia magri stat in trib⁹ ꝓpōnib⁹ q̄rū ꝓma ē hec. ¶Predestinatio nō cadit sub merito sicut obduratio. ¶Hanc ꝓpōnē magr̄ ꝓbās dicit qꝫ obdurationē cadere sub merito. ibi noīe obdurationis non intelligit ipam diuinā ꝑsciam q̄ ab eterno ē. ideo nullā pōt bēre cām. sed intelligit ꝑ cā subtractionē vl carētiā gr̄e quā qdē suis petis merent. qliter nō ē de ꝓdestinatione q̄ nec quo ad illud qō in eo eternū est. s. diuinam electionē. nec quo ad illud qō in ipsa tpale est. s. gr̄e appōnē pōt mereri saltē intelligēdo quo ad ꝓmā gr̄am q̄ sub p ꝓprio merito nō existit. Scōa ꝓpō ē hec. De⁹ ꝓpter nulla futura merita vel demerita ſz libere ab eterno elegit vl reꝓbauit. ¶Hanc magr̄ ꝓbās ponit opinionē quoꝝdaz qui opinati sūt qꝫ ꝓpt̄ futura merita aliqui ꝓdestinantur vel reꝓbant⁹ a deo. Et ad hoc inducit auctes bti Aug. qb⁹ vī dicere qꝫ futura fides in iacob fuit cā siue ꝓdestinatōnis. ſz vt dicit magr̄ hoc btūs Aug. postea retractauit. Et postremo addit qꝫ reꝓbatio dei nō est cā peti. sed ꝓdestinatio ei⁹ ē cā boni. ꝛ in. 8. c. ponit erꝓssē sniam hui⁹ ꝓpōnis. Tertia ꝓpō ē hec. Dō ſz de⁹ oia sciat q̄ ꝑus scivit. non tn̄ ꝓscit que ꝑscivit. ¶Hāc ꝓbās magr̄ q̄rit. an scientia dei possit diminui. Et mdet qꝫ ꝑscia pōt diminui: sed nō scīa. Multa enim deus ꝑscivit que modo nō ꝑscit: qa non sunt futura. sed qō scivit scit. ¶Postea obijcit in ꝓtrarium sic. Deus scivit me nasciturū ꝛ mūdū creandum. ꝛ hoc modo nescit. ergo non oīa que scivit scit. Et respōdet qꝫ oēm rem quam deus scivit scit. Et argumentum ꝓcedit diuersimode quo ad modū sciēdi qui importatur per enunciabilia. Et tn̄ in speciali.

De omnipotentia dei vbi prius consideratur quare dicatur omnipotens.

Di. 42.

HAnc d̄ omnipotēcia dei agendum est. vbi prima consideratio occurrit quomodo vere deus dicatur omnipotens an quia omnia possit. an tm̄ quia ea possit que vult. Quod enim deus omnia possit: pluribus auctoritatibus comprobatur. Ait enim augu⁹ in libro questi. veteris ac noue legis. Omnia quidem potest d̄us: sed non facit nisi quod cōuenit veritati ei⁹ z iustitie. Idem in eodem. Potuit deus cuncta facere simul. sed ratio prohibuit: idest volūtas. Ratio nempe ibi voluntatem dei appellauit. quia dei voluntas rationabilis est z eq̄lissima. Fatendum est ergo deum omnia posse.

Aug⁹.

Quomodo dicatur deus omnia posse cū nos multa possumus que ipse non potest.

Sed queritur quomō omnia posse dicatur cum nos quedam possimus que ipse non potest. Non potest enim ambulare: loqui z huiusmodi: que a natura diuinitatis sunt penitus aliena: cum horum instrumenta nullatenus habere queat incorporea z simplex substantia. Quibus id respondendū arbitror q̄ huiusmodi actiones ambulatio. s. z locutio z huiusmodi a dei potentia alienē sunt: sed ad ipsam pertinent. Cū enim huiusmodi actiones in se deus habere non possit. non enim potest ambulare vel loqui z huiusmodi. eas tamen in creaturis potest operari. facit enim vt homo ambulet z loquatur z huiusmodi. Non ergo per istas actiones diuīe potentie detrahitur aliquid q̄ z hoc potest facere omnipotens.

Rōsio.

De aliis obiicitur.

Sed sunt alia quedam que deus nullatenus facere potest vt peccata. Nō enim potest mentiri. non potest peccare. sed nō ideo omnipotentie dei in aliquo detrahit vt derogatur si peccare non posse dicitur. q̄ non esset hoc potentie sed infirmitatis. Si enī hoc posset omnipotens non esset. Non ergo impotentie sed potentie imputandum est q̄ ista non potest. Unde augu. in. xv. libro de trini. Magna inquit dei potētia est non posse mēiri. Sunt enim quedam que in aliis reb⁹ potentie deputanda sunt. in aliis vero minime. Et que in aliis laudabilia sunt. in aliis vore prehensibilia sunt. Non ergo ideo deus min⁹ potens est quia peccare non potest cū omnipotens nullatenus possit esse q̄ hoc potest.

Soluit Aug⁹.

Item de aliis opponit.

Sunt etiam z alia quedam que deus non potest vnde videtur nō omnia posse. non enim potest mori vel falli. Vñ augu. in libro de symbolo. Deus omnipotens non potest mori. non potest falli. non pōt miser fieri. nō potest vinci. Hec vtiq̄ z huiusmodi abśit vt possit omnipotens. Si enim huiusmodi passionibus atq̄ defectibus subiici posset omnipotens minime foret. Et inde monstratur omnipotēs. q̄ ei hec propinquari nō valent. potest tamen hec in aliis operari.

Aug⁹.

Quod omnipotentia dei secundum duo consideratur.

Hic ergo diligenter considerantibus omnipotentia eius sc̄dm duo apparet. s. q̄ omnia facit que vult z nihil omnino patitur sc̄dm vtrūq̄ deus omnipotens verissime predicatur q̄ nec aliquid est quod ei ad patiendum corruptionem inferre valeat. nec aliquid ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum est itaq̄ deū omnino nihil posse pati z omnia facere posse preter ea solaq̄ bus eius dignitas lederetur eiusq̄ excellentie derogaretur in quo tamen non est minus omnipotens. Hoc enim posse non esset posse sed non posse. Nemo ergo deum omnipotentem in aliquo dicere presumat qui omnia pt̄ q̄ posse potentie est. z inde vere dicitur omnipotens.

Quibusdam auctoritatibus traditur q̄ dī omnino omnipotens q̄ pōt q̄cq̄d vult.

Et quibusdam tamen auctoritatibus traditī ideo vere dici oīpotens. q̄ q̄cq̄d vult pōt. Vñ aug. in enchi. non ob aliud veraciter vocat̄ omnipotēs: nisi quoniam q̄cq̄d vult pōt. nec volūtate cuiuspiā creature volūtatis oīpotētis impedit̄ effectus. Idem in li. de spiritu z littera. Non potest deus facere iniusta. q̄ ipse est summa iustitia z bōitas. Omnipotens vero est. nō q̄ possit oīa facere sed q̄ pōt efficere q̄cq̄d vult. ita vt nihil valeat eius voluntati resistere q̄ compleatur. aut aliquo mō impedire eandem. Joā. Chry. in omel. q̄dam de expōne symboli ait. Omps dī deus. q̄ posse illius nō pōt inuenire non posse dicēte propheta: oīa q̄cūq̄ voluit fecit. Ipse ergo omps vt totū q̄d vult possit. Vñ apls. Ei⁹ inqt volūtati q̄s resistit. His auctoritatib⁹ vī oñdi q̄ de⁹ ex eo tm̄ dicat̄ omps q̄ oīa pōt q̄ vult. non q̄ omnia possit.

Aug⁹.

Joā. chr.

Determinatio premissarum auctoritatum

Sed ad hoc potest dici qđ

Augu. vbi dicit. Omnipotens non dicitur q̄ omnia possit ꝛc̄ tam ample ꝛ generaliter accepit omnia. vt etiam mala includeret que deus non potest nec vult. Non ergo negauit eū posse omnia que conuenit ei posse. Similiter cum dicit: non ob aliud veraciter dicitur omnipotens nisi quoniam quicquid vult potest non negat eum posse etiam ea que non vult. ſz aduersus illos qui dicebant deum multa vel le'que non poterat. affirmat eum posse quicqd vult. Et ex eo vere dici omnipotentem non ob aliud quia potest quicquid vult. Sed caue quomodo intelligas potest quicquid vult.

Quō intelligendum sit quicqd vult.

An quicquid vult se posse. an quicquid vult facere. an quicquid vult fieri. Si enim dicas ideo omnipotentem vocari: quia potest quicquid vult se posse. ergo ꝛ petrus similiter omnipotens dici potest vel quilibet sanctorū beatorum. quia potest quicquid vult se posse. et potest facere quicquid vult facere. Non enim vult facere nisi quod facit. nec posse nisi quod potest. sed non potest facere quicqd vult fieri. Vult enim saluos fieri qui saluandi sunt verū tamen eos saluare non volet. Deus autem qc quid vult fieri potest facere. Si enim vult aliquid fieri per se potest illud facere per se. ꝛ per se facit sicut celum ꝛ terram per se fecit quia voluit. Si autem vult fieri per creaturam et p eaz operatur sicut per hominē facit domus ꝛ huiusmodi artificialia. ꝛ deus quidez ex se ꝛ per se ꝑ potest. Homo autem vel angelus quantūcunque beatus est non est potens ex se vel p se

Oppositio.

Sed forte dices nec dei filius potest a se nec spiritus sanctus. sed solus pater. Ille enim potest a se qui est a se. filius autez quia non est a sed a patre. non potest a sed a patre. ꝛ spiritus sanctus ab vtroq̄.

Solo.

Ad quod dicimus quia ſz filius non posset a se. nec operetur a se. potest tamen ꝛ operatur per se. sic et spiritus sanctus. Unde Hylarius in libro. ix de trini. Nature inquit cui cōtradicis hereti/ce hec vnitas est vt ita per se agat filius nec a se agat. ꝛ ita nō a se agat vt per se agat. Per se autem dicitur agere ꝛ potens esse. quia naturalez habet potentiam eandem quam ꝛ pater. qua potens est ꝛ operatur. sed quia illam habz a patre non a se. ideo a patre non a se dicitur posse ꝛ agere. Homo autem vel angelus gratuitaz habet potentiam qua potens est. Ideo ergo vere ac proprie deus trinitas omnipotens dicitur. qz per se. i. naturali potētia pōt qcqd vult fieri. ꝛ qcqd vult se posse. Nihil enim vult fie

Hyla⁹.

Hic plene ondit qre deus

ri quod non possit facere per se vel per creaturam. ꝛ nihil vult se posse quod non possit. et omne quod vult fieri vult se posse: sed nō omne quod vult se posse vult fieri. Si enim vellet fieret. quia et voluntati eius nihil resistere potest.

omps di catur.

Circa distinctionez

4ª. Quero vtrum deum esse omnipotentem possit probari naturali ratione

Nō sic. Ricar. de tri. c. 2. ad oia que fide tenemus non solum habemus rationes naturales sed necessarias. Preterea naturali ratione ꝓbatur deum esse potētie infinite. sicut ꝓbatur. 8. phy. ꝛ. 2. metha. potētia autē infinita nota est esse omnipotentia. ergo ꝛc̄. probatio mi. qz notum est potētia infinita non posse aliquam aliā maiorez cogitari sine contradictōne. quacūqz autem potentia que non est omnipotentia pōt cogitari maior sine cōtradictione. ꝓbo. sine cōtradictione potest cogitari omnipotētia sub ratione omnipotentie. ipsa autem maior cogitat quacūqz alia que nō esset omnipotētia. Si dicas q̄ non potest naturaliter ꝓbari omnipotētiam non esse cogitabilez sine cōtradictione.

Contra omnipotētiam esse in entibus verum est. ergo omnis ratio probans impossibilitatē omnipotētie sophistica est. omnis autem ratio sophistica pōt per intellectuz ex puris naturalibus solui. ergo intellectus talis ex puris naturalibus potest cognoscere nulluz impossibile seq ex omnipotentia. ꝛ scit q̄ illud est possibile ad quod nullū impossibile sequitur: cognoscit ergo omnipotētiam esse possibilez. Ex isto etiam potest fieri ratio per se: qz si naturaliter potest probari omnipotētiaz esse possibilē: qz nō impossibilez. ergo naturaliter potest ꝓbari eam esse necessariam. qz non potest esse nisi possit esse necessaria. ꝛ qđ potest esse necessarium est necessariuz. ergo ꝛc̄. Contra. nulli philosophi ytentes naturali ratione etiam quantūcunqz perfecte considerarent deum sub ratione efficientis concesserunt deum esse omnipotētem ſm intellectus catholicorum. Confirmatur etiam qz articulus fidei est in symbolo apostolorum. Credo in deum patrem omnipotentem ꝛc̄.

Hic responderi posset distinguendo q̄ omnipotēs. aut potest dici agens quod potest in omne possibile mediate vel immediate. ꝛ hoc modo est potētia actiua p̄mi efficientis. omnipotētia ꝑtinet se extēdit ad omnem effectum in ratione cause ꝑtime vel remote. et si naturaliter possit cōcludi esse aliquod p̄mum efficiens sicut ostēsum est supra distin. 2. naturaliter etiam potest concludi illud esse omnipotens hoc modo loquendo.

Alio modo accipit omnipotēs ꝑprie theologice prout omnipotēs dicitur qui potest in oēm effectum immediate ꝛ in quodcūqz possibile. hoc est in quodcūqz quod non est ex se necessarium nec includit in se contradictionē. ita inquā immediate q̄ sine omni cooperatione cuiuscūqz alterius cause agentis. ꝛ hoc modo omnipotētia videt esse credita de p̄mo efficiente ꝛ non demōstrata. qz ſz primuz efficiens habeat in se potētiam effectiuam eminētiorē potentia cuiuscūqz alterius cause effectiue. habeat etiam in se eminenter potentiam effectiuam cuiuscūqz alterius cause effectiue. sicut deductum est distin. 2. ꝛ per hoc probatū est eum habere potētiam infinitaz. ꝛ istud fit quasi vltimum ad quod ratio naturalis potuit attingere de deo cognoscendum. tamen ex hoc non videt posse concludi esse omnipotentia ſm istum intellectum. qz ꝛ si verum sit: nō tamen est manifestum naturali ratione: q̄ habens causalitatem eminenter in se ꝛ causalitatem cause secūde eminētius q̄ illa causa secunda habeat respectu sui effectus posset immediate in effectū immediatum cāe scōe. ordo. n. cārū

superiorum ⁊ inferiorum ꝫ nō concludit. qz ⁊ si sol haberet in se cālitatem eminentiorem ꝰꝫ habeat bos vel aliud als tamen concederet̄ solez immediate posse generare bouem sicut potest mediate cum boue generare. ⁊ hoc maxime ponerent philosophi qz nō posuerūt cām secundaz necessario cōcurrentem ꝓpter aliquaz perfectionem addendam effectui. sed quasi magis ꝓpter imperfectionē addēdam. qz causalitas ꝑme cause imediate perfecta est. ideo posuerunt eam nō posse imediate esse causam alicuius imperfecti effectus. ⁊ ideo oportet cām agentem aliam concurrere impfectiorem vt sic illa ꝑma nō produceret ꝑm vltimū potētie sue. sed cum illa causa agēte secūda effectū diminutum ⁊ imperfectuz ꝓduceret. hoc est non ita pfectuz effectum produceret mediāte causa secūda imperfecta. sicut si immediate ipsa ꝑma produceret non mediantibus aliis causis secundis. ¶Preterea si phi non potuerunt per rationē naturalē cōcludere deum posse contingenter causare quanto magis nec posse imediate in quemcūqz effectum vel in quodcūqz qō potest producere mediantib⁹ aliis causis secundis. ¶Preterea si ipsi habuerūt quasi pro ꝓncipio qꝫ de nihilo nihil fit saltē in istis generalibus ⁊ corruptibilibus non videtur deum sic esse omnipotentem qꝫ possit aliquem effectum totaliter producere sine oi alia causa cōcausante. ¶Preterea si philosophi posuerūt deum esse necessario agentem. sicut videnť multi eorum sensisse ⁊ posuisse si cum hoc ponerent qꝫ eēt omnipotens ꝑm istum intellectum secūdum haberent negare omnē aliam causalitatem cuiuscūqz cause secūde qō est maximuz inconueniens eis. Nam causa necessario causans in quocūqz instanti cōparet̄ ad effectum necessario in eodem instanti causat ⁊ agit. ergo cum primus cōparetur causa superior ad effectum ꝰꝫ causa inferior ⁊ tunc per te necessario ē omnipotēs. ergo in illo instanti ꝓducit effectum totum. ergo in illo instāti in quo cōparatur causa secūda ad eūdem effectum nihil intelligitur tunc causare. ⁊ ita agens secundum vel causa secūda nihil pōt causare. Et ex hoc apparet qꝫ ista propositio quicquid pōt causa effectiua ꝑma cū causa secūda potest per se imediate nō est nota ex terminis neqꝫ ratione naturali. sed est tm̄ credita. qz n̄ ipsa omnipotētia ex qua dependet esset nota ex ratione naturali facile eēt probare ipsis phis multas veritates ⁊ propositiones ꝙs ipsi negant ⁊ facile esset eis probare saltem possibilitatem multorum que credimus que ipsi negant. Omnipotētia tamen hoc modo sumpta ꝛz non sufficiēter demonstret̄ ꝓbabiliter tamē potest probari sicut verum ⁊ necessariuz. ⁊ probabilius ꝰꝫ quedam alia credita qz nō est inconueniēs quedam credita esse euidentiora ꝰꝫ alia.

Ad auctoritatem Ricar. di

co qꝫ ⁊ si sint necessarie rationes ad omnipotētiam ꝓbandam. ⁊ quedam alia credita. tamen non sunt euidēter necessarie ⁊ vere sicut illa ratio que probat trinitatem ꝓpter duplicem ꝓductionem ad intra in diuinis: qz ꝛz sit ex necessarijs nō tamen premisse sunt necessario euidentes. qa non sunt note ex terminis nobis notis neqꝫ ex immediatis nobis notis possibile est hoc inferre. sicut dictū est di. 2. q. 2. Ad secūdum dico qꝫ infinita potētia ⁊ si possit concludi de deo naturali ratione. non tamen omnipotētia ꝰꝫ qꝫ ꝓprie sumit̄. Et cum dicis qꝫ infinita potentia nulla potest maior cogitari verum est intēsiue tamē nō videtur contradictio qꝫ fit vel cogitet̄ maior potētia ad plura se extendens extensiue. vel diceretur qꝫ ⁊ si non sit contradictio omnipotentiam cogitari que vt sic aliquo modo excedat infinitam potētiam non intellectam vt omnipotentie non tamen est naturaliter notum potentiā sic intellectam esse omnipotētiam. Et cum dicis notam esse omnipotentiam ꝓprie sumptam hoc negat̄. ⁊ cum probatur qz omnis ratio probans impossibile sequi ex ea est sophistica.

Egi. qꝰ 5. q. 7. Ad hoc dicitur qꝫ est sophistica. non tamen potest solui per rationem naturalem qz ꝑut dicit̄ sophistica ⁊ peccās

in materia est habēs aliquam premissaz falsam. ⁊ non potest solui nisi per interemptionem illius premisse que tamen non potest cognosci interimenda per rationem naturalem, sicut non potest cognosci vera per rationem naturalem. Sed contra istud arguo sic. aut illa que appent vera ⁊ non apparēt interimenda ex ratione naturali apparent esse vera ex terminis tanꝫ immediata. aut apparent esse conclusa ex ꝓncipijs immediatis. Si primo modo: ergo intellectus noster non pōt esse certus de propositionibus immediatis que sit vera ⁊ que non: qz tunc apparent alique ꝓpōnes vere ⁊ immediate que tamen sūt simpliciter false. ⁊ ita non erunt aliqua ꝓncipia certa tanquā ianue in domo cōtra pbm ⁊ cōmētatorem. ꝛ. metha. circa que non cōtingit errare. Si secūdo modo apparent esse vera tanꝫ conclusa ex ꝓncipijs immediatis. tunc arguo de illo syllogismo sophistico sicut de isto. aut peccat in materia: aut in forma. si in materia tunc potest solui: qz premissa falsa peccans in materia potest iterimi. si in forma adhuc potest ꝑsolui per artem logicam. Si autem dicat qꝫ peccat in forma. ⁊ tamen non pōt solui ratione naturali. Istud videtur absurdum. qz sicut intellectus inclusus in naturalibus tradidit omnem artem de syllogismo apparente in forma ⁊ defectuoso. sic posset solui per illaz artem ad dissoluendum oēm talem syllogismū applicando talem artem ad talem paralogismū. Ideo dico aliter qꝫ ⁊ si quicūqz paralogismus deducens apparenter ad impossibile ex premissa significāte deū esse omnipotētē posset solui per intellectū ⁊ rōnem naturalem siue peccet in materia siue in forma ⁊ inteꝰ posset scire quemcūqz talem paralogismum diuisim factum esse solubilez. non tamen sequitur qꝫ sciat istud nō esse impossibile. stat enim oppositū scz qꝫ dubitet istud esse oppositum ꝑmuz ex repugnantia terminorum. ex quo tamen nō posset sequi aliquod manifestius impossibile. aut qꝫ dubitet vtrum ex isto possit inferri aliquid impossibile aliud a quocūqz illato. ⁊ illud argumentum inferens illud impossibile sit insolubile. ꝛz illud non sit aliqō eorum que facta sunt que scit naturaliter soluere. vel aliter generaliter potest responderi ad illud argumētum qꝫ potest fieri generaliter ad omne creditū: qꝫ illud sit necessarium ad omne possibile ⁊ credibile.

Ista est distinctio quadragesima secūda huius ꝑmi libri.

In qua magister postquā egit de scientia dei. incipit agere de potentia eius. Et tria facit. Nam ꝑmo inquirit an deus sit omnipotēs. ⁊ vnde omnipotens dicat̄. Secūdo subdit determinationē que stionis mote. Tertio solvit inducta ⁊ confirmat sentētiaz ꝓpus datam. ¶Prima facit duo in ꝑmo ca. Tertium vero in sequētibus. Et tm̄ in generali. In speciali sentētia magistri stat in tribus propositionibus quarū ꝑma est hec. Deus dicitur oīpotens. qz omnia que possunt eē potest efficere. Secūda ꝓpositio est hec. Aliquem posse omnia q̄ vult se posse non videt̄ ad rationem omnipotentie sufficere. Tertia propositio est hec. Deus simpliciter potest efficere quicqd est factibile. Has ꝓpositiones magister omnes probat determinando hanc questionē. s. vtrum deus dicatur omnipotens. s. ideo aut qz potest oīa simpliciter: aut qz potest omnia tm̄ que vult. Et qꝫ non dicatur omnipotens eo qꝫ omnia pōt simpliciter arguit ex hoc qꝫ non potest ambulare. loqui. vinci. falli. loqui. ⁊ peccare. Et qꝫ dicat̄ omnipotēs: qz potest omnia que vult arguit diuersis auctoritatibus doctorū. Et respondet qꝫ non est dicendus ideo omnipotens. qz pōt oīa que vult: qz si hoc sufficeret tunc quilibet sanctus in celo posset dici omnipotens. eo qꝫ qlibet talis pot dici quicqd vult. sed ideo deus dicē dus est omnipotēs qz potest omnia simpliciter que cadūt sub potentia actiua. Ad argumentum ꝑmum de ambulatione ⁊ locutione dicit qꝫ ista potentiā dei non euacuāt. qz ꝛz illa deꝰ nō possit oia per se. pōt tamen illa in nobis ⁊ p nos. De peccare mentiri ⁊ mori dicit huiusmodi non ar-

guere potentiam in deo:eo q talia facere non sit potentie sed magis infirmitatis ⁊ insufficientie. Ad secundum argumentum.s.ad auctoritates quibus pbat ideo deū dici omnipotentem.q: potest omnia que vult dicit q non iō deus debeat dici omnipotens.quia si hoc sufficeret. tūc quilibet beatus in celo posset dici omnipotens.cum possit quicquid velit. Et ille auctoritates non aliud dicere intendunt:nisi q voluntas dei non possit impediri. Et subdit postea q ꝫ solus pater dicatur omnipotens a se: quia a nullo habet omnipotentiam.filius ⁊ spiritussanctus non possunt dici omnipotentes a se.eo q omnipotentiam ab alio acceperunt:possunt tamen dici omnipotentes per se.quia per suam naturam,sunt omnipotētes Et tñ in speciali.

Opinio quorundam dicentium deū nil posse nisi quod facit.

Di. 43

Q Uidaz tamen de suo sensu gloriantes: dei potē tiam sub mensura coartari conati sunt. Cum enim dicunt hucusq; potest deus ⁊ non amplius:quid hoc est aliud q̄ eius potentiam q̄ infinita est concludere ⁊ restringere ad mensuram. Aiunt enim. non potest deus aliud facere q̄ facit:nec melius facere id quod facit: nec aliquid pretermittere de his que facit. Istāq; primam suam opinionem verisimilibus argumentis causisq; commenticiis necnon ⁊ sacrarum auctoritatum testimonijs munire conantur dicentes Non potest de⁹ facere nisi quod bonum ⁊ iustum est fieri.non est autem iustum ⁊ bonum fieri ab eo nisi quod facit. Si enim aliud iustum est ⁊ bonum eum facere q̄ facit.non ergo facit omne quod iustum est et bonum eum facere:ꝫ quis audeat hoc dicere.

Rō illorū p̄ma

Secunda ratio.

Addunt etiaz non potest facere nisi quod iusticia eius exigit.sed non exigit eius iustitia vt faciat nisi quod facit:nō ergo potest facere nisi quod facit. Eademq; iustitia exigit: vt ⁊ id non faciat quod non facit. non autem potest facere contra iustitiam suā. non ergo potest aliqd eoꝫ facere q̄ dimittit.

Responsio ad prius dictum.

His autem respondemus duplicem verborum intelligentiam aperientes ⁊ ab eis inuoluta euoluentes sic. Non potest deus facere nisi quod bonum est ⁊ iustum id ē nō pōt facek nisi illud qō si faceret bonū ⁊ iustū esset: verū ē ꝫ multa pōt facere que non bona sunt nec iusta.qui nec sunt nec erunt nec bene fiunt nec fient. quia nunquam fient.

Respō ad id qō scdo dictū est

Item quod secundo propositum fuit non potest facere nisi quod iusticia sua exigit,⁊ nō

potest id facere quo iusticia sua exigit vt non fiat. Dicimus quia exactionis verbum de deo congrue non dicitur .nec proprie accipitur.⁊ illis locutionibus duplex est sensus.Si enim intelligas non potest facere nisi quod sua iusticia exigit id est nisi quod voluntas sua iusta vult. falsum dicis. Justicia enim ipsius dei equissima voluntas accipitur qualiter accipit Augustin⁹ illa verba domini in. Gen.loquentis ad loth Non possum quicquam facere donec illo introeas exponens. non posse inquit se dixit.quod sine dubio poterat per potentiam.sed non poterat per iusticiam.quasi poterat quidem.sed non volebat ⁊ illa voluntas iusta erat.Si vero per hec verba intelligis eum non posse facere. nisi illud quod si fieret iusticie eius conueniret. verum dicis.Similiter distingue illud. Non potest facere quod sua iustitia exigit vt non faciat.i. non potest facere.id quod ipse qui ē sūma iusticia nō vult facer falsum ē.Si autē his verbis intelligas eum non posse facere id quod iusticie eius conuenire non potest. verum dicis.

Tertia illorum ratio

Addunt quoque ⁊ alia dicentes. Non potest deus facere nisi quod dz non autem debet facere nisi quod facit. Si enim debet alia facere non ergo facit omne quod debet. Si vero facit omne quod debet nec potest facere nisi quod debet. non ergo potest facere nisi quod facit. Item aut debet dimittere quod dimittit ne faciat.aut non debet.Si non debet.non recte dimittit. Si vero debet dimittere ergo non debet facere. Si autem non debet.nec decet.nec oportet eum facere:⁊ si non decet nec oportet eum facere. ergo non potest facere.non ergo potest facere nisi quod facit nec potest illud dimittere qō facit quin faciat.quia debet illud facere.⁊ qō debet facere non potest illud dimittere. Sed vt mihi videt hoc verbum debet venenum habet. Multiplicem enī ⁊ inuolutam optinet intelligentiam nec deo proprie competit qui non est debitor nobis nisi forte ex promisso. Nos vero ei debitores summus ex commisso.Ut autem venenum euacuetur distingue verbi sensus. Non potest deus facere nisi qō debet:id est.nisi quod vult:falsum est. Sic.n. potest ipse dici debere aliquid quia vult illud Si autem dicatur non potest nisi quod dez id est.non potest nisi illud qō si faceret ei bene conueniret: verū ē. Addunt quoque illi dicentes. Nihil facit aut dimittit nisi optima ⁊ rationabili causa.licet nobis occulta sit.secūdum quam oportet eum aut dimitere que fa

Respō sio.

Quarta illorum ratio.

cit vel dimittit. Ratio enim penes eum est qua illa facit ⁊ illa dimittit. que ratio eterna est ⁊ semper manens. preter quam non potest aliquid facere vel dimittere. Illa ergo manēte non potest quod facit dimittere. nec quod dimittit facere. ⁊ ita non potest facē nisi quod facit. Et ad hoc respondemus ambiguitatem locutionis determinantes. Cum enim dicitur ratio vel causa optima penes deum est: qua facit cuncta que facit: ⁊ dimittit ea que dimittit: verum quidem est. quia in eo voluntas est equissima ⁊ rectissima. que facit ⁊ dimittit que vult. contra quam facere non potest. nec preter eam facere potest. Nec vtiq; contra eaz faceret: nec preter eam. si ea que facit dimitteret. vel que dimittit faceret. sed eadem manente ratiōe ⁊ causa: alia potuit facere ⁊ ista dimittere. Licet ergo ratio sit penes euz qua alia facit ⁊ alia dimittit. potest tamen secundum eandem rationem ⁊ dimittere que facit ⁊ facere q̄ dimittit. Ipsi autem addunt. Ratio est cū facere que facit. et non alia: ⁊ non potest facere nisi quod ratio est euz facere. ⁊ ita non potest facere nisi quod facit. Item ratio est cū dimittere q̄ dimittit. ⁊ nō pōt nō dimittē q̄ dō rō ē eū dimittē ⁊ ita nō pōt nō dimittere qd̄ dimittit Et ad hoc dicimus locutiones ambiguas eē ⁊ ideo determinandas. Si enim cum dicitur non potest facere nisi quod ratio est eum facere intelligas eum non posse facere nisi ea que rationabilia sunt. ⁊ ea que si fierent rationabilia essent. verus est sensus. Si autez intelligas eum non posse facere alia rationabilia ⁊ bona nisi ea que vult ⁊ facit. falsus est intellectus.

Ite aliud adiungunt dicentes. Si potest deus aliud facere q̄ facit. potest ergo facer̄ quod non prescit. ⁊ si potest facere que non prescit: potest sine prescientia operari quia omne quod facturuz se prescit facit. nec facit aliqd quod non prescit. Qd si preter scientiaz ei⁹ aliquid fieri impossibile est. omne ergo quod prescitum est fieri necesse est. ergo aliud fieri q̄ sit nulla ratione possibile est. non ergo potest a deo fieri nisi quod fit. Hec autem questio de prescientia facile determinari potest per ea que superius dicta sunt. cum de prescientia ageretur.

Auctoritatib⁹ vtuntur in assertionē sue opinionis.

His aūt illi scrutatores qui defecerunt scrutantes scrinia sanctorum anectunt testimonia. Dicit enim Augustinus in lib. de symbolo. Hoc solū potest de⁹ qd̄ nō vult. per quod videtur non posse facere aliqd nisi quod vult. sed non vult nisi qd̄ facit. ⁊ ita videtur non posse nisi quod facit. Illud autez ita intelligendum est. Id solum non potest

Alia illoz̄ rō.

Hec qō et p̄dās facile determinatur

Augu⁹.

deus quod non vult. s. se posse. Idem in. vii. libro confessio. ad deum loquens ait. Me cogeris inuitus ad aliquid. quia voluntas tua non est maior q̄ potentia. esset autem maior si te ipso tu ipse maior es ea. Ex hoc videtur q̄ deus non possit plura quam vult. sicut nō vult plura quam potest. Sicut enim voluntas non est maior potentia. ita nec potētia maior voluntate. Ideoq; sicut plura non vult quam potest ita cum non plura posse quam velle dicant. Sed ad hoc dicimus. quia nec voluntas potentia nec potentia voluntate maior est. quia vna ⁊ eadem res est potentia ⁊ voluntas. s. ipse deus. qui esset maior seipso si volumus maior esset potentia. vel potentia voluntate. Nec hac auctoritate negatur deus plura posse quam velle. quia plura sunt subiecta eius potentie quam volūtati. Fateamur itaq; deum plura posse facere que non vult. ⁊ posse dimittere que facit. Quod vt certiꝰ firmiusq; teneatur scripture testimonius assecuramus deum plura posse facere quam faciat. Veritas ipsa secundum Mat. ait. An putas quia non possum rogare patrem meum. ⁊ exhibebit mihi modo plus quaz. xii. legiones angelorum. Ex quibus verbis patenter intelligit. quia filius poterat rogare quod non rogabat. ⁊ pater exhibere quod nō exhibebat. Poterat q̄z ergo poterat facere quod non faciebat. Augustinus etiam in enchi. ait. Omnipotentis voluntas multa potest facere que non vult nec facit: potuit enim facere vt duodecim legiones angelox̄ pugnarent contra illos q̄ cēpērūt. Ite i eodē. Cur apō quosdā nō fecit virtutes q̄ si fact̄ fuisset. credidissent illi homines p̄uaz ⁊ facte sunt apud eos qui non erant credituri tunc non latebit quod nunc latet. Nec vtiq; iuste deus noluit saluos fieri. cum possent salui esse si velent. Tunc in clarissima sapientie luce videbitur. quod nunc piorum fides habet anteq̄ manifesta cognitione videatur q̄ certa ⁊ immutabilis ⁊ efficacissima sit voluntas dei que multa possit ⁊ non velit nihil autem quod non possit velit. Idem in libro. de natura ⁊ gratia. Dominus lazarum suscitauit in corpore. Numquid dicendum est. non potuit iudam suscitare in mente. Potuit q̄dem sed noluit. His auctoritatibus aliisq; multis apte docetur. q̄ deus multa possit facere que non vult. quod etiam ratione p̄bari potest. Non enim vult deus omnes homines iustificare. ⁊ tamen quis dubitat cum posse. Potest ergo deus aliud facere quaz facit ⁊ tamen si aliud faceret alius ipse nō esset Et potest aliud velle quam vult ⁊ tamen eius voluntas nec alia nec noua nec mutabilis aliquo modo potest esse Quod ⁊ si possit velle quod nunquam voluit nec tamē nouiter nec noua voluntate sed sempiterna tantum voluntate velle potest. potest enim velle quod ab eterno

A quō in tellīgēda sit auctoritas.

Respon sio.

Auctoritatib⁹ cō firmat deum plura q̄z facē posse.

Augu⁹. in enchi.

Qd sine mutabilitate potētie vel voluntatis pōt deus ⁊ alia vel le ⁊ alia facere q̄ vult vel facit.

poteſt voluiſſe. habet enim potentiam volendi. ⁊ tunc ⁊ ab eterno. quod tamen nec modo vult nec ab eterno voluit.

Circa diſtinctionem. 43. vbi magiſter improbat opinionem aliorum quero vtrum prima ratio impoſſibilitatis rei fiende ſit ex parte dei vel ex parte rei factibilis. Quod magiſ ex parte dei. probo magiſter arguit diſtinctione ſequente: ꝙ vniuerſum poſſit fieri melius. quia ſi non aut hoc eſſet propter hoc ꝙ nullus bonum ſibi deeſſet: ⁊ tunc eſſet deus aut quia aliquid ſibi deeſſet ſi non eſſet capax ad illud recipiendum. ⁊ tunc arguit ꝙ melius fieret ſi daretur ſibi capacitas a deo ad illud recipiendum. tunc arguit ꝙ melius fieret ſi daretur ſibi capacitas a deo ad illud recipiendum. Ita arguo in propoſito ſi aliquid ſit infectibile ergo ſi daretur ſibi capacitas a ðo poſſet fieri ergo modo non poteſt fieri quia non daf ſibi capacitas a deo poſſet fieri. ergo modo non poteſt fieri: quia non datur ſibi capacitas ꝯ iſta impoſſibilitas videtur primo eē ex parte dei non potentis dare capacitatem. Contra Anſel. de caſu diaboli capitulo. 3. quia deus dedit perſeuerantiam bono angelo: ideo bonus angelꝰ bũit ⁊ non quia deus non dedit malo angelo: ideo non bũit. ſed quia malus non accepit.

Hic dicitur ab Hen. ſexto qt°. q. 3. cuiꝰ oppoſitũ mãifeſte quere. 8. quolibeto. q. 3. Cõtra iſtam ſecundam ſententiam ſiue ſit dicta retractando primam ſententiam de iſto articulo ſiue ſit dicta vt retractanda per primam non tamen oporteret arguere contra eam niſi ex verbis ſuis propriis que implicant manifeſte oppoſita. Tamen ſpecialit arguo contra eaꝫ ſic. Nihil eſt ſimpliciter impoſſibile niſi quia ſimpliciter repugnat ſibi eſſe cui autem repugnat eſſe repugnat ei ex ſe primo ⁊ non propter reſpectum aliquem affirmatiuum vel negatiuum eius ad aliquid aliud. probatio repugnantia enim quecunque extremorum eſt ex ratione ſua formali ⁊ per ſe eſſentiali circumſcripto quocũque alio reſpectu vtriuſꝫ extremi poſituo vel negatiuo ad quodcunque aliud ſicut album ⁊ nigrum per ſe ex ſuis rationibꝰ formalibꝰ cotrariantur ⁊ habent repugnantiam formalem circumſcribendo per impoſſibile omnem reſpectuꝫ ad quodcunqꝫ aliud. illud igitur eſt ſimpliciter impoſſibile cui per ſe repugnat eē ⁊ quod ex ſe primo eſt tale ꝙ ſibi omnino repugnat eſſe. ⁊ non propter aliquem reſpectum ad deum affirmatiuum vel negatiuuꝫ: immo ſibi repugnaret eſſe ſi per impoſſibile deus non eſſet: videtur igitur prima ſententia probabilior ſecunda. Sed contra iſtam primam ſententiaꝫ arguo primo ſic. potentia actiua qua deuſ dicitur omnipotens non eſt formaliter intellectus diuinꝰ ſed quaſi ꝓſupponit actionem intellectus ſiue illa potentia ſit volũtas ſiue aliqua potentia executiua. ſed lapis eſt poſſibilis eē ex ſe formaliter. ergo reducendo quaſi ad primum principium extrinſecum intellectus diuinus erit illud a quo ē prima ratio poſſibilitatis in lapide. non igitur illa potẽtia actiua a qua deus dicitur omnipotens eſt prima ratõ poſſibilitatis in lapide. Probatio aſſumpti. poſſibile ſecundum ꝙ eſt terminus vel obiectum omnipotentie eſt illud cui non repugnat eſſe. ⁊ ꝙ non poteſt ex ſe eſſe neceſſario lapis productus ineſſe intelligibili per intellectũ diuinum habet iſta ex ſe formaliter: ⁊ quaſi principiatiue per intellectum. igitur eſt ex ſe formaliter poſſibilis ⁊ ꝙſi principiatiue per intellectum diuinum. male igitur videtur illa prima ſententia ponere ꝙ omnipotentia in ðo ſit illa potentia qua eſt potentia paſſiua in creatura. ⁊ hoc ſi loquatur de iſta potentia actiua a qua deus dicit̃ omnipotens ⁊ reſpectu cuius illa dicitur potentia paſſiua ĩ creatura. Confirmatur iſta ratio. potentia actiua q̃ eſt omnipotentia non dat alicui aliquod eſſe niſi producendo illud: qꝛ illa eſt potentia producta rei ad extra: ſed ante omnem productionem rei ad extra res habet cē poſſibile. qꝛ ſicut probatum eſt di. 36. Rem produci ineſſe intelligibili non eſt rem produci ineſſe ſimpliciter: ⁊ ſi eſſet non eſſet per illam potentiam qua deus dicitur omnipotens. non igitur per illam potentiam que eſt omnipotẽtia eſt res aliqua deo primo poſſibilis. Item in cauſis preciſis ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis ⁊ negatio eſt cã negationis. ſm ꝙ dicit philoſophus. primo poſterio. ſicut ſi habere pulmonem eſt cauſa in animali reſpirandi. non habere pulmonem eſt cauſa non reſpirandi: ergo ſi potentia actiua que eſt omnipotẽtia in deo ẽ preciſa ratio poſſibilitatis in creatura negatio potentie actiue in deo eſſet cauſa negationis poſſibilis in creatura: quod ipe negat. ⁊ bene quantum ad hoc: quia impoſſibilitas in creatura eſt propter formalem repugnantiam partium. Preterea iſte reſpectus qui conſequitur potentiam actiuam in ðo in quarto inſtanti aut eſt realis aut nõ. Si realis ⁊ ad extra hoc eſt improbatum. di. 30. Si rationis. ergo in 3° inſtanti terminatur poſſibilitas ad deuꝫ ſub ratione abſoluta: quod non infero ſicut in ſe inconueniens: ſed tanꝫ apluribus concedendum ſi detur. ⁊ ſaltem non habendum pro inconuenienti ab eis qui tenent op. illius doc. ex quo ſequitur ad eam. Similiter propter idẽ ex iſta poſitione infero aliam concluſionem. ſcilicet ꝙ non ẽ aliquis reſpectus prior ex parte cãe ꝙꝫ ex parte cauſati. ĩmo ab ipſa cauſa ſub ratione abſoluti eſt ipſum cauſatuꝫ ſub ratione abſoluta. ⁊ poſtea tertio ſequitur reſpectus in cãto ad cauſam. ⁊. 4° in cauſa ad cauſatum. iſte ergo ordo abſolutorum ⁊ relatiuorum quem hic concedit nunquaꝫ debet teneri inconueniens tenentibus eum. Tertio ſimiliter infero ꝙ potentia vt eſt attributũ diuinum ⁊ dicit perfectionem ſimpliciter non dicit aliquem reſpectuꝫ ad creaturaꝫ quod ipſe probat in prima ſententia. 6. quolibet. q. 3. qꝛ nulla perfectio diuina ⁊ ſimpliciter depẽdet a creatura. hoc autem probat Anſel. mono. c. 15 cum illa relatio ad creaturam non dicat perfectionem ſimpliciter etiam in deo. qꝛ tunc deus non eſſet talis ſi creatura non eſſet. eſt autem perfectum omni perfectione ſimpliciter ex ſe ⁊ ex natura ſua ⁊ non ex aliquo reſpectu ad creaturam. hoc igitur illatum quod puto eſſe veruꝫ ſicut ⁊ a duo nõ debent reſpui ſicut inconueniens ab aliquibus tenentibꝰ dicta eius.

Aliter dico a prima ſnĩa quãtum ad illud quod ꝓbant illa duo argumenta. qꝛ licet potentia dei ad ſe. i. aliqua perfectio abſoluta qua deus eſt formaliter potens ſit in deo in primo inſtanti nature ſicut ⁊ quelibet perfectio abſoluta ſimpliciter ſicut calorem conſequitur eſſe potentiaꝫ calefaciendi qui tamen calꝛ eſt abſoluta forma: tamen per ipſam potentiam ſub ratione qua eſt omnipotentia non habet obiectum quod ſit primo poſſibile ſed per intellectum diuinum producentez in primo inſtanti illud ineſſe intelligibili: ⁊ intellectus nõ eſt formaliter potẽtia actiua qua deus dicitur formaliter omnipotens ⁊ tunc res producta ab intellectu diuino ineſſe tali. ſ. intelligibili in primo inſtanti nature habet ſe ipſa formaliter eſſe poſſibile in ſecundo inſtanti nature ſeipſa formaliter nõ repugnat ſibi eſſe: ⁊ ſeipſa formaliter repugnat ſibi habere eē neceſſarium ex ſe: in quibꝰ duobus ſtat tota ratio oĩpotentie correſpondens rationibus potentie actiue: non eſt igitur poſſibilitas in obiecto aliquo modo prior quam ſit omnipotentia in deo accipiendo omnipotentiam pro perfectione abſoluta in deo ſicut nec creatura eſt prior aliquo abſoluto in deo: ſi tamen res intelligatur eſſe poſſibilis anteꝫ deus per omnipotentiam producat eam: ſic eſt verum ſed in

illa possibilitate nõ ẽ simplr ꝑ se ꝙ producit ab intellectu diuino. Quãtum ad impossibilitatem dico ꝙ illa non potest esse primo ex parte dei: sicut dicit prima sententia ⁊ hoc propter rationem factam cõtra secundam sentẽtiam: quia ipsa est impossibilis propter repugnantiam eius vt fiat quod intelligo sic: impossibile simpliciter includit incompossibilia que ex rationibus suis formalibus sunt incompossibilia: ⁊ ab eo sunt principiatiue incompossibilia a quo principiatiue habent suas rationes formales. Est igit ibi iste processus ꝙ sicut deus suo intellectu producit possibile in esse possibili: ita producit duo entia formaliter vtrunq; in esse possibili. ⁊ illa producta seipsis formalr sut icõpossibilia vt nõ possint fil' eẽ vnũ ꝫ aliud tertiũ ex eis. Hanc autẽ possibilitatem quam habent formaliter habẽt ex se principiatiue ab eo quodãmodo ꝙ ꝓdurit ea: ⁊ istã icõpossibilitatẽ istox segr̃ i ꝓpossibilitas toti⁹ figmẽti icludẽtis ea ⁊ ex ista ipossibilitate figmẽti i se ⁊ ex incõpossibilitate partiũ suarũ segr̃ icõpossibilitas eius respectu cuiscunq; agentis ⁊ ex hoc habet compleri totus processus ipossibilitatis rei quasi vltimus grad⁹ incõpossibilitatis sit negatio respect⁹ ad quodcunq; agẽs necꝫ hẽ aliquẽ rẽspectũ negatiuũ ex ptẽdi nec ex parte cuiuscũq; alteri⁹ nec ẽ forte aliqd in natura rei ꝫ intellectus possit cõpare deꝫ vel aliud agens ad istud sub negatione ꝫ respect⁹. Dicigit impossibilitas ꝑma est formaliter ex parte impossibilis ⁊ principiatiue a deo. ⁊ si principiatiue reducatur ad aliquid non tamen reducitur ad negationẽ possibilitatis in deo: imo reducit principiatiue ad intellectũ diuinũ principiantẽ illud in illo esse in quo partes ille formaliter repugnant ꝓpt quã formalez repugnantiaꝫ totũ ex eis simplicit̃ est impossibile. Et ex hoc appet quod falsa est imaginatio querentium impossibilitatem aliquorum quasi in aliquo vno q̃si aliquid vnum vel intelligibile vel qualecunq; ens sit ex se formaliter impossibile sicut deus ex se est formaliter impossibile sicut deus ex se est necesse esse formaliter nihil enim est tale primum in non entitate, nec etiam entitatis oppositetali non entitati est intellect⁹ diuinus ratio possibilitatis: nec etiam intellectus diuinus est precisa ratio possibilitatis oppositenihilo: quia tunc teneret illud argumentum de causis precisis in affirmatione ⁊ negatione sed omne simpliciter nihil includit in se rationes plurium ita ꝙ ipsum non est primo nihil ex ratione sui sed ex rationibus illorum que intelligr̃ includere propter formalem repugnantiam illorum inclusoruꝫ plurium: ⁊ ista ratio repugnantie est ex rationibus formalibus eorum quam repugnantiam primo habent ꝑ intellectum diuinum sed non precise.

Ad primuꝫ argumentum illa ratio magistri tenet supponẽdo ꝙ vniuersum possit esse maioris perfectionis capax qr tunc melius fieret, si daretur sibi illa capacitas quam sit sine illa capacitate vt si esset capax multorum aliorum absolute autem non tenet ratio magistri negato isto .s. ꝙ potuit melius fieri sicut nec sequitur ꝙ ignis manens ignis possit fieri melior si fiat capax intellectus vel voluntatis. quia non potest esse istorum capax. dico tunc ad formam argumenti ꝙ deus non potest dare capacitatem nihilo factionis passiuum: sed ista non est prima ratõ sed quia tale non potest habere talem capacitatem. ⁊ ista ratio reducitur ad formalem repugnantiam partiuꝫ ⁊ vlterius ad intellectum diuinum.

Ista est distinctio xliii huius primi libri. In qua magister ostenso vnde dicitur omnipotens deus: ostendit quanta possit. Et tria facit primo adducit quasdam rõnes errorem quendam affirmantes. Secundo subdit auctoritatez. Tertio concludit veritatem. Primum facit a principio huius

distinctionis vsq; ibi. His autez illi scrutatores. Secundum ab inde vsq; ibi. Fateamur itaq; deuz. Certiũ vo vsq; ad finẽ disti. ⁊ tñ ꝺ sñia hui⁹ di. in gñali. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionib⁹. quaruz prima est hec. Deus potest alia facere ⁊ omittere que facit ⁊ omittit sine preiudicio sue iustitie ⁊ bonitatis. Hanc propositionem probans magister respõdet ad quasdam rationes ⁊ auctoritates que videntur omnipotentiam diuinam limitare. Prima ratio est ista. Deus non potest facere nisi quod bonum ⁊ iustũ est fieri. sed nihil est bonum ⁊ iustum fieri nisi quod facit ⁊ per consequens sua potentia limitatur Secunda ratio talis est Deus non potest facere nisi quod sua exigit iustitia ſz iustitia nõ exigit nisi quod facit ergo ⁊ cetera. Et rẽ spondet magister dicens istas propositiones duplicem habere sensum. vnum vt iustitia ⁊ iustum referantur ad tempus presens. sub hoc sensu non potest deus facere nisi quod iustum est mõ vel quod iustitia sua exigit modo. ⁊ sic sunt falsse. vel possunt referri ad tempus confusum. sub hoc sensu no potest deus facere nisi quod iustum est modo. vel. i. quod nisi iustuz cẽt nõ facẽt. ⁊ sic sũt vere. Tertia rõẽ. Deꝰ nõ ꝑt facẽ vel dimittẽ nisi qõ ꝺz facẽ vl dimittẽ. Ridet magister dicens. quod verbum debiti in diuinis non habet locum. Secunda propositio est. hec. Stat deum plura posse q̃ velle absq; inequalitate potentie ⁊ voluntatis. Hanc magister probat respondendo ad quandam obiectionem que est quia voluntas dei ⁊ potentia eius sunt equales. ergo non potest nisi quod vult. Et respondet ꝙ licet idem sint in deo potentia ⁊ voluntas. ⁊ quo ad hec dici possunt eq̃lia. tamen plura subsunt potentie q̃ voluntati in presenti. Tertia propositio est hec. Et si deus alia vellet ⁊ faceret q̃ vult ⁊ facit. ex eo non sequeretur in ei⁹ voluntate mutabilitaſ. Hãc magister probat per sanctorum auctoritates. Et tantũ de sẽtẽtia in speciali.

An deus possit facere aliquid melius q̃ facit.

Di. 44

Hanc illud restat discutiendum. vtrum melius aliquid possit facere q̃ facit. Solent enim illi scrutatores dicere. ꝙ ea que facit deꝰ nõ potest meliora facere: quia si posset facere ⁊ nõ faceret: invidus esset ⁊ non sume bon⁹. Et hoc ex simili astruere conantur. Ait enim august. in lib. lxxxiii. q. Deus quem genuit. q̃ meliorem se generare non potuit. nihil enim deo melius debuit equalem. Si enim voluit ⁊ nõ potuit. infirm⁹ est. Si potuit ⁊ noluit. invidus Ex quo conficitur equalem genuisse filium. A simili volunt dicere: ꝙ si potest deus rem meliorem facere q̃ facit. invidus est. Sed nõ valet huiuſ similitudinis inductio. quia filiũ genuit de substantia sua Ideoque si posset gignere equalem ⁊ non gigneret: invidus esset. alia vero que non de substantia sua facit: meliora facere potest.

Illi dicãt non posse.

Augu⁹.

Questio qua illi artantur.

Verum hic ab eis respon deri deposco. cur dicunt rẽ aliquã siue ẽt rerũ vniuersitatẽ in qua maior ꝓsumatio exp̃ssa ẽ.

non posse esse meliorem q̄ est: siue ideo. quia summe bona est. ita vt nulla omnino boni p/fectio ei desit. siue fides. quia maius bonū q̄ ei dr est. capere ipsa nō valeat. Sed si ita summe bona dicitur vt nulla ei perfectio boni desit. iam creatura creatori equatur. Si vero iā nō potest melior esse: quia bonum amplius quod ei deest capere ipsa non valet. iam hoc/ipsum non posse defectionis est. non consu/mationis. ⁊ potest esse melior si fiat capax melioris boni. quod ipse potest qui eā fecit ꝯ/test ergo deus meliorem rem facere quam fa/cit. Unde Augustinus super Gene. Talē potuit deus hominez fecisse. qui nec peccare posset nec vellet. ⁊ si talem fecisset. quis dubitat eum meliorem fuisse. Ex predictis constat q̄ potest deus ⁊ alia facere q̄ facit. ⁊ que facit meliora ea facere q̄ facit.

Utrum alio vel meliori modo possit face/re quam facit.

Post hec considerandum est vtrum alio modo vel melior quam facit possit ea facere que facit. Si modus operati
Rñsio. onis ad sapientiam opificis referatur. nec alius nec melior modus esse potest. Non enim potest facere aliquid aliter vel melius quam facit id est alia sapientia vel maiori sapientia. Nihil enim sapientius potest facere quam facit. Si vero referatur modus ad rem ipsaz quam facit deus: dicimus quia ⁊ alius ⁊ melior potest esse modus Et secundum hoc con/cedi potest. quia ea que facit potest facere me/lius ⁊ aliter quam facit quia potest quibusdaz meliorem modum existendi prestare ⁊ qui/busdam alium. Unde Augustinus in .xiii.
Augꝰ. libro de trinitate dicit. Quod fuit ⁊ alius modus nostre liberationis possibilis deo q oia potest. sed nullus alius noste miserie sanande fuit conuenientior. Potest ergo deus eorum que facit quedam alio modo meliori. quedaz alio modo eque bono quedam etiam minus bono facere quam facit. Ut tamen modus referatur ad qualitatem operis. i. creature. non ad sapientiam creatoris.

Utrum deus sēper possit omne. quod óliz potuit.

Pretera queri solet vtrum deus semper possit omne quod olim potuit Quod quibusdam non videtur dicentibus Potuit deus incarnari ⁊ potuit mori ⁊ resurgere ⁊ alia huiusmodi que modo non potest Potuit ergo que modo non potest ⁊ ita ha
Rñsio. buit potentiam quam modo non habet. vñ videtur potentia eius imminuta. Ad quod dicimus. quia sicut omnia semper scit que aliquando sciuit. ⁊ semper vult que aliquando voluit. nec vnquam aliquam scientiam amittit vel voluntatem mutat quam habuerit ita omnia semper potest que aliquando potuit nec vnquā aliqua potentia sua priuatur. Nō est ergo priuatus potentia incarnandi vel resurgendi licet non possit modo incarnari vel resurgere. Sicut enī potuit olim incarnari ita ⁊ potest modo incarnatus esse in quo eiusdez rei potentia monstratur. Unde enim olim scivit se surrecturum. ⁊ modo scit se resurrexisse nec est alia scientia illud olim sciuisse ⁊ hoc modo scire. sed eadem omnino. Et sicut voluit olim resurgere ⁊ modo resurrexisse i quo vnius rei voluntas exprimitur. Ita potuit olim nasci ⁊ resurgere. ⁊ modo ipse potest natus fuisse ⁊ resurrexisse. ⁊ est eiusdem rei potentia. Si enim posset modo nasci ⁊ resurgere. nō esset idem posse Uerba enim diuersorum temporum diuersis prolata temporibus. ⁊ diuersis adiuncta aduerbiis eundem faciunt sensū. vt modo loquentes dicimus. Iste potest legere hodie. cras autem dicimus. iste potest legisse: vel potuit legere heri. vbique vnius rei monstratur potentia. Si autem diuersis temporibus loquentes eiusdem temporis verbis ⁊ aduerbiis vtamur dicētes hodie iste potest legere hodie. ⁊ dicētes cras. iste potest hodie legere. non idez sed diuersa dicimus eaz posse. Fateamur ergo deum semper posse quicquid semel potuit. id est habere omnem illaz potentiam quam semel habuit. ⁊ illius omnis rei potentiam cuius semel habuit. ꝯ non semper posse facere omne illud quod aliquā do potuit facere: potest quidem facere aut fecisse quod aliquando potuit .Similiter quicquid voluit ⁊ vult: id est omnem quam habuit voluntatem. ⁊ modo habet. ⁊ cuiscū q̄ rei volūtatem habuerit. ⁊ modo habet: nō tamen vult esse vel fieri omne quod aliquando voluit esse vel fieri: sed vult fuisse vel factū esse. Ita ⁊ de scientia dei dicendum est.

Circa distinctionem
c quadragesimāquartam. vbi magister tractat vtrum deus potuit fecisse melius res q̄ fecit: quero istam questionē.

Utrum deus possit facere aliter res q̄ ab ipso ordinatum est fieri. Et videtur q̄ non. quia tunc posset facere res inordinate: consequens est falsum. ergo ⁊ antecedens. Contra. res aliter fieri q̄ facte sunt non includit contradictionem. nec est necessarium.

Respondeo In omni agente per intellectum ⁊ voluntatem potente conformiter agere legi recte ⁊ tamen nō necessario agere conformiter legi recte est distinguere potentiam ordinatam a potentia absoluta. Et ratio huius est: quia potest agere conformiter illi legi recte. ⁊ tunc agit secundum potentiam ordinatam. ordinata enim est inquantū est principium exequandi alia conformiter legi recte secundum ordinem prefixum a illa lege. ⁊ potest agere

p:eter illã legẽ vel cõtra eã ꝛ in hoc est potentia absoluta excedẽs potentiã o:dinatã: ꝛ ideo nõ tñ in deo sed in oi agẽte liber q põt agere ꝑz dictamen recte rõis vl'recte legis ꝛ p:eter talẽ legez ꝛ cõtra eã est distinguere potẽtiã o:dinatã ꝛ absolutã· Jõ dicunt iuriste q̃ quis põt hoc facere de facto: hoc est potentia sua absoluta vel de iure hoc est de potentia o:dinata ꝑm iura. Nñ aũt illa lex recta sẽ cũdũ quã o:dinate agendũ est nõ est in potestate agentis tũc potentia ei⁹ absoluta nõ põt excedere potentiã eius o:dinataz circa obiecta a⁹ nisi circa illa agat inordinate necessariũ. n. est illã legẽ stare cõpando ad tale agẽs ꝛ tñ actionez nõ ꝑforme illi legi recte nõ esse rectã neque o:dinatã. q: tale agẽs tenet agere ꝑm illã rectã legẽ cui sb est. vñ oẽs qui subsunt legi diuine si nõ agãt ꝑm illã in o:dinate agũt. Sz qñ in potestate agẽtis est lex ꝛ rectitudo eⁱ⁹ ita q̃ nõ est recta nisi q: statuta tũc põt recte agere agẽdo aliter q̃z lex illa dicet. q: tũc põt statuere aliã legẽ rectã ꝑm quã agat o:dinate. nec tũc potẽtia sua absoluta simpliciter excedit potentiã o:dinatã q: tũc esset o:dinata ꝑm aliaz legẽ sicut ꝑm põzẽ tñ excedit potentiã o:dinatã p̃cise ꝑm p:iozẽ ꝓtra quã vel p:eter quã facit.

Jsta possent exemplificari de p̃ncipe ꝛ subditis ꝛ lege posita ꝛc. Ad ꝓpositũ igit applicãdo dico q̃ leges alique generales recte de operabilib⁹ dictãtes p̃fire sunt a volũtate diuina. ꝛ nõ quidẽ ab intellectu diuino vt p:eceditactũ volũtatis diuine vt dictũ est di. 38. q: nõ inuenit in illis legib⁹ necessitas ex tminis vt qõ ois peccato: finalis dãnabit sz so^m ex volũtate diuina acceptãte que opat. 2^m huiusmõi leges q̃s statuit vel sufficit ad ꝓpositũ dicere q̃ statuunt a diuina sapiẽtia ꝑ^m q̃ intellect⁹ offert volũtati diuine talẽ legẽ puta q̃ ois glorificãd⁹ p⁹ ẽ gratificãdus: si placet volũtati sue q̃ libera ẽ recta ẽ lex ꝛ ita de aliis legib⁹. de⁹ igit agere potẽs ꝑm istas rectas leges: vt p̃fire ff ab eo dr agere secundum potentiam o:dinatam vt autem potest agere multa que nõ sunt ꝑm istas leges iã p:efixas sed p:eẽ illas dr ei⁹ potentia absoluta: q: emz deus potest agere qõ non includit ꝯdictionẽ ꝛ tales sunt multi modi alij ideo dr tunc agere secundũ potentiã absolutã vnde patet quod multa alia potest agere o:dinate ꝛ multa alia posse fieri o:dinate ab illis que fiunt conformiter istis legibus non includit contradictionem: quando rectitudo illius legis secundum quam quis dicit recte ꝛ o:dinate agere est in potestate ipsius agentis ideo sicut potest aliter agere ita potest aliam legem statuere rectam que si statueretur a deo recta esset quia nulla lex est recta: nisi quatenus a voluntate diuina acceptante statuta ꝛ tunc potentia eius absoluta ad aliquid non se extendit ad aliud quaz ad illud quod o:dinate fieret si fieret. non quidem fieret o:dinate secundum istum o:dinem sed fieret o:dinate secundum alium o:dinem quem alium o:dinem ita posset voluntas diuina statuere sicut aliter potest agere. Aduertendum tamen est quod aliquid esse o:dinatum ꝛ o:dinate fieri est dupliciter vno modo o:dine vniuersali quod pertinet ad legẽ cõez fiẽ o:dãtũ ẽz legẽ cõez finaliter oẽz peccatorẽ esse dãnandũ vel si rex statuat q̃ omnis homicida moriatur secundo modo o:dine particulari ꝛ hoc ad iuditium petinet non ad legem quia lex est de vniuersalibus casibus. de casu autem particulari non est lex sed iudicium secundum legem quod est conclusio legis: vt quod iste homicida moriatur, Dico igitur quod deus non solum potest agere aliter quam o:dinatum est o:dine particulari sed etiam aliter quam o:dinatum est o:dine vniuersali sine secunduz leges iustitie potest o:dinate agere: q: tam illa que sũt cõtra illũ o:dinẽ possunt a deo o:dinate fieri de potentia absoluta potentia tñ o:dinata nõ dr ꝑm o:dinez legis vniuersalis nõ aũt ꝑm o:dinem legis recte de aliquo particulari q̃ appareret ex hoc. q: possibile est deuz saluare aliquẽ quẽ nõ saluat qui tñ moriet in peccato mortali finaliter ꝛ damnabit nõ aũt cõcedit ipsum posse saluare iudã iam damnatum: nec tñ hoc est impossibile potentia absoluta dei: q: nõ icludit ꝯdictionẽ: igit istõ. s. saluari. iudã eo mõ est impossibile quõ possibile est saluare istũ: g̃ istũ põt saluare de potentia o:dinata q̃ verũ est: ꝛ illũ nõ: non quidem o:dinatione particulari que ẽ quasi de isto agibili ꝛ opabili particulari tñ: sed o:dine vniuersali: q: si saluaret istũ staret statutũ mõ cũ legibus rectis quas recte p:efixit de saluatione ꝛ damnatione singulo:um staret enim cum ista q̃ omnis finaliter malus dãnabitur que est lex p:efixa de dãnandis: q: iste adhuc non est finaliter peccato:: sed potest esse non peccato:. maxime dum est in via: q: potest deus eum gratia sua p̃uenire: sicut si rex p:eueniret aliquẽ ne faceret homicidium si non dãnat eum non facit contra legem suam vniuersalẽ de homicida: non autem staret cum illa particulari lege q̃ iudam saluaret, iudaz. n. potest p:escire saluãdum de potentia o:dinata sed non isto modo o:dinata sed absoluta ꝛ tamen isto modo vel alio modo o:dinata ꝑm aliquem alium o:dinem. q: ꝑm o:dinem alium tunc possibilem instituit. Potentia igitur absoluta potest iudam saluare. potentia vero o:dinata potest istum peccato:em saluare ꝛz nunq̃z saluabitur. sed lapidem nec potest beatificare potentia absoluta nec o:dinata. Et ꝑm hoc ꝑz respectu cuius dr potẽtia absoluta in deo. s. inq̃ntũ põt ꝯ legẽ vniuersalẽ ꝛ nõ ꝯ legẽ particularẽ. Qualit aũt volũtas diuina possit circa particularia ꝛ circa leges rectas instituẽdas volẽdo oppo^m eⁱ⁹ q̃ nũc vult dictũ ẽ. s. de hoc di. 39. Ad ar^m p:imũ ꝑz q̃ ꝓpositia nõ vz. q: si faceret alio mõ res q̃z modo o:dinatũ est eas fieri. non ꝓpter hoc inordinate fierẽt. q: si tunc statueret alias leges ꝑm quas fierent: eoipo o:dinate fierẽt. Ad p̃^m ar^m in oppo^m p:edo q̃ ꝓbat dr po^a absoluta q̃ tñ si cẽt p̃n^m alicui⁹ cẽt eoipo o:diata: sz non q̃z o:dinez ab eo p:efixũ eundẽ quem p:imo habuit.

Jsta est distinctio xliii huius

primi libri. In qua magister post q̃z ostendit quanta deus possit. ostendit qualia possit. Et tria facit. Nam primo inquirit an deus possit facere res meliores q̃z fecit. Secundo an possit eas facere meliori modo q̃z fecit. Tertio an modo possit omnia que olim potuit. Primum facit a principio distinctiõis vsq; ibi. Post hec considerandum. Secundum ab inde vsq; ibi Preterea queri solet. Tertium vsque ad finem distinctionis. Et tantum in generali. In speciali sentẽtia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Deus potest totum vniuersum seu mundum facere meliorez. Hanc probans recitat quomodo quibusdam videbatur deum non posse facere res meliores q̃z fecit. quia si potuit ꝛ non fecit. inuidus fuit. confirmantes opinionez suam auctoritate beati augustini. qua supra magister probauit patrem filium genuisse sibi coequalem. ꝛ ibidem dicit q̃ si potuit filium sibi coequalem generare ꝛ non fecit: tunc inuidus fuit. ꝛ sic in proposito. Et respondet magister q̃ non est simile. eo q̃ filius sit de substantia patris. ꝛ non creatura. Postea probat q̃ deus potest facere res meliores q̃z fecerit. ꝛ hoc sic. Nam si non potest. aut hoc esset q: creatura est summe bona quod falsum est. quia tũc creatura creatori equalis esset. Aut quia creatura non ẽ capax talis melioratiõnis. ꝛ hoc iterum non obstat quia deus posset dare creature meliorem capacitatem. ꝛ ita posset facere meliores q̃z facit. Secunda propositio est hec. Ex parte rerum ꝛ non ex parte sui deus potest facere quamlibet rem meliorem. Hanc probat magister querens. vtr deus possit facere meliori mõ res q̃z fecit. Et respondet q̃ si modus ad scientiam artificis referat. tũc nõ põt de⁹ meliori mõ facere modum. Si vo

modus faciendi ad rem factam referatur, tunc deus potest eque bona ⁊ minus bona ⁊ meliora facere. Tertia propositio est hec. Divina potentia non est magis nunc limitata ad faciendum omnia q̄z vnq̄z fuit. Hanc probans magister querit. An deus posset quicquid potuit. Et arguit q̄ non: quia potuit non incarnari ⁊ nō nasci. quemodo non potest. Et respondet. sicut omnē sciētiam quam habuit habet modo, non tamen eodem modo. Ita respectu cuiuscunq̄z rei potentiam quam habuit habet ⁊ modo. non tamen ista potentia eodem modo se habet semper. vnde semper potentia dei se extēdit ad carnis assumptionem que cum semel assumpta est non potest de nouo iterum acquiri. sed per eandem potentiam per quam potuit incarnari potest modo incarnatus fuisse, sicut per eandem potentiam homo potest hodie legere ⁊ heri legisse. Et tm̄ in speciali.

De voluntate dei que essentia dei vna est et eterna: ⁊ de signis eius.

D.45 **Am de voluntate dei aliquid p sensus nostri imbecillitate dicendum est.**

Sciendum est ergo. quia voluntas siue volēs de deo ꝓz essentiam dicitur. Non est enim ei aliud velle ⁊ aliud esse: sed omnino idem. Et sicut idem ē ei esse bonum quod esse deum. ita idem est ei esse volentem quod esse deum. Nam voluntas qua semp volens est: non affectus vel motus est qui in deum cadere non valet. sed diuina vsia: qua volens est deus ⁊ hmōi.

Q̄ꝫ idem sit deo velle quod esse: non tamē potest dici deus esse omnia que vult.

Et licet idem sit deo velle quod esse: non tamen dicendum est omnia q̄ vult.

Obiectō quorundam.

Quod quidam de dei voluntate nō recte sentientes nobis obiciunt dicentes. Si idem est deo velle quod esse. ergo cuꝫ dicim⁹ deum velle omnia que facit. dicimus eum esse omnia que facit. alioquin non ibi illo verbo idē significatur. quod significatur hoc verbo esse: cum de deo dicitur. Et si ita est non sēper dicitur de deo velle secundum essentiam Si vero secundum essentiam non dicitur aliquando: quomodo ergo dicitur de deo. Relatiue enim nunquam dicitur. Ad quod dicimus. quia licet idem penitus sit deo velle q̄ esse: non tamen potest dici omnia que vult: sicut idem est deo esse quod scire. nec tamen sicut dicitur scire omnia. ita quoq̄z potest dici esse omnia.

Rāsio plenaꝫ ꝓtinens solutōez

Quis sit sensus horum verborum deus scit vel deus non vult. Item deus scit omnia vel vult aliquid ⁊ quid de deo in his predicetur.

I

At vbicunque deus dicitur scire vel sciens vel velle vel volens hec de eo secundum essentiam dicuntur.

Cum cuiꝫ dicitur deus scit vel deus vult, siue deus est sciēs vl volēs. essentia diuina predicatur. ⁊ deus esse enunciatur. Cum autem additur omnia vel aliquid vel aliqua. ⁊ dicitur deus scit omnia vel vult aliquid vel aliqua. essentia quidem diuina predicatur. non simpliciter ⁊ absolute. sed ita vt scientie que ipse est omnia subiecta monstrentur. ⁊ voluntati que ipsa eadem est aliquid vel aliqua subiecta esse dicantur. vt talis fiat sensus. deus scit omnia. ideſt deus. est cuius scientie que ipsius essentia est. omnia subiecta sunt. Similiter deus vult hec vel illa. id est. deus cuius voluntati que ipsa est hec siue illa subiecta sūt

Volens ergo siue velle dicitur deus secundum essentiam. cuius voluntas essentia est sēpiterna ⁊ immutabilis licet ea uarientur ⁊ trāseant que ei subiecta sunt. que non potest esse iniusta uel mala. quia deus est.

Quod dei uoluntas summe bona ē omnium que naturaliter sunt cuius causa non est querenda. quia nullam habet cum sit eterna.

Hec itaq̄z summe bona voluntas causa est omnium que naturaliter fiunt uel facta siue futura sunt que nulla preuenta est causa quia eterna est. Ideoque causa ipsius querenda non est.

Hic dic̄ ḡrecius cā ḡrenda nō est Augu⁹.

Ami enim eius causam querit aliquid maius ea querit. cum nihil ea maius sit. Unde Augustinus. in libro octuagintatrium questionum. Qui quesrit quare uoluerit deus mundum facere. causam querit uoluntatis dei. Omnis autem causa efficiens maior est eo quo efficitur. Nihil autem maius est uoluntate dei. Non ergo eius causa querenda est. Idem in libro contra manicheos. Si qui dixerint quid placuit deo facere celum ⁊ terram. Respondendum est eis. qui uoluntatem dei nosse desiderant causas et voluntatem dei scire querunt. q̄ uoluntas dei omniū q̄z sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam uoluntas est aliquid quod antecedit uoluntatem dei. quod nephas est credere. Qui ergo dicit quare fecit deus celum ⁊ terram. respondendum est illi quia vult voluntas enim dei causa est celi ⁊ terre. ⁊ ideo maior est uoluntas dei q̄ celum ⁊ terra. Qui āt dicit. quare uoluit facere celū ⁊ terrā. maiꝰ aliquid querit quam est uoluntas dei nihil autem maius inuenīri potest. Compescat se ergo humana temeritas. ⁊ id quod nō est non querat ne id quod est non inueniat.

Ecce his auctoritatib⁹ aperte insinuatur q̄ uoluntatis dei causa nulla est ⁊ ideo querenda non est.

Quod voluntas dei prima ⁊ summa causa est omnium.

Augu⁹. **Voluntas ergo dei ut** ait Augustinus i tertio libro de trinitate prima ⁊ summa causa est omnium specierum atq; motionum. Nihil enim fit quod non de interiori atq; intelligibili aula summi imperatoris egrediatur secundum ineffabilem iusticiam. Ubi enim non operatur quod vult dei omnipotentis sapientia. que pertingit a fine vsq; ad finem fortiter. ⁊ disponit omnia suauiter. ⁊ non solum facit ea que perseuerantia consuetudinis admiratione non admittunt. sed etiam ea que propter raritatem ⁊ insolitum euentum mira videntur. vt sunt defectus luminarium ⁊ terremotus ⁊ monstruosi animantium partus ⁊ his similia. quorũ nihil fit sine voluntate dei. sed plerisque non apparet. Ideoq; placuit vanitati philosophorum etia causis aliis ea attribuere. cum omnino videre non possent superiorem ceteris omnibus causam. id est voluntatem dĩ Itaq; non nisi dei voluntas causa prima est sanitatis egritudinis. premiorum atq; penarum gratiarum ⁊ retributionum Hecergo sola est vnde ortum quicquid est. ⁊ ipsa non est orta sed eterna.

Quibus modis accipitur dei voluntas.

Que vere ⁊ propie dĩ dĩ volũtas ⁊ ea dicitur bene placitus

Hic nõ est pretereundus nobis quod sacra scriptura de voluntate dei variis modis loqui consueuit. ⁊ tamen non est dei voluntas diuersa. sed locutio diuersa ẽ d volũtate. q; noie volũtatis diuersa accipit. Nã volũtas dei uere ac proprie dicitur que in ipso est ⁊ ipsius essentia est. ⁊ hec una ẽ nec multiplicitatem recipit nec mutabilitatẽ que inexpleta esse non potest. de qua propheta ait. Omnia quecunq; uoluit dominus fecit. Et apostolus. Volũtati eius quis resistet Et alibi. Ut probetis que sit uoluntas dei bona ⁊ benepalacens ⁊ perfecta. Et hec voluntas recte appellatur beneplacitum dei siue dispositio.

Quod secundum figuram dicitur voluntas dei preceptio. prohibitio. consilium. permissio operatio ⁊ ideo pluraliter dicit scriptura voluntates.

Aliquando vero secundus quandam figuram dicendi voluntas dei vocatur. q; secundum proprietatem non est voluntas eius vt preceptio. prohibitio. consiliũ necnon permissio ⁊ operatio. Ideoq; pluraliter aliquando scriptura volũtates dei pronũciat. Unde propheta. Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius: cum non sit nisi vna voluntas dei que ipse est. pluraliter tamen dicit voluntates: quia volũtas dei vãriis modis ac p diuersis accipitur vt dictum est. Ita etiam idez propheta propter multos effectus misericordie ⁊ iusticie pluraliter dicit. Misericordias domini in eternũ cantabo. Et alibi. Justicie domini recte letificantes corda: cum tamen in deo vna sit misericõdia: vna iusticia: ⁊ vna eademq; sit misericordia que iusticia. s. diuina vsia.

Quare preceptio ⁊ prohibitio ⁊ consiliuz dicantur dei voluntas.

Ideo autem preceptio ⁊ prohibitio atq; consilium cum sint tria. dicit tamen vnumquodq; eorum dei voluntas: quia ista sunt signa diuine voluntatis: quemadmodum ⁊ signa ire dicuntur ira: ⁊ dilectionis signa dilectio appellantur: ⁊ dicitur iratꝰ deus. ⁊ tamen non est ira in eo aliqua: sz signa tantum que foris sunt. quibus iratus ostenditur. ira ipius nominatur: ⁊ est figura dicendi. secundum quam non est falsuz quod dicitur sed verum quod dicitur sub tropi nubilo obumbratur. Et secundum hos tropos diuerse voluntates dei dicuntur: quia diuersa sunt illa que per tropum voluntas dei dicuntur.

Ubi voluntas dei pro precepto ⁊ consilio accipiatur

Pro precepto dei atq; consilio potest accipi voluntas: vt ibi. Fiat volũtas tua sicut in celo ⁊ in terra. Et alibi. Qui facit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse frater meus ⁊ soror ⁊ mater est. Et contra hãc voluntatem multa fiunt. Unde Augustinus in libro de spiritu ⁊ littera. Infideles inquit contra voluntatem dei faciunt: cum eius euãgelio non credunt. Augu⁹.

Q; deus non vult ab hominibus fieri omnia que precepit. vel non fieri que prohibet.

Etsi illa tria dicũtur dei uoluntas: ideo quia signa sunt diuine voluntatis: non est tamen intelligendum deum omne illud fieri velle quod cuicũq; precepit. vel non fieri q; ꝓhibuit. Preceptũ enim abrae immolare filium: nec tamen voluit: nec ideo precepit vt id fieret: sed vt abrae probaretur fides. Et in euangelio precepit sanato ne cui diceret. ille autem predicauit vbiq; intelligẽs deum non ideo prohibuisse quin vellet opus suum predicari: sz vt daret formam homini laudem humanam declinandi.

De permissione ⁊ operatione, vbi dicantur dei voluntas.

Permissio quoque dei ⁊ operatio voluntas dei appellantur. qualiter

Augu⁹. accipit Augu⁹ in enchi. dicẽs. Non fit aliqd nisi ops fieri velit. vel sinendo vt fiat. vel ipse faciẽdo. Nec dubitandũ ẽ deum facere bene. etiã sinendo fieri quecũqz fiũt male. nõ. n. hec nisi iusto iudicio dei fiunt. ⁊ pfecto bonũ ẽ oẽ quod iustũ est. Ecce hic manifeste hẽmus di voluntatẽ appellari ipius opationẽ vel pmissionez cuz dicit non fieri aliquis. nisi ops fieri velit: vbi includit ⁊ bona ⁊ mala oia q̃ fiunt. Ideoqz apte distinguit quõ deũ velle dixerit ne eadẽ rõne itelligeret velle bona ⁊ mala sub deus. vel sinẽdo vt fiat: hoc quãtum ad mala dicit. vel ipa faciẽdo. hoc q̃tũ ad bona. Nã la. n. finit fieri. sed nõ facit. bona vero ipe facit Jõqz dixit eum velle. qz ⁊ volens mala finit. ⁊ volẽs bona operat. ⁊ ob hoc pmissio ⁊ opatio voluntas dei dicuntur.

Quinqz supra sunt proposita que dicuntur sẽ cũduz tropũ. ⁊ ideo distinguat lector vbique pro quo eorum accipiatur voluntas.

Quinqz ergo supra posita sunt que dicuntur scõm tropum dei volũtas quia signa sunt diuine voluntatis que una ẽ ⁊ immutabilis. s. beneplacitum. Jdeoqz diligenter distinguat lector vbi de voluntate dei scriptura commemorat iuxta quem modum accipi oporteat. s. pro beneplacito dei. an pro aliquo signorum eius. Nã magna enim est adhibenda discretio in cognitione diuine uolũtatis quia ⁊ beneplacitũ dei est voluntas eius ⁊ signum beneplaciti eius dicitur uolũtas ei⁹ Sed beneplacitum ei⁹ eternum est. signa uero beneplaciti non. Et consonat rex effectib⁹ beneplacitũ ipius. ⁊ ipi effectus rerum ab illo non discordant. Fit. n. omne quod beneplacito uult fieri: ⁊ oẽ quod nõ uult fieri. nequaq̃ fit. Nõ ita aũt est de signis. qz pcepit de⁹ multis ea que nõ faciunt. ⁊ pbibet que non cauẽt ⁊ consulit que non implent.

Jrca distinctionez 45. quero vtrum de⁹ ab eterno voluit a⁹ a se Rõ non. qz tũc in volũtate diuia fuisset relatio realis ad creaturã. consequens est falsuz. sicut pz di. 30. g̃ ⁊ añs: pbatio ꝓntie p⁹ de⁹ vult aliqd q̃ itelligat se velle illõ fit illud a. qz sicut dictũ est di. 39. certitudo intelle⁹ diuini circa futura contingentia non est sine rectitudine volũtatis ergo rõ illa q̃ẽ in volũtate diuina prim o ad. a. precedit oẽm cõsiderationez intellectus de illa volitione: igiẽ nõ est in voluntate siue in volitione: igitur non est in voluntate siue in volutione vt cognita est sed vt in se est ⁊ per ꝓns est ibi ex nã rei ⁊ nõ incognito vt cognitũ est. Cõtra si nõ voluit ab eterno ⁊ nec mõ vult denouo: qz eẽt mutabilis: g̃ nihil vult.

Respondeo ois potentia operatiua perfecta põt esse pncipiũ operãdi circa quodcunqz obm natũ respici a tali potẽtia. sicut perfectus intellectus põt esse pncipiũ intelligendi quodcũqz intelligibile ⁊ perfect⁹ visus põt esse pncipiuz perfecte videndi quodcunqz visibile: igit cũ in deo sit volũtas formaliter ex di. 2ª. ⁊ ẽt summe perfecta q̃z infinita ex eadẽ di. sequit q̃ ipa põt eẽ pncipiuz volendi quodcunqz volibile. nõ enuz põt eẽ pncipiũ volendi aliquid ex tpe. qz hoc non põt eẽ sine mutatione alicui⁹ ⁊ nõ obi voliti quia obiectũ volitũ nõ hẽt esse nisi qz volitũ: ⁊ qz bz eẽ in volũtate diuina: ergo ipa mutatio eẽt ipius voluntatis sicut deductũ est di. 39. de rõe ipsius volũtatis: g̃ voluntas diuina põt in eternitate sua esse pncipiũ volendi quodcunqz volibile: nõ est autez rõ volendi simul oppoſa⁹ ambo. qz illi respectus nullius põt esse simul. nec est ratio volẽdi neutrũ qz tunc in creaturis nihil tale esset a deo: ⁊ per ꝓns nihil causaret in creaturis qz ptingentia non põt esse in deo nisi a parte voluntatis sicut deductũ est di. 39. g̃ in eternitate est rõ volendi alterũ oppositũ in quibuscũqz aliis a se

Ad argumneta Respõdeo sicut dictũ est pus di. 30. de relationib⁹ ex tpe q̃ terminãt ad deum sub rõne mere absoluta. ⁊ simimili modo de idcis dist. 35. ⁊. simili modo de omnipotentia dei. di. 43. que est mere absoluta ꝓm q̃ est attributũ diuinũ. ⁊ sic terminat relationem creature possibilis ad deuz: ita dico hic q̃ volũtas diuina sub ratione mere absoluta terminat respectũ voliti ad ipsaz qõ quidẽ volitione diuina producit inesse volito ⁊ in eternitate sicut intellectus producit inesse cognito vel intellecto: ⁊ simili modo dicẽdũ est de eẽ voliti: sicut dictũ est de esse cogniti. di. 36. Dz tũc argues si volitũ hẽt relationẽ ad voluntatẽ diuinã aut g̃ habet relationẽ realẽ aut secundũ rõnez tantũ: si realez igit fundamentuz suũ est reale. g̃ illa res habet esse reale ab eterno. Si relationẽ rõnis tantũ. Cõtra nõ est per actũ intellect⁹ diuini cõparantis oẽm illud ad intellectũ suũ: g̃ non est relatio rõnis ea licet enĩ intellectus diuinus pus comparet illud oẽm vt cognitũ ad intellectũ suũq̃ sit volituz ab ipo ⁊ in illo priori causaret relationẽ rõis ipsius obiecti vt cogniti ad intellectum suuz nõ tamẽ videt causare aliq̃ rationẽ eius ad volũtatẽ. Licz hic posset responderi q̃ ista relatio voliti ad volũtatez sit per actũ intellectus diuini comparantis oẽm volitũ ad voluntatẽ suaz: qz p⁹ cõpat oẽm ad voluntatẽ suaz q̃z cõparet ad intellectũ. suum Si poneret idẽ esse sufficere in obo intellectus vt obiectũ est cognitũ ⁊ voluntatis vt volituz est ⁊ q̃ nullo mõ esset volituz pns volũtati nisi quia pns fuit intellectui. Tamẽ respõdeo alr q̃ in isto obo vt volito ẽ rlo alia ad volũtatẽ diuinã q̃z illa que in eo est vt intellecti ad intellectũ diuinũ. ⁊ ista a⁹ rlo nõ est rlo realis: nec tamẽ est rõnis loquẽdo stricte de relatiõe rõis s. ĩtellect⁹. nec ista diuisio est sufficiẽs q̃ ois relatio aut est realis aut rõnis accipiẽdo relationẽ rõis stricte. qz ois potentia que potest habere actũ circa obiectũ existẽs nõ vt existens est ⁊ illud obiectuz potest actu suo cõparar ad aliud ad quod tale obz nõ cõparat ex natura rei potest in obiecto vt obiectum est causare relationem ipsius ad aliud que quidem relatio non est realis quia nõ est ex nã obi in se nectũ ẽ stricte rationis quia non semper illa põ ꝓpans ẽ rõtiũ sine põ ratiocinatiua. potest. n. voluntas vtens aliquo bono ad finẽ causare in obo illo relationem ad illum finẽ: ⁊ nec ẽ illa realis relatio. qz nõ ẽ in aliquo obo ex nã rei sz ex cõparatione volũtatis cõferentis. põt. n. vti deo ad creaturam. nec est illa relatio rõnis. qz potentia ista cãns istã cõparationẽ non ẽ rõ siue intellectus siue imaginatio dicat talis virt⁹ collatiua siue quecũqz alia. certum ẽ enuz q̃ volũtas est talis potentia collatiua ⁊ cõparatiua ⁊ imaginatiua. ita bñ sicut potẽtia intellectiua: ⁊ iõ certũ ẽ q̃ vtraqz istarum potentiarum põt oẽm suũ cõparere ⁊ in obo suo cãre relationez nõ realẽ. qz nõ eẽt ibi ita esse ex nã rei sine oi cõparatiõe. nec relationem rõnis stricte sũptam ꝓ relatione cãta ab intellectu. sz eam q̃ qz cõcomitetur relatio rõnis cãta ab ĩtellectui: sed voluntas diuina ⁊ ẽt volũtas ois quicqd de imaginatio

ne de ḡnuuc nō potest cōparare seipam ad obmin ee
volito ab eterno ⁊ econuerso. ⁊ sic pōt in obo cāre rela-
tionem rationis ad ipsam.

Ista est distinctio. xlv. hui⁹ primi libri. In qua ma
gister postq̄z egit de scientia dei ⁊ de eius po
tentia. incipit agere de eius voluntate Et circa hoc tria
facit. Nā primo ostendit quid sit voluntas dei. Scdo
quid possit. Tertio quot modis accipitur Primū facit
a pncipio distictiōis vsq̄z ibi. His itaq̄z sume. Scd̄z
abinde vsq̄z ibi. Hic nō est pretermittenduz. Tertium
vsq̄z ad finē distinctiōis. Et tantuz in generali. In spe
ciali sententia magistri stat in trib⁹ propositionibus q̄
rū prima est hec. Quāuis voluntas dei sit idem q̄ de⁹
vel diuina essentia. nō tn̄ est illa que sibi. i. volūtati sb
ditur. Hanc probās magister proponit q̄ voluntas sit
idē. q̄ diuina cēntia realiter. ⁊ differens ab ipsa solum
rōne sicut ⁊ scientia propter quā diuersitatē aliqua attri
buūtur voluntati⁹ dei que non attribuunt essentie. vñ
dicitur deus vult omnia. non tamen pōt dici deus est
omnia nō obstante identitate voluntatis ⁊ essentie.
Scda propositio est hec. Nō est querenda causa volun
tatis diuine cū ipsa sit causa omniū que producunt in tē
pore. Hanc probās magister dicit q̄ volūtatis dei cau
sa querenda nō est. quia sic ipsa nō ēet causa prima ⁊ ha
beret aliquid maius se. quod est falsū. sed ipsa est causa
vniuersalis omniū non soluz que fiunt fm cursuz natu
re sed etiā mirabiliter. Tertia propositio est hec.
Quāuis voluntas dei beneplaciti in se sit nisi tantuz
vna. tamen volūtas signi per quinq̄z signa distinguitur.
Hanc magister probans dicit q̄ voluntas dei
multipliciter nominat. Aliquando accipit propriē fm
q̄ est ipsa diuina cēntia Aliquādo vero accipit pro pre-
cepto. p prohibitione. consilio. permissione ⁊ operatio
ne voluntatis diuine que omnia dicuntur voluntates
dei. iō quia sunt signa voluntatis dei. nō autē sunt ita
signa q̄ deus velit huiusmodi omnia fieri. sed quia ad
modū volūtatis se habent. Et subdit q̄ prima volūtas
dicit voluntas beneplaciti. Alie voluntates dicuntur
voluntates signi. Et differunt in hoc. quia voluntas
beneplaciti est eterna. reliq̄z vero sunt temporales. Et
voluntas beneplaciti semper implet. Alie vero non.
Et tantū de sententia hui⁹ distinctionis. in speciali.

Illi sententie qua dictū ē dei voluntatez non
posse cassari q̄ ipe est queda vident obuiare.

Di.46 b

Hic oritur questio

Dictum est enim in superiori
bus ⁊ auctoritatib⁹ cōmuni
tum q̄ voluntas dei que ipse
ē vocat q̄ bīplacitū ei⁹ cassari
nō pōt quia illa voluntate fecit quecunq̄z vo
luit in celo ⁊ in terra. cui teste apostolo nihil
resistit. Queritur ergo quomodo accipiendū
sit quod apostolus de domino ait. Qui vult
omnes homines saluos fieri. Cum enim nō
oēs salui fiant. Sed damnentur. videtur vti
q̄z non fieri quod deus vult fieri humana. s.
voluntate impediente voluntatem dei Do
minus quoq̄z in euangelio impiā ciuitatē cō
pellās. Quotiens inquit uolui cogregare fili
os tuos sicut gallina cogregat pulos suos sub
alis ⁊ noluisti. Ita hec dicuntur tanquā dei
volūtas supata sit hominū voluntate. ⁊ infir
missimis nolēdo impedientibus. nō potue
rit facere potentissimus quod volebat. Ubi

est ergo illa omnipotentia. qua in celo ⁊ in
terra secunduz prophetaz. omnia quecunq̄z
voluit fecit: ⁊ quomodo voluntati eius secū
dum apostolum nihil resistit. si colligere fi
lios hierusalem voluit ⁊ non fecit. Hec enim
predictis plurimum obuiare videntur.

Solutio quomodo intelligenduz sit illud vo
lui congregare ⁊ noluisti.

Sed audiamus solutionez

ac primum quomodo accipiendum sit illud
quod dominus ait: videamus. Non enim Augu⁹.
ex eo sensu illud dictum est: vt ait augustinus in enchi.
in enchi. predictam questionez soluens: qua
si dominus voluerit congregare filios hieru
salem. ⁊ non sit factum quod voluit. quia ipa
noluerit: sed potius ipsa quidem filios suos
ab ipso colligi voluit: qua tamen nollente fili
os eius col egit. ipse omnes quos voluit:
quia in celo ⁊ in terra non quedam voluit ⁊ fe
cit: quedam vero voluit ⁊ non fecit: ſz omnia
quecunque voluit fecit: vt sit sensus. Quotiēs
volui congregare filios tuos ⁊ noluisti. id est
quotquot congregaui mea voluntate semper
efficaci. te nolente feci. Ecce in euidenti positū
est q̄ illa domini verba superioribus non re
pugnant.

Quomodo intelligendum sit illud. qui vult
omnes homines saluos fieri.

Nunc videre restat quomō

etiam premissa verba. a postoli pr. dictis non
contradicāt. qui de deo loquens ait: vult om
nes homines saluos fieri. Quorum occasiōe
verborum multi a veritate deuiauerunt dicē
tes deum multa velle fieri que non fiunt. Sz
non est intelligendum ea ratione illud esse di
ctum: quasi deus vellet aliquos saluari ⁊ non
saluentur. Quis enim tam impie desipiat: vt
dicat deuz malas hominū vo⁹untates quas
voluerit ⁊ quando voluerit: ⁊ vbi voluerit:
in bonum non posse conuertere. Non est vti
q̄z verus quod in psal. dicitur. Quecunq̄z vo
luit fecit: si aliqua voluit ⁊ non fecit. si quod ē
indignus ideo non fecit. quoniā ne fieret q̄d
volebat omnipotens. volūtas hominis im
pediuit. Ideoq̄z cum audimus ⁊ in sacris sit
teris legim⁹ q̄ velit omnes homines saluos
fieri: non tamen ideo debemus omnipoten
tissime dei voluntati aliquid derogare. sz ita
intelligere quod scriptum est. Ut q̄ omnes
homines saluos fieri. tanq̄ diceretur nullus
hominem fieri saluum nisi quem saluum fie
ri ipse voluerit. non q̄ nullus sit hominum
nisi quem saluum fieri uellit. Sed q̄ nul
lus fiat saluus: nisi quem uelit saluari: ⁊ ideo
rogand⁹ est ut uelit. quia necesse est fieri si uo

luerit. ¶Nō est.n. credēdus oipotēs aliquid voluisse fieri qō factū nō sit. Sic ēt intelligit illō ¶Illuminat oēm hoiem veniētē in hūc mūdū nō q; nullus hoium est qui non illuminetur sz q; nisi ab ipso nullus illuminatur. ¶Dōt ⁊ alio mō illud intelligi dū tm credere cogamur om nipotētē aliqd fieri voluisse factūqz ñ eē q sine vllis ambiguitatib⁹ sicut in celo ⁊ in terra, sicut veritas cantat oia quecūqz voluit fecit. pfecto facere nō voluit quecūqz non fecit. Ex his apte oñditur q; deus ea volūtate que ipse est nō vult aliqd fieri qō nō fiat. neqz ñ fieri qō fiat

Quō intelligit illud. Illuminat oēm hominē veniētē ⁊c

Utruz mala dei voluntate fiāt an eo nolēte

Ideoqz cum constet omnia

bona que fiūt eius fieri volūtate que fieri nol let nullatenus fierēt recte queri solet. Utrum ⁊ mala oia que fiūt. i. pctā dei fiāt voluntate. an nolente eo fiant. Sup hoc diuersi varia sentiē tes sibi cōtradicere iuenīūtur. Alii.n. dicunt q; de⁹ vult mala eē vel fieri nō vult tm mala. Alii vo q; nec vult mala est nec fieri. ī hoc tm ꝓueni unt ⁊ hi ⁊ illi. q; vtiqz fatentur deū mala ñ vel le. Utriqz vero rōnibus ⁊ auctoritatibus inni tuntur ad muniendam suam assertionem.

Que super hoc a diuersis dicunt. Alii dicūt deuz velle mala eē vel fieri alii non

Quare dicunt quidam deum velle mala esse vel fieri.

Qui enim dicunt deū ma

la velle eē vel fieri suam his modis munīūt in tentionem. Si enim inquiunt mala non esset vel non fieri vellz nullo modo essent vel fierent q; si vult ⁊ non esse vel non fieri. ⁊ non potest id efficere. scilicet. vt non sint vel non fiant. voluntati eius ⁊ potētie aliquid resistit. ⁊ non est oipotēs q; non potest oē quod vult. sz ipotens est sicuti ⁊ nos sum⁹ qui quod volu mus qñqz non valem⁹ sz q; omps ē ⁊ in nul lo impotēs certū est nō posse fieri mala vel eē. nisi eo volente. Quō eo inuito eo ⁊ nolēte possz ab aliquo malū fieri cū scriptū sit. volūtati eius qs resistet. Supra ēt dixit Aug. q; necesse ē fie ri si voluerit. Sed vult mala fieri aut non fieri Si vult nō fieri nō fiūt fiūt aūt vult ergo fieri Itē bonū ē mala eē vel fieri. aliogn sūme bon⁹ nō p̄mitteret ea fieri. Ūñ aug in enchi. Quan uis ea inqt que mala sunt inquātū mala sūt nō sūt bona. tū vt ñ solū bona sz ēt sint ⁊ mala bo nū ē. ¶Nā nisi eēt hoc bonū vt eēnt ⁊ mala nul lo mō eē sinerent ab oipotēti bono. cui procul dubio q; facile eē qō vult facē tā facile ē quod nō vult esse nō sinere. ¶Hec nisi credam⁹ pieli tat̄ nostra cōfessio qua nos in patrez oipotētē credere cōfitemur. Ecce hic apte hēs q; bonū ē mala eē oīs aūt bonū de⁹ auctor ē qui vult oē bonū eē quod ē. Cū ergo bonuz sit mala fieri vel eē. ergo ⁊ mala vult fieri vel eē. ¶Dis atqz

Prima rō illoz q; dicunt deū vel le mala fieri.

Secūda rō

Tertia ratio.

Aug. in enchi.

aliis huiusmodi rationibus ⁊ auctoritatibus vtuntur qui dicūt deū velle mala eē vel fieri.

¶Dic ponit rōnes illoruz qui dicunt deum vo luntate non fieri mala vel non eē.

Illi vero qui dicunt deivo

luntate mala non fieri vel non eē inductiōibus premissis ita respondent dicentes deum nec velle mala fieri nec velle non fieri vel nolle fie ri. sed tm̄ non velle fieri. Si enim vellet ea fie ri vel esse faceret vtiqz ea fieri vel esse. Et ita es set auctor malorum. ¶Non est autē auctor ma lorum vt sanctorum protestantur auctoritates non ergo eius uoluntate fiunt mala. Item si nollet mala fieri uel uellet non fieri. ⁊ tamen fierent omnipotens non esset et cum eius uolū tas humane uoluntatis effectu impediretur. Ideoqz non concedunt deum uelle mala fie ri ne malorum auctor intelligatur nec cōcedūt eum uelle mala nō fieri uel nolle fieri ne impo tens esse uideatur. sed tm̄ dicunt eum non uel le mala fieri ut non auctor sed permissor malo rum monstretur. Unde ⁊ euangelista, ubi ostē dit deum auctorem esse omnium bonorum di cens. Omnia per ipsum facta sunt. Cōtequē ter malorum auctorez esse negat di. Et sine ip so factum est nihil. i. peccatum. ¶Non dixit per eum factum esse uel eo nolente ⁊ inuito: sed tm̄ sine eo. i. sine eius uoluntate. q; non eius uolū tate fit peccatum. non ergo deo uolente uel no lente. sed non uolente fiunt mala. Quia non subest dei uoluntati ut malum fiat uel non fiat sed ut fieri sinat quia bonum est sinere mala fi eri: ⁊ utiqz uolens sinit nō uolens mala. sz uo lens sinere ut ipsa fiant. Quia nec mala sūt bo na uel ea fieri uel esse bonum est.

Quare ñ sit verū deū vel le mala fieri.

¶Die q; ritur an sit verū dū velle ñ fi eri mala vel uolle fieri.

Quomodo intelligendum sit illud Augu stini mala fieri bonum est.

Quod uero Augustinus

ait. ¶Mala fieri bonum est nec sinerentur ma la ab omnipotenti bono fieri. nisi hoc essz bo num vt ea essent ea ratione dictum esse asserūt. quia ex malis que fiunt de⁹ bona elicit. nec ip se permitteret ea fieri nisi de eis bene aliquid fa ceret. Unde augustinus in eodem libro enchi ridion aperte indicans predictorum verborū talem esse intelligentiaz ait. Deus omnipotēs cui rerum est summa potestas cum summe bo nus sit nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis nisi vsque adeo esset omnipo tens ⁊ bonus vt benefaceret etiam de malo. Item in eodem. ¶Melius iudicauit deus de malis bona facere q; mala nulla p̄mittere. Ex hoc itaqz sensu dictuz est ac verū bonū est ma la fieri. q; ex malis que fiūt bonis qui secūdū propositum vocati sunt sancti accidit bonitaz

Dō verū sit deū ñ velle ma la fieri.

Dō non do v olē te vel no lēte sz nō volēte fi ant ma la.

Aug. cōfirmat illā sēntiaz alia auctoritate eiusdez.

idest vtilitas. Talibus enim vt ait apostolus in bonum cooperantur omnia etiã mala quia eis psunt que alijs facientibus obsunt. Ãñ etiam aliquãdo in scriptura legitur malũ appellari bonum vt Hieronymus super Marcuz Malum inquit inde bonum fuit. s. nob. nec si bonum est illi vel illi: inde sequitur q̃ simpliciter bonum sit, ppꝛie enim ac simpliciter bonum est qd̃ in se ⁊ facienti bonum est.

Quadripartita boni acceptio.

Est enim aliquid quod in se bonum ẽ ⁊ cui fit. sz nõ est bonũ faciẽti. vt cũ subuenit̃ pauperi. sed non propter deuz. ⁊ aliquid boni in se ⁊ facienti. sed non ei cui fit. vt cum veritas propter deum alicui non obediẽti p̃dicatur ⁊ aliqd i se ⁊ faciẽti ⁊ ei cui fit bonuz vt cum veritas predicatur propter deum credenti. Unde apostolus. Bonus odoꝛ sum⁹ deo. aliis odoꝛ vite. aliis odoꝛ mortis. Est autem aliud quod nec in se bonum est: ⁊ facienti nocet ⁊ damnat nisi peniteat vt malum. valet tamen ad aliquid. Ut enim ait augu. in enchi. A summe ⁊ equaliter ⁊ immutabiliter bõa trinitate creata sunt omnia. nec summe nec equaliter: nec mutabiliter bona. sed tamen bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bõa Quia ex omnibus cõsistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In quaetiam illud quod malum dicitur. bene ordinatum ⁊ loco suo positum eminẽtius commendat bona. vt magis placeant ⁊ laudabiliora sint dum comparãtur malis.

Quod mala vniuersitati valent ⁊ faciẽtibus sua propꝛia vel patientibus aliena pꝛosunt electis tantum.

Hinc patet qd̃ ex malis que fiunt aliq̃d pꝛouenit bonũ: dum bona magis placent ⁊ laudabiliora existunt. Ipsis etiã faciẽtibus ex malis que faciunt interduz bona p ueniunt si ꝑm pꝛopositum vocati sunt sci. Talibus enim vt ait Aug. in li. de correctiõe ⁊ gratia vsqz a deo deus omnia coopatur in bonuz vt siqui hoꝛ deuiant ⁊ exoꝛbitant ẽt hocip̃uz eis faciat pꝛofitere in bonum q̃ humiliores redeunt atq̃ doctioꝛes vt Petrus. Illa ẽt mala que ab iniquis fideles pie pꝛferunt. vt ait augu. in li. de tri. ipsis vtiq̃ pꝛosunt vel ad delẽda peccata. vel ad exercendã pꝛobãdãq̃ iustitiam. vel ad demõstrãdãq̃ hui⁹ vite miseriaz Iõq̃ ⁊ Job dei manũ ⁊ apostolus sathane stimulum sensit. ⁊ vterq̃ bene pꝛofecit. q̃ malũ bene poꝛtauit.

Aug⁹.

Ex pꝛedictis concludit ostendens eẽ bonũ

fieri mala multis modis.

Si quis igitur diligenter at tendãt que scripta sunt facile est ei percipere ex malis bona pꝛouenire. ⁊ ex ea ratione dictũ eẽ q̃ bonũ est mala fieri vel esse. non q̃ maluz sit bonum. vel q̃ bonũ sit malum fieri. Non est enim bonum malum fieri ab aliquo q̃ nõ est bonum vt aliquis faciat malum. Si enim hoc esset bonum pꝛofecto huius deus auctoꝛ esset qui est auctoꝛ omnis boni. Qd̃ si huius deus auctoꝛ ẽ. eo ergo auctoꝛe hõ agit mala. ⁊ ita eo auctoꝛe homo fit deteri oꝛ. Et si eo auctoꝛe homo fit deterioꝛ. tunc eo volente homo fit deterioꝛ. Idem est enim dicere aliquid fieri deo auctoꝛe quod deo volẽte. Deo autem auctoꝛe ñ fit homo deterioꝛ. ergo nõ deo volente. vt augusti. in libꝛo. lxxxiii. q. aperte instruit a minoꝛe dicens ita. Nullo sapiente homine auctoꝛe fit homo deterioꝛ. Tanta enim est ista culpa que in sapientem hominez cadere nequit. Est autem deus omni homine sapientioꝛ. Multominus ergo deo auctoꝛe fit homo deterioꝛ. Multo enim est pꝛestantioꝛ dei voluntas q̃ hominis sapientis. Illo autem auctoꝛe cum dicitur illo volente dicitur. ergo est vitiuz voluntatis humane quo est homo deterioꝛ. qd̃ vitium si longe abest a dei volũtate vt ratio docet a quo sit querendum est. Ecce aperte dicit augusti. deo auctoꝛe vel volente hominem nõ fieri deteriozem: sed vitio voluntatis sue. Nõ est ergo deo auctoꝛe q̃ malum fit ab aliquo. et ita deo volente mala non fiunt.

Quod in deo non est cã vt sit hõ deterioꝛ.

Deinde idem Augustinus querens quid sit causa vt homo sit deterioꝛ in deo non esse asserit in eodem lib. sic dicens. Ut sit homo deterioꝛ: aut in ipso est: aut ĩ alio. aut in nihilo. Si ĩ nihilo nulla causa est. Si in alio aut in deo. aut in alio quolibet homine. aut in eo qui neq̃ deus neq̃ homo sit. Sz nõ in deo. Bonoꝛum enim deus tm̃ causa ẽ. ergo aut in homine est. aut in eo quod neq̃ deus. neq̃ hõ. aut in nihilo. Et ex his apte ostẽditur q̃ nõ est bonũ vt sit hõ deterioꝛ. quia nõ est deus eius rei cã qui tãtum causa bonoꝛũ e. Et si non est bonum vt homo fiat ꝺterior. nõ est ergo bonum vt ab eo fiat malum.

Aliter pꝛobat q̃ deo auctoꝛe nõ fiunt mala

Item aliter etiam ostẽditur q̃ deo auctoꝛe. i. volẽte nõ fiũt mala q̃ ipe nõ ẽ causa tẽdẽdi ad nõ eẽ. Tendere enim ad nõ esse malũ ẽ. Ipe ãt auctoꝛ mali ñ ẽ. Tẽdit vo ad ñ

esse qui operatur malum. non ergo deo auctore est q; aliquis operatur malum. Non est ergo bonum q; aliquis operatur malum. quia tantum boni deus auctor est. Hoc aũt Aug. in eodem libro aperte explicat ita dicẽs. Qui omnium que sunt auctor est. ⁊ ad cuius bonitatem id pertinet vt sit omne quod est boni tãtummodo causa est. Quo circa mali auctor nõ est. ⁊ ideo ipse summum bonum est. a quo in nullo deficere bonum est. ⁊ malum est deficere. Non est ergo causa deficiendi. idest tendẽdi ad non esse qui vt ita dicam essendi causa ẽ quia omnium que sunt auctor est. que inquantum sunt bona sunt. Ecce aperte habes q; deficere a deo qui summum est bonum malum est. Mala ergo facere mulum est. non ergo deo auctore vel volente mala fiunt.

Obiectio quorundam. sophistica qua probare nituntur ex deo esse q; mala fiant.

Jam sufficienter ostensum est. q; deo auctore non fiunt mala. Quidam tamen sophistice incedentes. ⁊ ideo deo odibiles probare conantur ex deo auctore esse: q; mala fiunt hoc modo. Quod mala fiunt verũ est. omne autem verum quod est a veritate est que deus est. A deo ergo est q; mala fiunt. Quod autem omne verum a deo sit. confirmant auctoritate Augustini in libro. lxxxiii. q̃stionum ita dicentis. Omne verum a veritate verum est. Est autem veritas deus. Deus ergo habet auctorem omne verum. Est autez verum q; mala fiunt vel sunt. Deo ergo auctore est q; sunt vel fiunt mala.

Responsio vbi concedit omne verum esse a deo ⁊ sophisma aperit.

Quibus facile est nobis respondere. sed indignum responsione videtur quod dicunt. Omne nãq; verum a deo est vt ait Augustinus cui consonat Ambrosius qui tractans illud verbum apostoli. Nemo potest dicere dominus iesus nisi in spiritu sancto dicit. Quod omne verus a quocũq; dicitur a spiritu sancto est. Cum itaq; verum sit. q; mala fiunt. hoc verus quod dicitur illa locutione scilicet mala fiunt a deo est. sed non inde sequitur q; a deo sit vt mala fiant. Si enim hoc diceretur auctor malorum deus esse intelligeretur. quod ex simili manifeste falsum ostenderetur. Deus prohibet furtum fieri. sed furtũ fieri verum est. ergo prohibet verum non fieri.

Per hoc ostendit illud esse falsum

Partem questionis approbat illorum qui dicunt deum non velle mala fieri.

Hec igitur ⁊ alia huiusmodi mania relinquentes premisse questiõis parti saniori fauentes que sanctorum testimonis plenius approbatur. dicamus deum nõ velle mala fieri nec tamen velle non fieri. neq; nolle fieri. Omne ergo quod vult fieri fit. et omne quod vult non fieri non fit. Fiunt autẽ multa q; non vult fieri vt omnia mala.

Circa distinctionem quadragesimamsextam. quero vtrum voluntas beneplaciti dei semper impleatur. ⁊ videtur q; non. primo ad Thimotheum secundo. deus vult omnes homines saluos fieri non tamen erunt omnes saluati. ergo ⁊ cetera. Preterea Matthei vigesimosecundo. dicit Saluator illis filijs Hierusalem. Quotiens cũq; volui congregare filios quẽ admodum gallina congregat pullos suos sub alas ⁊ noluisti. ergo vt prius. Contra Roma. nono. Voluntati eius quis resistet. ⁊ in psalm. Omnia quecunq; voluit fecit. Respondeo voluntas dei beneplacito quãtum ad omnia semper debet impleri. quia sicut omnipotens potest omne possibile. ita quando voluntas diuina determinatur ad ponendum aliquid in esse vltima determinatione illud erit. velle autem illud voluntate beneplaciti est, vltima determinatio que potest poni ex parte voluntatis ipsius omnipotentis volentis ponere effectum in esse. ergo respectu cuiuscũq; effectus deus est sic volens illud erit. Et posset ratio confirmari. quia si causa vltima determinatione ad aliquid determinata non poneret effectum in esse hoc non videretur nisi propter impotentiaz eius. vtputa quia non sufficeret ex se ad hoc vel quia esset impedita ab aliquo alio. vel propter mutabilitatem eius antequam intelligatur effectus poni in esse. sed omnipotens nec ẽ impotens nec impeditus nec immutabilis. ergo ⁊c.

Ad primum argumentum dico q; illud dictum apostoli posset exponi de distributione accommoda pro omnibus qui salui fiẽt. tamen multo melius posset exponi de voluntate antecedente sic. idest vult omnes homines saluare ⁊ saluos fieri quantum scilicet est ex parte sui ⁊ voluntate sua antecedente pro quanto dedit eis dona naturalia. ⁊ leges rectas ⁊ adiutoria communia sufficientia ad salutem: sicut de rege statuente bonas leges ⁊ prefigente ministros ad custodiam istarum legum: posset dici q; vult omnes subditos suos pacifice viuere ⁊ quiete. ⁊ tamen si videret aliquem tribulari iniuste: non statim oporteret q; rex intromitteret se ad faciendum illum quiete viuere nisi deuolueretur causa ad ipsum per querimoniã de facto. vult quidem iste quemlibet pacifice viuere et quiete antecedenter. non tamen vult quemcunq; immediate ita viuere. Ita dico in proposito q; si deus non haberet voluntatem beneplaciti ad istum saluandum. tamen vult isti illa adiutoria communia antecedentia ad salutem omnium quibus iste etiaz potest sufficienter quãdoq; viuere ⁊ saluari. propter que dici potest q; quantuz est ex parte sui vult omnes saluos fieri. Ad secundum magister exponit ⁊ bene non quasi dominus voluerit colligere filios Hierusalem ⁊ non sit factum q; voluit. sed q; omnes quos ipse congregauit sua voluntate cõgregauit. vide expositionem magistri ⁊ nota eam.

Ista ẽ distinctio quadra

gesimasexta huius primi libri. In qua magister postquam ostensum est quid tenendum sit de voluntate di fm se. Consequenter ostendit quid tenendum sit dvoluntate quantum ad ipsum effectum. Et tria facit. Nam primo ostendit effectum diuine voluntatis respectu bonorum. Secundo facit idem respectu malorum. Tertio subdit determinationem quarundam auctoritatum. Primum facit a principio huius distinctionis vsq; ibi. Ideoq; cum constet. Secundum vsq; ibi. Quod vero Augustinus. Tertium vero ab indevsque ad finem distinctionis. Et tantum in generali.
In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Beneplacitum diuine voluntatis in omnibus impletur. Hanc magister inuestigans querit. Vtrum deus aliquid voluerit quod factum non fuerit. Et arguit q; sic. quia voluit: immo vult omnes homines saluos fieri hoc tñ factū non est nec fit. Similiter voluit filios israel congregare. quod etiam non est factum. ergo non omnia que deus voluit sunt facta. Et respondet magister q; huiusmodi duplici obiectione: non obstante voluntas dei semper impletur. Et obiecta sic habent intelligi q; quicunq; homines saluantur vel qui de filijs israel congregantur. sola dei voluntate saluantur ⁊ congregantur. sicut etiam Joannis primo dicitur. Illuminat omnez hominem venientem in hunc mundum. Hoc non habet intelligi q; omnes ab ipso illuminantur qui in hūc mūdum venerint. sed q; nullus veniens in hunc mundum illuminatur nisi ab ipso. Secunda propositio est hec. Deus neque vult neque non vult q; malum culpe oriatur. Hanc probans magister querit. Vtrum mala fiant deo volente. Circa cuius questionis materiam due sunt opiniones quarum prima est. q; deus vult malum non fieri. Secūda est q; deus vult mala fieri. ⁊ bi inducunt rationes pro sua opinione. quarum prima est. Potentie omnipotentis resisti non potest. sed si deus nollet mala fieri cum tamen fiunt eius potentie possz resisti. sed hoc esset inconueniens. quia iam non esset omnipotens. ergo inconueniens est deum ponere velle mala non fieri ergo deus vult mala esse vel fieri. Secunda ratio talis est. Deus aut vult mala fieri: aut nō vult fieri. sed non vult ea non fieri. ergo vult ea fieri. Minor patet per hoc. quia si vellet non fieri nunquam fierent cuz voluntati eius nihil posset resistere. Tertia ratio est. Deus vult omne bonum. sed bonum est mala fieri. nisi enim esset bonum mala fieri nunquam permitterentur a deo fieri. ergo deus vult mala fieri. Ad has rationes respondens magister ad duas. primo quia nō est concedendum q; deus velit mala fieri. quia sic esset iniquus. nec q; vult non fieri mala que est secunda opinio. quia sic mala nunquam fierent. Sed est dicendum: q; non vult ea fieri. ⁊ q; arguitur tertio q; mala fieri est bonum. dicendum est q; non est bonum simpliciter. sed est bonum inquantum ex malis possunt elici bona vbi etiam incidentaliter dicit q; aliquid est bonum in se ⁊ facienti ⁊ ei cui fit. vt predicare fidelibus propter deum. Aliquid est bonum in se ⁊ facienti. vt dare elemosynam pauperi. sed non propter deum. Aliquid vero in se est malum ⁊ facienti. sed ex eo accidentaliter proueniūt aliqua bona vt mala que fiunt ad pulchritudinem vniuersi. Probat postea magister opinionem. scilicet q; deus non vult mala fieri. quia si deo volente fierent mala. igit fierent deo auctore. ⁊ per consequens deus esset auctor illius quod fieret deterior quod non est dicendum. vt probat auctoritate beati Augustini. Postea arguit secūdum quosdam. Omne verum est a deo. sed mala fieri est verū ergo ipsa factio mali est a deo. Et respondet q; veritas q̄ est in hoc dicto est a deo. sed ex hoc nō sequitur q; ipsa res dicta scilicet malum sit a deo. Tertia propositio est. Nullum malum fit quod a deo fieri non permittitur. pa

tet. quia quicquid fit deus permittit fieri. Et tantum in speciali.

Quod volūtas dei semper impletur ō homine quocunq; seuertat.

Voluntas quippe dei semper efficax est: vt fiat omne quod velit. ⁊ nihil fiat quod nolit: que de homine sē per impletur quocunq; se vertat. Nihil enim vt ait Augustin⁹ in libero arbitrio constitutum superat voluntatē dei. et si faciat contra eius voluntatem. tamen contra eius voluntatem que ipse est nihil putandum est ita fieri. tanquam velit fieri ⁊ nō fiat. vel nolit fieri ⁊ fiat. Illa enim voluntas vt ait Augustinus in enchiridion semper impletur. aut de nobis. aut a nobis. De nobis impletur. sed nō implemus eam quando peccamus. A nobis impletur quando bonum facimus. ideo enim facimus quia scimus placere deo. Ita ⁊ de homine semper deus implet voluntatem suam. quia nihil facit homo de quo deus non operatur quod vult. Non enim vult de⁹ vt peccet homo quilibet. Si autem peccauerit penitenti vult parcere vt viuat in peccatis vero perseuerantem punire ut iustitie potentiam commutar non euadat. Sicut alios ab eterno preparauit ad penam. ita alios preparauit ad gloriam. ⁊ hec sunt magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius. Et tam sapienter exquisita. ut cum angelica ⁊ humana creatura peccasset. idest non quod ille. sed quod uoluit ipsa feciffet. etiam per eandem creature uoluntatem qua factum est quod creator non uoluit. replet ipse quod uoluit. bene utens etiam malis tanquam summe bonus ad eorum dā nationem quos iude predestinauit ad penam ⁊ ad eorum salutem quos benigne predestinauit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet q; deus noluit fecerunt. quantum vero ad omnipotentiam dei nullo modo id facere ualuerunt. Hoc quippe ipso q; contra eius uolū tatem fecerunt de ipsis facta est uoluntas eius. Preterea nanq; magna domini sunt opera: exquisita in omnes uoluntates eius. ut miro ⁊ ineffabili modo non fiat preter eius uoluntatem: quod etiam fit contra eius uoluntatez. ganō fieret si non sineret. nec utiq; nolēs sinit. sed volens. nec sineret bonus fieri male. sed oipotens ⁊ de malo posset facere bonum bñ. His verbis euidēter monstratur q; voluntas dei eterna semper impletur de homine etiam si faciat hō cōtra dei volūtatem. Sed attendendū est diligenter quomodo in superioribus dicitur fieri aliquid contra dei voluntatem. quod

Di. 47

Ingrit iesus p. dcōz v. borum.

tamen non fit preter eam.⁊ qualiter intelligendum sit illud quātum ad se fecerunt. quod deus noluit.quantum vero ad omnipotentiam dei nullo modo id facere voluerunt. Uidentur enim ista superioribus obuiare vbi dictū est voluntati eius nihil resistere.

Hic aperit diuersis modis supra accipi dei voluntatem.

Uerum vt supra diximus voluntas dei diuersis modis accipitur que diuersitas in predictis verbis si diligenter notetur nihil ibi contradictionis reperitur. Ubi.n dicit non fieri preter eius voluntatem. dissimiliter accepit voluntatem ⁊ non ipsam volūtatem que deus est ⁊ sempiterna est. sed eius signa predictis verbis intelligi voluit.i.,phibitionem siue preceptionem ⁊ permissionem. Multa enim fiunt cōtra dei preceptum vl'p hibitionem que tamen non fiunt preter eius permissionem. Ipsius nāq; permissione omnia fiunt mala que tamen preter eius voluntatem sempiternam fiunt. Sicut Augu. dicit super illum locum ps. vt non loquatur os meus opera hominum. Opera enim hominuz dicit ea que mala sunt.que preter dei voluntatem fiūt que ipse est.sed non preter eius permissionem que ipse non est. Appellat tamen ipsa dei voluntas q; deus volens sinit mala fieri. Fiunt ⁊ contra eius preceptionem vel prohibitionē sed non contra eius voluntatem que ipse est. nisi dicantur contra eam fieri: q; preter eam fiunt. Contra eaz quippe nihil ita fit vt velit fieri qd̄ non fiat. vel nolit fieri ⁊ fiat.quod euidēter ibi augu.notauit vbi ait. Quantū ad ipsos attinet quod deus noluit fecerunt.quantuz vero ad omnipotentiam dei nullo modo id facere valuerunt. Ac si diceret fecerunt contra dei preceptum qd̄ appellatur voluntas.sed nō fecerunt contra dei voluntatem omnipotentez. q; hoc non valuerunt illud valuerunt. ⁊ ita p hoc q; fecerunt contra dei voluntatem.i.preceptum de ipsis facta est voluntas eius.ideſt impleta est voluntas eius sempiterna qua eos dānari volebat. Unde Gre. super Ezech. Multi voluntatem dei peragunt vnde mutare contendunt ⁊ consilio eius resistentes obsequunt q; hoc eius dispositioni militat quod per bumanum studium resultat. Hic aperte ostenditur q; dum mali consilio ac precepto dei resistunt quod voluntas dei appellatur ea faciunt vnde voluntas eius que ipse est impletur que dispositio vel beneplacitum vocatur. Naz vt ait augu.in enchi. quantelibet sint voluntates angelorum ⁊ hominum bonorum vel malorum vel illud quod deus vel aliud volentium quā deus omnipotētis voluntas semper inuicta ē que mala esse nunquā potest etiam dum mala irrogat iusta est ⁊ profecto que iusta est mala non est. Deus ergo omnipotens: siue per misericordiam cuius vult misereatur: siue per iudiciuz quem vult obduret.nec inique aliquid facit.nec nisi volens quicquid facit.⁊ omnia q̄ cūq; vult facit.

Summatim perstringit sententiam p̄dcō rum addens quare deus precepit omnib⁹ bona facere ⁊ mala vitare.cum non velit hoc ab omnibus impleri.

Ex predictis liquet qd̄ volū tas dei que ipse est semper inuicta est .nec i aliquo cassatur sed per omnia impletur. Consilium vero eius ⁊ preceptio siue prohibitio non ab omnibus implentur quib⁹ proposita ⁊ data sūt. Neq; ideo precepit omnibus bona vel prohibuit mala. vel consuluit optima q; vellz ab omnibus bona que precepit fieri. vel mala que prohibuit vitari. Si enim vellet vtiq; ⁊ fierent.q; in nullo potest ab homine superari vel impediri eius voluntas.sed vt iustitiam suam hominibus ostenderet .⁊ mali essent inexcusabiles. Deniq; vt boni ex obedientia gloriam mali ex inobedientia penam sortirentur.sicut vtriq; ab eterno preparauit. Ea ergo que omnibus precepit vel prohibuit a quibusdaz voluit fieri vel vitari.sed nō ab omnibus. ⁊ quedam personaliter precepit ⁊ in veteri ⁊ i noua lege que ab eis quibus precepit fieri noluit. vt abrahe de immolatione filii. ⁊ in euangelio q̄ busdam curatis q̄bus p̄cepit ne cui dicerent.

Circa distinctiōem

c 47.quero vtrum permissio diuina sit aliquis actus volūtatis diuine.

Nō sic.q; aliter non videt deus certitudinaliter scire peccaturuz.nescit enim futurū ꝓtingēs sine determinatione volūtatis siue:sed circa pctōrem non videt habere aliquē actū nisi permittere eum peccare.neq; enim hz respectu illius velle vel nolle.q̄ si pmittere nō sit aliq⁹ act⁹ nō erit deus cert⁹ de pctō istius futuro:q; nō erit aliqua determinatio volūtatis siue ad istud futurū ꝓtingens certitudinaliter cognoscendū. Cōtra pmissio cōnumerat cū aliis signis volūtatis diuine.sed p̄ceptū nō ē aliq⁹ act⁹ elicit⁹ volūtatis diuine.q̄ multo forti⁹ nec pmissio. Rn⁰. i nobis pōt distingui dupler act⁹ volūtatis.velle.s.⁊ nolle.⁊ vterq; ē act⁹ positiu⁹.⁊ si sint circa idē obm sūt ꝓrii act⁹ q; exp̄imunt alijs vocabul'q̄ sūt amare ⁊ odire ⁊ vtrūq; in nobis potest distingui. vt velle distinguatur vel le efficax ⁊ in velle remissum. vt dicatur velle efficax quo voluntati non tm̄ complacet esse voliti. sed si posset statim ponere volitum in esse statim poneret:ita ēt nolitio efficax est qua non tm̄ volens impedit aliquid sed si possit omnino destruit illud. Volūtas autez remissa est qua ita placet volitum: q; tamē volūtas non ponit ineſſe lz possit ponere illud ineſſe.nolitio etiā remissa ē q̄ ita displicet nolitum q; tamen non prohibeat illud esse lz possit in nobis.ergo permissio ꝓprie dicta videtur cē no

litio remissa alicuius mali qđ scio. non enim dico: ꝓpie ꝓmittere illud de quo nihil scio vel illud qđ ita fit ab alio qđ placet mihi. sed illud permitto quod scio ab alio male fieri ⁊ displicet si nō ꝓhibeo. hoc permitto si possez ꝓhibere. signū aūt efficacis volitionis si fiat immediate a voluntate est adimpletio si per alterum est p̄ceptū ⁊ volitionis remisse in nobis forte est cōsiliū signum vel persuasio siue monitio. ita signum nolitionis remisse est permissio vel dissuasio ⁊ signum nolitionis efficacis est prohibitio. sed si ista di. posset poni in deo ita ꝙ sicut vn⁹ actus est velle ⁊ nolle: ⁊ hoc sine contrarietate vel di. in illo actu in se ita poneret super quedā obiecta volita eius velle efficax. ⁊ similiter nolle suum super obiecta quedam nolita efficax super quedam autem non: tūc posset dici nolitio dei remissa respectu illorum obiectoꝝ que ita nollet ꝙ tamē si vellet ista ꝓhibere. ⁊ hec nolitio dei posset dici permissio eius. ⁊ ita est actus in deo inquātum transit super obiectuꝫ sic se habens ad voluntatem diuinam. Si autem istud nō placet pro eo ꝙ nolitio cuiuscūqꝫ positi in esse videtur cē cum aliqua imperfectione ipsius volūtatis. tunc potest dici ꝙ permissio exemplum vel signum est ꝙ effectus sit qui tamen est cōtra p̄ceptum diuinum. ⁊ istud est ꝓmissio qđ est signum voluntatis diuine. hunc autem non correspondet aliquid in ipsa volūtate diuina nisi non velle: ꝓhibere illud fieri siue nō velle ꝙ ēnegatio act⁹ diuini positiui. ⁊ per ꝓns nō actus est positiuus. Et qđ di volēs sinere hoc pōt intelligi non ꝙ habeat velle rectū circa illđ qđ permittit sed actum reflexum. Offertur enim volūtati sue hunc peccaturū vel peccare. ꝑmo voluntas ei⁹ circa hunc non habet velle. velle enim ipm habere pctū nō potest. secūdo pōt intelligere voluntatē suam non volētem hoc. ⁊ ita dicit volēs sinere ⁊ voluntarie permittere sicut ex alia parte p̄sentato sibi iuda ꝑmo deus habet non vel le sibi gloriam ⁊ non ꝑmo nolle ꝑm illam vltimam positionem di. 41. ⁊ potest tunc secūdo se reflectere super istam negationem actus ⁊ velle eam. ⁊ ita volēs siue volūtarie non eligit iudam finaliter peccaturum ⁊ non nolitionem glorie. sed non volitionem glorie.

Ad primum argumentum dictum est di. 41. quomodo non est p̄cisio dei de peccato futuro per hoc solum ꝙ scit se permissurum hūc peccare finaliter ⁊ sic finaliter damnandum sed cum hoc requiritur ꝙ sciat se cooperaturum isti in actu peccandi vel non cooperaturum ad actum illum cuius omissio erit peccatū omissionis. concomitatur tamen vtrāqꝫ istarum permissionum deum p̄cidere se velle ꝓhibere hunc peccare. et ita patet quomodo permissio diuina sit actus voluntatis ⁊ quomodo non.

Ista ē distinctio quadrage sima septima huius ꝑmi libri. In qua magister postqnaꝫ egit de qbusdam que diuine voluntatis effectū videntur impedire. Agit de diuine voluntatis efficaci adimpletione. Et tria facit. Nam ꝑmo ostendit ꝙ voluntas dei sēper impletur. Secūdo subdit: ꝙ etiam impletur quo ad eos a quibus puerse impugnat. Tertio concludit quomodo deus diuersimode ꝑm eam p̄cipit. Primum facit a ꝓncipio distinctionis vsqꝫ ibi. Multa enim sunt cōtra eius p̄ceptionem. Secūdum ab inde vsqꝫ ibi. Expditis liquet. Tertium vero ab inde vsqꝫ ad finē distinctionis. Et tm̄ de sniā in generali. In spāli sniā ma. stat i tri. ꝓpo. quarū ꝑma est hec. Diuina volūtas efficaciter in oibus semper cōsummatur. Hanc magister p̄bans ꝓponit ꝑmo ꝙ voluntas dei semper est efficax ⁊ nihil ē cōtra eam. multa tamen fiūt p̄ter eam. Et ostendit ꝙ volūtas dei semper implet aut de creatura aut a creatura. A creatura impletur quādo creatura bene facit. De creatura autem quādo deus ordinat de mala faciēte vt vult. Postea magister mouet dubitationem quandā quomodo possit aliquid fieri p̄ter dei voluntatem. qđ Aug. videtur dicere cum tamen eius voluntati nihil resistat. Ostez quo modo illud qđ est cōtra voluntatem dei non est p̄ter eaz Et respondet magister di. ꝙ hoc apparet distinguēdo voluntatem. Nam voluntas dei aliquādo nominat ipsam diuinam essentiam p̄cepta vel prohibitiones diuine voluntatis. Aliquando etiam permissionem contra ipsam diuinam voluntatem que est metipsa diuina essentia nihil fit. Contra p̄cepta ⁊ prohibitiōes que sunt signa voluntatis dei bene potest fieri aliquid vt mala. ⁊ tamē nihil fieri potest p̄ter eius permissionem. Secūda ꝓpositio est hec. Diuina voluntas efficaciter implet, ⁊ cōsummatur quo ad eos a quibus peruerse impugnatur. Hanc ꝓbat magister auctoritatibus sanctoꝝ que videntur dicere ꝙ mali voluntati diuine resistentes ei obsequuntur.

Tertia propositio est hec. Non omnia que deus p̄cepit vel ꝓhibuit ita fieri voluit. Hec patet ex eo ꝙ de⁹ aliquando ex aliq̄ ratione aliquid fieri non voluit. ſz admodum volentis habuit vt patet de immolatione Isaac et huiusmodi. Et tm̄ in speciali.

Qđ aliqđ hō bona voluntate aliud vult q̄ de⁹. ⁊ aliqđ mala id qđ de⁹ bōa volūtate vult

Liendum quoqꝫ Di. 48
s ē ꝙ aliqđ mala ē volūtas hoīs idē volētis qđ de⁹ vult fieri. ⁊ aliqđ bona ē volūtas hoīs aliud volētis quā de⁹. Ut. n. bona sit hoīs volūtas oꝫ attēdere qđ ꝯgruit civile ⁊ quo fine. Tm̄. n. ītercst ītcr volūtatē dei et volūtatē hoīs vt i gbusdā aliđ ꝯgruat deo vle aliud hoī. Vñ aug. in ench. Aliqđ bona volūtate hō vult aliqd qđ de⁹ nō vult. bōa multo amplius multoqꝫ certius volūtate. Nā illius mala volūtas ēē nūquā pōt. Tāquā si bonus filius p̄em velit viuere quē deus bōa volūtate vult mori. Et rursus fieri pōt vt hoc velit hō volūtate mala ꝙ deus vult bona. velut si malus filius velit mori p̄em velit ēt hoc deus. Nēpe ille vult quod nō vult deus. iste vō id vult quod vult ⁊ deus. ⁊ tū bone dei volūtati pietas illius potius ꝯsonat quāuis aliud volētis quā huius idē volētis ipietas. Multū enī ītercst qd velle hoī. qd deo ꝯgruat. ⁊ ad ad quē finē suā gfqꝫ referat volūtatē vt approbet vel ip̄robet. Pōt. n. velle bonū ꝙ nō cōgruat ei velle ⁊ pōt velle bonū qđ ꝯgruit. ſz ū refert ad finē rectū. ⁊ ideo nō ē bona volūtas. Augu⁹. Qđ ꝑm duo cōsideraf bona voluntas hominis.

Quod bona dei volūtas mala hoīuꝫ volūtate ipleē vt i passione xp̄i ꝯtigit: vbi quoddā scm̄ ē quod deus bona ⁊ iudei mala volūtate voluerūt: voluerūt tū ⁊ aliquid ꝙ de⁹ ñ vult.

Illud quoqꝫ non est pre termittēdū ꝙ aliqū dei volūtas bona ꝙ mala hoīs volūtatē ipleē. vt in crucifixiōe xp̄i factū ē quē de⁹ bona volūtate mori voluit. Judei vō ipia volūtate eū crucifixerunt. Et volebāt iudei mala volūtate qđdaz qđ de⁹ voluit bona. volebat. s. vt christus patereē: moreree. sed volebant ⁊ aliquid aliud qđ deus nolebat scilz occidere christum quod fuit mala actio ⁊ peccatū. Actū qppe iudeox nō voluit deus.

passionē vo xpi voluit sicut ⁊ in ipso ps: xps ad pfez ait. Tu cognouisti sessionē meā. i. voluisti ⁊ approbasti passionē meā: tibi enī placuit. Voluit itaqz tota trinitas vt xps pateretur. nec tñ voluit vt iudei occiderēt. qz voluit penā xpi. sed non voluit culpam iudeorum. nec tñ noluit, si eum noluisset nec fuisset.

Oppositio.

Sed ad hoc opponitur sic

Si voluit deus vt christus pateretur. Voluit vtiqz vt pateret a iudeis vel non. Si voluit vt non pateretur a iudeis cum passus sit. factum est itaqz quod voluit deus non fieri. Si autem voluit euz pati a iudeis. ergo voluit eū occidi a iudeis. Voluit itaqz vt iudei occiderent eum. Ad quod respondentes dicim⁹ simpliciter concedendum esse. q deus voluit christum pati mori. qz eius passio bonum fuit ⁊ causa nostre salutis. Cum autem dicit volebat eum pati vel occidi a iudeis. hoc distinguendum est. Si enim intelligitur sic volebat eū sustinere passionem siue crucifixionem a iudeis illatam verus est sensus. Si vero intelligit sic. volebat vt iudei occiderent eū falsū ē. Nō enim volebat de⁹ actionē iudeoz q̄ mala erat sz volebat passionē bonā. ⁊ hec volūtas p malas iudeoz volūtate simpleta est. Vñ Aug⁹ in enchi. Deus quasdā volūtates suas vtiqz bonas implet per malorum hominum volūtates malas. sicut per maliuolos iudeos bona volūtate patris christus pro nobis occisus ē. Qd tñ bonū fuit vt apostolus petrus quando id fieri nolebat, latbanas ab ipso q occisus est diceretur. Ecce manifeste habes magnum bonum fuisse q xps occisus ē. ⁊ hoc bonū. qz petrus nolebat. ideo redargutus est.

Rñsio.

Aug. in enchi.

Utrū placuerit viris bonis q xps pateret ⁊ moreret. placuit quidē intuitu nostre redemptionis: sed non ipsius cruciatus.

Ex quo solutur questio quā

q̄ri solet. vtrū viris sanctis placere debuerit q xps pateretur vel occideret. Debuit enīz eis placere intuitu nostre redēptionis. sz nō intuitu ipsi⁹ cruciatus. Voluerūt ergo ac vehementer capierūt xpm mori ppter liberationē hoīs ⁊ impietionem diuine voluntatis sed nō voluerunt delectatione ipsius afflictiōis. De eodem ergo letabantur ⁊ tristabātur. sed ob aliud gaudebant ⁊ propter aliud dolebāt. Volebant ergo christum mori pro homine redemptione. ⁊ tñ de morte ipsius diuersis de causis corda eorum varie mouebantur.

Quō sentiendū sit de passionib⁹ sanctoruz an velle an nolle debeamus.

Si vero queritur vtrum eodē mō sentiēdū sit de passionibus ⁊ martyriis sanctorum. Dicimus aliquā eē dñaz inter

passionē capitis ⁊ mēbroz. Christi nāq; passio cā ē nre salutis qd nō ē passio alicui⁹ sācti. Nulli⁹ enī passione redēpti sumus nisi christi Profuerūt qdē nō mō eisq passi sūt. verūetiam aliis fidelib⁹ ipsoz passiones. Verūtñ nostra redēptio nō sūt. hoc enim passio illius solū potuit q de⁹ ē ⁊ hō. Illi⁹ ergo passione credētiū pie mētes voluerūt ⁊ optauerūt fieri sicut futurū credebāt. Passiones vo scōrum possum⁹ velle ⁊ nolle. ⁊ vtrūq; bona volūtate si rectos nobis pponam⁹ fines. Cui. n. placuit pauli passio eo fine. qz pmū eius p hoc actum ⁊ peractū cernebat bonā videt habuisse voluntatē que volūtati eius cōgruebat qua cupiebat dissolui ⁊ eē cū xpo. Qui aūt voluit eū declinare passionē ⁊ effugere man⁹ iniquoruz cōpassione pietatis ⁊ ille habuit bonā volūtatē. Vñ aug. in enchi. Bone apparebāt voluntates piorū fideliū q nolebāt apostolū pauluz hierusalē pgere ne ibi pateret mala que Agabus ppheta pdixerat ⁊ tñ hoc illū de⁹ pati volebat p annūciāda fide xpi exercēs martyrem xpi neqz ipse bonā volūtatē suā impleuit per xpianoz volūtates bonas. sed p iudeorū malas. ⁊ ad eū poti⁹ ptinebāt qui nolebāt qd volebat. q̄ illi p quos volētes factū ē qd volebat qui dipsū mala volūtate fecerūt qd de⁹ bona voluntate voluit. Ita ⁊ in passione xpi factū ētqd enim deus voluit hoc idē iudas ⁊ diabolus. sed illi mala volūtate. deus vo bōa volūtate. s. vt xps moreret. Verūtñ illi actū voluerūt quem deus non voluit.

Qd̄ passiones sāctoz possum⁹ velle ⁊ nolle ⁊ vtrūq; bona voluntate.

Arca distinctionez

c 48. quero vtrum voluntas humana vel generalius. vtrū volūtas creata sit bona moraliter q̄cūq; cōformatur voluntati increate. Nō sic. veritas intellectus creati est certa quando conformatur intellectui increato. ergo a simili de voluntate creata tūc est bona quando voluntati cōformat increate. quare ⁊c

Contra iudei voluerūt xpm pati ⁊ mori. qd̄ ⁊ de⁹ vl' voluit ⁊ tñ ipsi peccauerūt qz dr de⁹ dimitte inquit eis pater qz nesciūt quid faciūt. ergo ⁊c. Rndeo sm Dion⁹. de di. no. c. 4. bonū est et causa integra. Et sm plz 2. ethi. Oportet simul oēs circūstantias concurrere i actu quocūq; morali ad hoc vt sit bonus moraliter. sufficit tamē defectus vnius ēt cuiuscūq; circūstantie ad hoc vt sit malus moraliter. volūtas igit creata cōformis voluntati diuine in suba actus siue in suba vt circūstantionata qualacūq; vna circūstantia siue sit cōformis sibi i oibus circūstātiis. puta q ppter idem vellet ⁊ eodē mō ⁊ sic de oibus aliis circūstantiis adhuc non oporteret eaz eē bonam sicut voluntas increata est bona. qz nō cōgruunt eedem circūstātie actui vt actus est diuersoz agentium ipsis diuersis agentibus equaliter. non enim volūtati create congruit ita intense velle aliquod obiectuz bonum sicut voluntati increate sicut ⁊ intētio actus respectu obiecti in agente creato ⁊ increato est differēs multum in eis. ⁊ saltem qcqd sit de cōformitate voluntatis create ⁊ increate in omnibus circūstātiis non sufficit cōformitas in bonitate actus ⁊ obiecti: qz potest eē diffozmias in alijs circūstantiis que necessario requirunt ad bonitatē actus voluntatis.

Ad argumentum in oppo

situm. dico q̄ nō est simile: q̄ veritas intellectus nō de pēdet nisi a solo obo q̄ obm si ita se habeat sicut intelligit̄ verus est intellectus. bonitas aūt voluntatis non dependet a solo obiecto sed ab alijs omnibus circūstantijs. ⁊ potissime a fine. ℙropter quod notandum est q̄ omnis nostra volitio actio cogitatio potissime ordinata est ad finem vltimum qui est alpha ⁊ o p̄ncipiuz ⁊ finis cui sit honor ⁊ gloria in scla seculoz. Amen.

Jsta est distinctio quadra

gesimaoctaua bui⁹ p̄mi libri seu vltima. In qua magr̄ postq̄z egit quomodo voluntas dei semper efficaciter adimplet. ℍic consequenter agit quomodo se habeat voluntas nostra in comparatione vel in conformitate ad diuinam. Et tria facit. ℕam p̄mo ostendit q̄ volūtas nostra bona non semper conformat diuine in volito. Secūdo subdit quomodo aliquando voluntas nostra cōformatur diuine voluntati in volito. Tertio subdit q̄ aliquādo sine culpa possumus idem volituz diuersis respectibus velle ⁊ nolle. ℙrimum ⁊ secūdum facit a p̄ncipio distinctionis vsq̄z ibi. Ex quo soluit̄ que stio. Tertium vero vsq̄z ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. Jn speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum p̄ma est hec. ℕon omnis voluntas non volens quod deus vult est mala. ℍanc magister probans ponit exemplum in p̄mo cap̄. huius distinctionis dicens. vt si bonus filius patrem suuz velit viuere quem deus bona voluntate vult mori. Jbi voluntas filij materialiter non vult quod deus vult. non tamen est mala. Secunda ꝓpositio est hec. ℍōmnis voluntas que vult qō deus vult ē bona. ℍanc magister p̄bās ꝓponit q̄ aliquando est mala voluntas hominis volentis idem quod deus vult. sicut voluntas mali filii volentis mortem patris quam tamē deus vult. ℍempe ille p̄mus vult quod non vult deus ℑste vo secūdus idem vult qō deus. ⁊ tamen bone voluntati illius dei pietas potius consonat. cuius aliud volentis cuius huius quod deus volentis impietas. Tertia ꝓpositio est hec. Jdem volitiuū diuersis respectib⁹ fine quacūq̄z culpa possumus nolle ⁊ velle. ℍanc probans ꝓponit magister q̄ volūtas dei bona per volūtates malas hominū adimpletur. sicut fuit in morte christi. volebat enim deus christum mortem sustinere. ꝛ non iudeos inferre. Et postea dicit q̄ passio christi deo placebat. non inquantum fuit penalis. sed inquantuz fuit salutifera. Et similiter passiones scoz̄ possunt diuersis causis sanctis placere ⁊ displicere quō probat ꝓpositio predicta. Et tm̄ in speciali.

Laus omnipotenti deo.

Registrum

a
℘rima alba
c Upiens
tionē cuiuscūq̄z
subiecto metba.
b
est theologia
oz esse aliam
tm̄ metba.
eiusdem speciei
c
Jncipit primus
titus materie
in isto primo
c Onseq̄nter
d
norū q⁹
turas aut
m aliter
non moueat
e
ductio magis
sicut visio
aliquando
stinguuntur
f
sustineri
a substantia
aliter q⁹
ne ⁊ amore
g
intellectu
Sunt etiam
ficut ars
spēm p⁹esentez
h
intellectiue
sentiendi
vnum deum
sito subst ntie
i
℘rimū declaro
Tunc ad formā
principiū autez
tes. Jn
k
delicet
in subiecto
ga erunt
que conueniūt
l
De intentione
simul infertur
mētum apperet
nasci ex patre
m
boc q̄ ista
spiritus patris
existente
nominare
n
mittitur
datur. Apud
quia in eo
rit quare
o
mouente cū
esset ꝑm
etiam naturam
simo habitui
p
posse augumen
fertur tam
feruntur etiam
pellantur tres
q
quid patet
valet ab
Scienduz
sona esse
r
in li. de
possumus
net igitur
essentia
s
precedit
nes ipsas
⁊ receptiuum
tur per Aug.
t
ita q̄ prioza
manet et
in deo non
nes mutue
u
dum est
lis conuenit
tates. id
est: ea
x
impletus
pbi: sicut
gnat et
autez sunt
y
istam. s.
ibi distinctio
pus esset
scientia et
z
guere potentiaz
potest voluisse
non posse
modus faciēdi
accipit Augu⁹

℄ ℘rim⁹ liber sententiarum Joannis Scoti ordinis minorum sacre theologie doctoris excellentissimi a Reuerendo sacre theologie professore magistro Bratiano Bxriano eiusdem ordinis in vniuersitate ℙaduana publice theologiam legente diligenti cura ac sollicitudine emēdatus feliciter terminatur. Ac Jmpensa ⁊ industria solerti Bernardini de Rouaria. Jmpressus Venetus anno domini. 1490. die. 17. mensis Julij.

FINIS.

Secundus sententiarum doctoris subtilis Scoti.

Vnum esse rerum principiū ostendit nō plura. vt quidam putauerunt.

Di. I. Beda

c

Rationez rerū insinuans scri ptura deū eē creato rē initiūq; tpis atq; oiuz visibiliū vel in uisibiliuz creatura/ rū in pmordio sui ostendit dicēs. In pncipio creauit de us celū ⁊ terrā. Mis eteniz verbis Moyses spiritu dei afflatus in vno principio a deo creatore mūdū factū refert: elidēs errorē quorūdaz plura sine pncipio fuisse pncipia opinātiū. Plato nāq; tria initia estimauit. deū scz exemplar ⁊ ma teriaz: ⁊ ipaz increatā sine pncipio ⁊ deū q̄si artificez nō creatorē. Creator eniz est qui de nihilo aliquid facit. Et creare proprie est de nihilo aliquid facere. Facere vero non mo/ do de nihilo aliquid operari. sed etiā de ma teria. Unde ⁊ homo ⁊ angelus dicit̄ aliqua facere sed nō creare. vocat̄ que factor siue ar tifex. sed nō creator. Hoc eniz nomē soli do proprie congruit. qui ⁊ de nihilo quedā ⁊ de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator ⁊ opifex ⁊ factor. sed creationis nomē sibi p prie retinuit. alia vero etiā creaturis cōmu/ nicauit. In scriptura tamē sepe creator acci/ pitur tanquam factor. ⁊ creare tanq̄ facere: sine distinctione significationis.

Pla. dixit tria pn̄a eē.

Exq̄ rōne ppe dī creator ⁊ qd sit creare ⁊ qd facere.

c

retur tota realitas nature tūc sicut mō. 2m etiaz de eucha pbatur. qz si manet eadē quātitas q̄ prius erat panis ⁊ nihil aliud est inherentia eius pani q̄z realiter ipamet quantitas. igitur illa vnitur realiē pani vel cum informat nūc sicut prius. 3m probatur quod si. a. ⁊. b. cōponant ab. ⁊ istaruz partiuz vnio ad inuicē nihil aliud sit realiē nisi ista absoluta. a. ⁊. b. ergo separatis realiter. a. ⁊. b. manet tota realitas illa q̄ est ipsoꝝ. a. ⁊. b. vnitoꝝ. ⁊ tūc. a. ⁊. b. separata manēt realiter vnita. ⁊ ita manet cōpositū separatis ptibus cōponētibus. ⁊ ita compositū non erit cōpositū. qz q̄ manet compositū separatis partibus cōponētibus nō ē ꝓpositū ex eis. nihil. n. eēt tūc nisi vnum aggregatione. sicut phs videtur deducere. 8. metc. ¶Probatur etiā 4m. qz qcquid causatur a diuersis causis secūdis p̄exigit in eis debitā ꝓportionez ⁊ approximationē ad hoc q̄ causet ab eis. sed si ista approximatio ⁊ ꝓportio nihil sint nisi ipsamet absoluta. igit ista sunt realiter ita causatiua huius effectus q̄ nō sunt approximata sicut q̄ sunt approximata. ⁊ ita ipsa approximata nihil possunt causare realiter qō non possunt causare etiam nō approximata. nulla enī realitate alia posita nō potest aliqua res causari que prius nō potuit causari. ⁊ ita potuit fuisse argutū in 5o mēbro ex partib⁹ ꝓponentibus. qz si. a. ⁊. b. separata nō cōponant ab igit nec ipsa vnita. qz eadē res sicut absq̄ omni realitate alia non potest aliquid causare modo qō prius non potuit. ita nec eedē res absq̄ omni realitate possunt aliquid ꝓponere q̄ prius nō potuerūt cōponere. igitur ⁊c̄. ¶Preterea 2o arguo sic ꝓtra predictaz opi. nihil finitū continet fm perfectā cōtinentiaz formalez vel virtualez opposita formaliter. qz quantūcunq̄z concedat in deo perfectissima continentia oīum perfectionū fm identitatē que sunt in eo. nō tn̄ pōt ꝓtinere oppa formalr̄ absoluta in se. ⁊ in se possit hre talia oppa vtualr̄ ⁊ relatiua formalr̄ q̄z exclūdit infinitas fūdamēti. sed eqlitas ⁊ ineqlitas sunt opposita formaliter. ⁊ similitudo ⁊ dissimilitudo similiter saltē ad idē correlatiuū. ista autē possunt perfecte fundari in eodē fundamento successiue. igitur idē fundamētuz neutruz istoꝝ continet formaliter ⁊ fm perfectā identitatē. qz qua ratione nō ambo eadē ratiōe nec alterū. ¶Preterea 3o arguitur. idē non cōtinet plura eiusdē rationis q̄z perfectā identitatē eandē sibi. sed plures relatiōes eiusdē ratiōis sunt in eodē fundamēto sicut plures filitudines fūdant in eadē albedine. q̄ ⁊c̄. aor appet inductiue i oib⁹ que ꝓtinēt plura p idētitatē. qz vnū cōtinēs ꝓtinet vnū eiusdē rōis. Itē 4o sic ꝓtinēs aliqd p identitatē si est pfectius ꝓcludit etiā ꝓtentū in eo esse pfectius per identitatē. sicut anima pfectior habet perfectiorē intellectū. ⁊ fm ponentes eandē esse formā intellectiuā ⁊ sensitiuaz corporeitatis ⁊ sbe intellectiua perfectiorē sensitiuaz includit q̄z est sensitiua in brutis. nō autē semper fundamētuz perfectius continet in se perfectiorē relationez. qz non omne albius est similius vt manifestuz est ad sensuz. igit ⁊c̄. ¶Preterea 5o cōtenta in aliquibus per identitatē non minus differunt in cōtinētibus magis distinctis. sed relationes fundate in duob⁹ generibus minus differunt q̄z due relationes fundate in re eiusdē generis. imo in eadē specie specialissima qz equalitas que fundat super quātitatez ⁊ similitudo fundata super qualitatē minus differunt qz vnius modi q̄z similitudo ⁊ relatio potētie actiue que possunt fundari super eundē calorē. qz alterius modi. igit ⁊c̄. 6o relatio rōis est alia res rōis a suo fūdao. q̄ rela° realr̄ erit alia res realr̄ a suo fūdao p̄tia pbat. qz sic relatio rōis est mod⁹ obi in p° actu intellect⁹. ⁊ tn̄ nō ē in se nihil ī genere ītelligibiliū. sz ē in se aliqd vere ītelligibile. Iz nō ita p̄m vel eq̄ p̄m sic illō c⁹ est mod⁹ ⁊ ita nō intelligit nisi in actu reflexo. ⁊ iō nō ita pfecte sicut illud c⁹ est modus. ita ēt relatio realis licet sit modus sui fundamēti ⁊ nō eque primo cū eo nec eque perfectuz cū eo. tamen in se ē res aliqua. qz qō in se nihil est nulli⁹ est modus realis. non. n. est aliquod nomē generalius q̄z ens vel res fz Aluic. i. me. c. 5. ⁊ iō cui nō ꝓuenit ee ens vel res ei nō conuenit aliquod esse reale. ¶Preterea pbatur ꝓclusio ista ad quā inducte sunt rationes p auctoritates ⁊ primo per Aug. 5. de tri. c. 5. ¶In rebus causatis qō non fz substantiā dicit restat vt fz accidens dicat. vbi exp̄resse vult q̄ relatio sit accidēs i creara. ⁊ Iz sit dubiū si ista hēat itelligi de relatione q̄ est creara ad deū tn̄ vex ē de illa relatōe q̄ amitti pōt manēte fūdao ⁊ fz veritatē ⁊ fz suā intentionē

Itē p Aluic. i. de tri. c. 5. Si pus erat ōs ⁊ postea p̄ gnātōis accessiōe mutat⁹ ē auertat ōs hāc demē tiā a fidelium mētib⁹. q̄ p solā accessionē r elatōis realr̄ fieret mutatio in pa diuīa fz ipsū. qō nō eēt nisi eēt illa relatio aliqua res alia a fundamēto. qz fundamētū p̄existit. Itē Hil. 12. de tri. c. 8. dicit ¶Re. ¶Nasci quod erat iā nō tn̄ nasci est sed seipsuz demōstrare nascēdo. ⁊ loquitur de natiuitate filij dei. igit relationē nouā dicit nasci. Itē phs in predicamentis. Ad aliquid sunt quecunq̄z hoc ipsuz qō sunt ad aliud sunt. ⁊ per hanc rationē excludunt sbe que licet sint alioꝝ nō tamē sunt ad aliquid. igitur accipitur hoc ipz qō sunt non pro esse in intellectu sed pro esse in re. s. q̄ relationes in re hoc ipsuz q̄ sunt alioꝝ sunt. fundamētuz autē nō est ad aliud hoc ipsuz qō ē igitur est aliud esse huius ⁊ aliud esse illius. q̄ ⁊c̄.

Itē Simplicius ibidē super predicamēta ex intentione declarat relationē ad aliud esse. Item phs. 12. metc. c. 2. ⁊ 2tor 2to. 19. vult q̄ sicut principiata sunt alia ita ⁊ principia. ⁊ exemplificat specialiter de distinctione relationis ad alia ⁊ principioꝝ relationis ad pma alioꝝ. Itē Aluic. 3. metc. c. de relatione videtur velle ex intētione q̄ relatio habeat certitudinē ꝓpriā. ⁊ in pn. c. vult q̄ fm suaz certitudinez habeat ꝓpriuz in esse ⁊ proprīā accidētalitatez.

Et qz posset pteruiri de relationib⁹ ꝓcedēdo eas nō ee easdē realiter fundamēto. nō tn̄ esse alias realitates negādo eas esse aliquas res dicēdo relationez tn̄ esse in actu intellectus ꝓpantis. Contra Iz arguit primo qz hoc destruit vnitatē vniuersi. 2o. qz destruit oēz ꝓpositionē in vniuerso sbalez ⁊ accitalē. 3o. qz destruit oēz causalitatē cāe scōe. 4o. qz realitatē sciaꝝ mathe. destruit. ¶Primū pbat faciliter. q̄. s. destruat vnitatē vniuersi. qz fm phz. 12 metc. vnitas vniuersi est in ordine partiuz ad se inuicē ⁊ ad p̄m. sicut vnitas exercitus est in ordie ptiū exercit⁹ inter se ⁊ ad ducē. Et ex Iz ꝓtra negātes relationē ee rez extra actū intellect⁹ pōt dici verbū phi. 12. metc. q̄ tales q sic dicūt incōnexā faciūt vniuersi sbaz. 2m pbat qz nihil ē ꝓpositū sine vnione ptiū ꝓponētiū ita q̄ ptib⁹ sepatis nō manz ꝓpom. nihil āt reale dependet ab eo qō ē tn̄ rō ⁊ p̄cipue qō est tn̄ rō cāta p actū itellect⁹ nr̄i. ⁊ saltē reale tale qō nō ē artificiale. igit nullū totū ꝓpom erit reale nāle si necessario ad suū ee requirat relatōez q̄ relatio nihil ēnisi ens rōis. 3m pbat. qz cātio effectus realis nō requirit ens rōis in cā. ⁊ nō pnt cāe 2e cāre nisi ꝓportionate ⁊ approximate. igr si ista approximatio ē tn̄ ens rōis nō poterūt scōe cāe sub ista approximatione cāre aliqd reale qz sine ista approe nō pnt cāre. Et si ista appro° q̄ est relatio nulla res est pte. igr cā secūda nihil ꝓfert ad posse causare. 4m probat. qz oēs ꝓclusiones mathemac demōstrant relationes de sbis. qō appet.

primo ex auctoritate phi.ij.meta^{c}. c.i. in fine. Bonum autem maxima spēs ⁊ ordo ⁊ commensuratio ⁊ determinatū que maxime oñdunt ma^{c} scie. quia illa ars est in ꝓportōe ⁊ mēsuris aliquox adinuicē

2° patet hoc p experiētiā discurrēdo p ꝯclusiones mathema. in quibus omnibus cōiter p̄dicatū est aliqua pa^{o} relatiua sicut patet iciendo a p^{a} ꝯclusione geo^{e} vbi ostenditᷣ equalitas latex de triangulo vel de linea recta hoc p̄dicatū posse cē basim vellatus trianguli eglateri. ⁊ ita in omnibus alijs. puta ꝙ triangulus habet tres angulos equales duobus rectis. pa^{o}. demonstrata de tribus angulis trianguli esp̄ista. s. equalitas duobus rectis. ⁊ ita est in alijs. Quod si ad hoc ꝓteruiat ꝙ licet relationes ñ sint formaliter entia rōis ꝑ aliquid extra intellcūz ⁊ nō idē fundamēto. nō tamē sunt alia res a fundamēto. sz tm̄ sūt modi ppij rei. Ista instātia vī tm̄ cōtēdere de noie modi ⁊ rei. lz. n. modus rei nō sit ita res sicut illa cui⁹ est modus. nō tm̄ nulla res ē sic nec nullū ens. qz tūc nihil eēt dic. n. bt̄us aug. i. de doc. xp̄i. c. i. ꝙ signū ꝑ quod tm̄ est signuz est res aliqua ⁊ modus signati. Et hoc ꝓbat. qz oīo qō nulla res est nihil est. ⁊ ita relatio cadit sub diuisione entis ꝑ se ꝑ p̄bm. 5. me^{c}. nec oia in que diuidit ens ꝑ se sunt eqz pfcā entia īmo quātitas respectu substātie pōt dici modus. ⁊ tm̄ in se ē vera res. ita relatio licet sit modus. adhuc tm̄ est impfectior modus quātitate si sit extra intellectū ⁊ nō modus intrinsecus fundamenti sicut est infinitas in deo ⁊ oīuz ēntialiū que sunt in eo sicut dictū est di. 8. p̄mi li. sequit ꝙ talis modus alius a re ex natura rei sit res alia a fundamento accipiendo rem generalissime vt dividit in. io. gnā.

Et si dicas ꝙ genus relatōis est res nō ꝓpter modū illū qui est habitudo ad aliud sz ꝓpter rē cui ꝓuenit esse ad aliud hoc non est vex. qz oē ens ad se ꝯsideratū sub rōe absoluta pōt ptinere essentialiter ad aliquod genus absolutū si est per se vnū. nullus enī modus ꝯcipiendi cū quo stare pōt vnitas per se cōceptus: qui ꝯceptus sit absolutus tollit quin illud cōceptū pertineat ad genus abso^{m}. qz illud sic ꝯceptū ēcludit aliqd absolutū dictū de se in quid. ⁊ aliquid in quale ꝑ quod distinguit ab alijs ꝯceptib⁹ absolutis vt genus ⁊ differentiā extra intellectū. ois talis est respectus siue habitudo siue relatio siue qualitercunqz noīetur qz ista sunt syno^{a}. ⁊ ille respectus pōt p se ꝯcipi vt p se vnū habēs aliqō p̄dicatū qdditatiuū dictū de eo in quid. ⁊ est aliquid extra animā vt ꝓbatū est distinctū ab illo in quo fundat. vt ꝓbatur in p̄mo ar. ergo pōt haberequilibet istox respectū genus ꝓpriū vt respectus sunt nō includendo essentialiter fundamenta. ⁊ ita realitas eoruz que sunt in isto genere nō est p̄cise talis ꝓpter fundamētū formaliter loquendo. qz fundamētū formaliter est extra p se rōez istox vt hñt ꝯpletā rōez entis in genere reali. Sic igit declarata realitate relationis in 2°. arti. ⁊ etiā eius diuisione reali a fundamēto in p̄° arti. ⁊ hoc q̄ztū ad illas rōes de qb⁹ ꝯcludūt rōes ibi adducte vī sufficiēter ꝓbata p̄^{a} opi. ꝑ quē cūqz itellectū ponat itelligi. Ad p̄^{m} alterius opi. dico ꝙ nihil alicuius generis dicit de deo sicut dictū est di. 8. primi. ⁊ sicut absoluta ita relationes q̄ formaliter dicunt de deo nō sunt alicui⁹ generis: sz trāscēdētia oia genera ⁊ sunt passiones entis in cōmuni: qz qcqd ꝯuenit enti inq̄ztū est indifferens ad finitū ⁊ infinitū ꝯuenit ei p̄rius q̄z diuidat in genera ⁊ ita est trāscēdens. Ad illud ꝙ nō est ꝯpositi⁹ albuz simile q̄z albū tantū: q̄zuis illud posset faciliter exponi faciēdo viz in vocabulo dicēdo: ꝯpositio est similis positio: tm̄ nō curādo de vocabulo dicēdum eē ꝯuiter ꝙ albū simile est ꝯpositius q̄z albū tm̄ qz hz

in se actū ⁊ potētiā distincta realiter: hoc etiā debet ꝓcedere ille p̄ro cuius opi. fit istud arg^{m}. ꝓcedit enī ipse nusq̄z cē differentiā intētionis sine ꝯpositione ⁊ ꝙ relatio differt a fundamēto in creaturis dr̄ia intētionis ꝓcedit etiā in diuinis psonā cē quasi ꝯpositaz ⁊ essentiā esse quasi potentiā ⁊ relatōez quasi actū sz vbi ista sunt quasi actus ⁊ quasi potentia ibi est quasi ꝯpō. igit vbi est actus ⁊ potētia ibi est vere ꝯpō. nō tamē est ꝯpō ex duabus entitatibus absolutis. nō tamē est ꝯpō ex duabus entitatibus absolutis. qz altera entitas non est absoluta entitas. Ad 2^{m} de mutatione rñdet Simplicius sup p̄dicamēta ꝙ sic relatio nō est forma ad se sz ad alterū ita ille cui aduenit nō mutat ad se sz ad aliū. ⁊ si tūc mutari dicat solū illud quod aliter se habet ad se nūc q̄z pus tūc nō est mutatio in ad aliquid. si vero mutari sit cōe ad aliter se habere ad se ⁊ ad altex tūc mutatio est in adaliqd sicut vult Simplicius. qz ꝑ relationē est in adaliqd sicut vult Simplicius. qz ꝑ relationē est in adaliqd sicut vult Simplicius. qz ꝑ relationē

qđ ad alterꝝ dicaꝫ fundamẽtũ. ergo relationis ẽ aliqua entitas formaliter nõ includẽs illã relationeꝫ formaliter. qꝛ si formaliter includeret eaꝫ non erit formaliter relatio ad aliud sed ad se. qꝛ fundamentuꝫ suũ est formaliter ad se cũ quo ponit formaliter idẽ. nec posset esse fundamẽtũ primũ relationis ad huc. n. esset querere de illa relatione prima in qua poneret. nõ est ergo precise aliqua relatio fundamẽtuꝫ alicuius relationis. qđ etiã apparet in relationibus diuinis vbi est maxima idẽtitas in fundamẽto. ⁊ tñ fundamẽtũ non est formaliter relatio. qꝛ tũc nõ esset perfectio formaliter infinita. ¶Preterea diffinitio indicat totã quidditatẽ rei si est perfecta. sed diffinitio lapidis non includit essentialiter vel formaliter respectũ ad aliud. qꝛ tunc nõ esset diffinitio lapidis vt est in genere absoluto. ⁊ ita nõ ẽ diffinitio lapidis vt est in genere substãtie vel vt spẽs sbe ergo in essentia lapidis nõ includit formaliter aliquis respectus. 3° si ꝑm istam opi. creature nõ magis distinguunt a deo quaꝫ relationes in diuis inter se. qꝛ oẽs relationes oppposite sunt eque distincte ⁊ specialiter que pertinẽt ad eundẽ modũ relationoꝝ. relationes autẽ diuine que sunt relationes originis pertinẽt ad ꝑm modũ relationoꝝ ad quẽ etiaꝫ videnr pertinere ille relatiões que sunt in deo rõe cause efficientis ad creaturã. igit si creatura tantũ sit relatio ⁊ relatio opposita in deo sicut filius est relatio subsistens opposita relationi patris eq̃lis erit distinctio hinc ⁊ inde. Et ꝓfirmat ratio. qꝛ tunc suppositũ creatũ nõ est nisi relatio quedã subsistens. ⁊ sic difficilius esset cõcipere modũ existẽdi persone create q̃ increate. Et si dicas q̃ creature differunt in natura absoluta inter se nõ sic diuine persone. hoc videt destruere posituꝫ. qꝛ tunc creatura habebit essentiã absolutã que nõ tantũ erit relatio. videt etiã sequi vlterius q̃ minus differat creatura a deo q̃ vna persona diuina ab alia ꝑsona diuia qꝛ in personis diuinis est relatio realis ⁊ mutua. ſ inter creaturã ⁊ deũ nõ est mutua relatio realis. q̃ ⁊c. 4° ad principale arguit sic. que distinguãtur formaliter nõ sunt idez formaliter ⁊ precise. qꝛ distinguerent formaliter ⁊ nõ distinguerentur formaliter. qꝛ nihil essent nisi illud indistinctũ formaliter sed relatio creature ad deũ nõ distinguitur formaliter nec specie in diuersis creaturis. igitur vel creature nõ differunt specie vel creatura nõ erit precise illa relatio. probatio minoris. illis relationibus oibus in creaturis correspõdet idẽ extremũ ex parte dei. relationibꝰ autẽ alterius rationis nõ correspondet terminus eiusdẽ rationis. 5° sic in creatura est triplex relatio ad deũ. igit qua ratione ipsa nihil erit nisi vna relatio pari ratione nihil erit nisi alia relatio igit nõ potest precise esse aliqua vna istaruꝫ nec põt esse oẽs iste. qꝛ oẽs iste differunt formaliter inter se. ⁊ tunc quelibet vna essentia haberet distinctionẽ formalẽ a seipsa. vel sic vna natura formaliter. ⁊ specifice nõ est plã specifice. sed quelibet natura habet tres relationes respectu dei specie differẽtes. qđ ꝓz. qꝛ ecõuerso in deo ad creaturã sunt tres relationes ꝑm rationẽ. igit. ⁊c. Aliter ponitur q̃ ista relatio angeli ad deũ differt realiter ab eẽntia angeli. qđ cõfirmat per Aug. 5. de tri. c. 9. vbi dic̃ q̃ in creatura quicquid nõ ꝑm substãtiã dicit restat vt ꝑm accidẽs dicatur. Et arguit q̃ in creaturis sit accidens. qđ etiaꝫ expresse vult in codẽ li. 5. c°. 19. dicens. Illa sunt accẽtia relatiua que cũ aliqua mutatione rerꝫ de quibus dicunt accidunt. ⁊ vult ex ꝫ relationẽ creature ad deũ esse accñs. nõ autẽ ea que relatiue dr̃ dei ad creaturã. ex hoc expressius ibidẽ in fi. q̃ ergo tpaliter dicitur **de deo vt dici incipit** dñs qđ antea nõ dicebat manifestũ est relatiue dici. nõ tamen ꝑm accidens dei sed plane ꝑm accñs eius ad qđ dici aliquid deus incipit relatiue. Cõtra istud sba est prior accidẽte tripliciter ꝑm phz. 7. meta. ſ. cognitione diffinitione ⁊ tpe. Et hoc qđ est esse prius tpe intelligitur sic q̃ nulla est ꝓtradictio ex parte substãtie quin peior posset esse duratiõe oi accñte. ergo nõ est ꝓtradictio q̃ lapis eẽt prior duratione omni dependentia ad deũ duratione. ⁊ per ꝑns nõ est ꝓtradictio lapidẽ nõ dependere ad deuꝫ qđ videt absurdũ. ¶Preterea Aug. aut accipit ibi accidens cõmuniter pro quolibet mutabili. ⁊ tunc substantia quelibet creata erit accñs. qꝛ est mutabilis. aut accipit ibi accidens pro mutabili. i. amissibili. ſ. qđ potest alio manente. ſ. sba amitti. ⁊ ꝫ manente eo quod est prius vel duratione vel natura. si hoc mõ. igit relatio creature ad deũ nõ est accñs qꝛ nõ põt creatura manere nec duratione nec natura sine ista. Et hoc modo videt ipse loqui. c. 5. qũo sunt aliqua accñtia inseparabilia. qꝛ ⁊ si corꝰ manens nõ possit amittere nigredinẽ. tamẽ põt amittere plumas ⁊ alia quedã. hec quidẽ nõ est mutatio qꝛ si ipsa amissio plume esset mutatio. sed est amissio. qꝛ sicut pluma est prior natura nigredine ita etiaꝫ posset esse posterius natura nigredine. hoc est nõ primo corrumpi corruptione nigredinis.

Ad questionem istã igitur dico q̃ relatio ad deũ cõmunis omni creature est idẽ realiter fundamẽto nõ tamen idemꝫ formaliter fundamẽto. nõ tamẽ idẽ formaliter nec precise idẽ siue nõ idẽ identitate adeq̃ta ita q̃ fundamentũ sit tantũ relatio formaliter. ꝓmuꝫ probatur per duas rões. qꝛ illud q̃ proprie dicitur inesse alicui ⁊ sine quo illud nõ põt esse sine cõtradictione est idemꝫ sibi realiter. relatio autẽ ad deuꝫ ꝓprie inest lapidi. ⁊ sine ea nõ põt esse lapis sine ꝓtradictione. ergo illa relatio est eidẽ realiter lapidi. ¶Probatio maioris. qꝛ sicut ꝓtradictio dicta de aliquibus est via ꝙcludendi distinctionẽ ita impossibilitas recipiendi p̃dicationẽ ꝓtradictoriorumꝫ participantiũ ad eẽ est via ꝙcludendi idẽtitatẽ in esse. Et hoc vbi nõ est dependẽtia essentialis que requirit distinctionẽ manifestã. Nõ declaro sic. qꝛ impossibilitas q̃. a. sit sine. b. aut est ꝓpter idẽtitatemꝫ. b. ad. a. aut est ꝓpter prioritatẽ. b. aut simultatẽ in natura. ergo si. b. nõ sit prius naturaliter q̃ꝫ. a. nec necessario simul natura. ⁊. a. nõ põt eẽ absq̃ꝫ. b. sequit q̃. a. sit idẽ. b. si autez sit aliud ⁊ posteriꝰ eo nõ est verisimile q̃ nõ possit esse sine eo naturaliter absq̃ꝫ cõtradictione. sed quod inest alicui ꝓprie sicut relatio inest fundamẽto. hoc est ita sibi inest qđ si esset aliud esset posterius eo natura. tale nec est prius natura nec simul cũ eo cui inest. ergo si necessario requritur ad esse eius ita qđ illud aliud non põt esse sine eo necessario est idem realiter sibi. ita est in proposito. minor est manifesta. qꝛ sicut incõpossibile ẽ lapidemꝫ esse sine deo ita incõpossibile est lapidẽ esse sine dependẽtia eius ad deuꝫ. ifiã si posset eẽ sine dependentia illa posset esse sine termino illius dependẽtie. nõ enim est icõpossibilitas essendi absq̃ꝫ termino nisi ꝓpter ipsaꝫ dependentiã. nõ est autẽ aliqd non necessariuꝫ simpliciter ratio simpliciter necessarij. q̃ ⁊c. Contra rationẽ istã insto. qꝛ tunc quelibet relatio que inest essentie diuine per actum intellectus diuini esset eadem illi essentie. probatio qꝛ incõpossibile est illi essentie esse sine ea. si enim talis relatio possit esse noua. ergo intellectus diuinus posset mutari. quod est incõpossibile. sed ponere talemꝫ eandẽ illi est ponere incõueniẽs. qꝛ tũc eẽt realis. qcqd. n. est idẽ rei est reale. illa autẽ relatio

nõ est realis. ex di. 3. pñti. g ꝛc. Rº. incõpossibilitas separationis põt ee ex rõne ipsius a quo aliquid est inseparabile. ꝛ põt ee ab aliquo extrinseco. Exm huius secũdi. q; sm pbm ꝓtradictio est celuz esse sine motu. nõ quidẽ ex causa intrinseca in celo. q; est receptiuũ motus ꝛ indifferẽs ad quietẽ sicut ad motuz. sed ex causa extrinseca mouẽte. nõ tamẽ sequit ꝙ celũ sit motus suus licet nõ posset esse sine eo. modo dico ꝙ incõpossibilitas eẽndi lapidẽ absqz dependentia eius ad deũ est ex ratione lapidis ꝓcise. ex qua etiã est rõ icõpossibilitatis eẽndi lapidẽ sine termino dependentie illius ꝛ qcqd. n. est ratio requirẽdi terminũ dependentie est ratio habendi dependẽtiã illã. sed in ista instãtia adducta nõ est necessitas simplr inherẽtie talis relatiõis nec icõpossibilitas oppositi ex natura rei ex parte eẽntie diuine. quasi impossibile sit eã esse nisi exigat terminũ ad quem: quẽ ipossibile est nõ esse. sz tñ est incõpossibilitas ex cã extrinseca. s. intellectu diuino simplr necessario agẽte. ꝛ ideo incõpossibilitas est ex parte eius nouiter agere. 2ª ratio ꝑncipalis ad pm mẽbz solutionis est ista ꝙ vniformiter dr̃ de oi alio a deo a termino nulli dicto ad talẽ terminũ accidit. sz talis relatio cõis omni creature vniformiter dr̃ de oi alio a deo ad ipsuz deũ. g nulli accidit. ꝛ ita est idẽ fũdamẽto. ꝓbatio maioris. q; si alicui accideret pari ratiõe ꝛ alteri. vt puta si relatio effcũs ad causaz accideret lapidi. ꝛ ꝓ ꝑñs ẽ res alia a lapide. pari rõe ipsa hr̃et relatiõez ad deũ vt effect9 ad cãz: ꝛ tũc accideret sibi alia relatio effcũs. ꝛ ita esset alia relatio. ꝛ sic in infinitũ. Cõtra istã rationẽ insto. q; nõ videt incõueniẽs, pcedere in infinitũ in relationibus dictũ. n. est in primo li. ꝙ relatio fundat supra relationẽ sicut ꝓportionabilitas supra ꝓportionẽ. Et b arguit si sortes est idẽ platoni. g illa idẽtitas sortis est eadẽ idẽtitati platonis. ꝛ pari rõe illa idẽtitas ẽ eadẽ idẽtitati. ꝛ ꝓria idẽtitas erat alia ab idẽtitate fundamẽti. q; fundamẽtũ poterat ee sine ea. g pari ratione quelz idẽtitas erit alia ab idẽtitate illius e9 est. ꝛ ita crũt infinite relationes reales. ꝛ ita potest argui de ꝓportionalitatib9 ꝛ similitudinib9. Ad istud rñdeo ꝙ status est in 2º. qõ vt intelligat accipiant ꝑ9 fundamẽta sor. ꝛ plõ iter q̃ est idẽtitas mutua vt dicat illa in sorte. a. ꝛ illa in platone. b. idẽtitas aũt. a. ad. b. dicat. c. ꝛ illa idẽtitas eo in. b. dicat. d. dico tũc ꝙ. a. differt a sor. q; sor. põt ee sine. a. q; põt esse sine eius termino. ꝛ ipsa nõ põt esse sine termino. a. tñ nõ differt. a c. sz c. est idẽ sibi. q; a. nõ põt ee sine. b. cũ sint simul natura. ꝛ ꝓ ꝑñs ꝓdictio est. a. esse nisi tã fundamẽtũ eius q̃z etiã terminus ei9 sint sz fũdamẽto ꝛ termino ipsius. c. exñtib9 necessario erit. c. g ꝓdictio est. a. esse sine. c. ꝛ. c. inest formaliter. a. q;. a. dicit idẽ ipsa eadẽ idẽtitate que est. c. g c. est idez ipsi. a. ꝛ ꝓ ꝑñs ibi erit status. Et si queras qua idẽtitate est. c. idẽ ipsi. a. dico ꝙ ipso. a. q; illa idẽtitas nõ est nisi rationis. q; simpliciter eiusdẽ ad se. Eodẽ modo est status de similitudinibus ꝓportionalitatũ. q; vna ꝓportionalitas est similis alteri similitudiẽ eẽntiali. duo etiã indiuidua eiusdez spẽi dicunt similia in forma specifica. ꝛ ita sicut est status in idẽtitate. a. specifica in 2º ꝛ nõ in primo ita ꝛ in similitudine ꝓportionalitatũ. 2m arti. s. ꝙ relatio nõ sit eadẽ formaliter fundamẽto suppono manifestũ ex intellectu eius qõ dr̃ formaliter idez. q; per se ratio respectus nõ includit formaliter rationẽ absoluti. nec absolutũ per se includit formalẽ rõez respectus. Dicr̃ qõ ibi addit ꝙ fundam: tũ nõ sit ꝓcise ipsa relatio hoc pbat cõtra illã opi. Et tũc intelligo qualiter possit esse vera idẽtitas ꝛ nõ precisa hoc mõ. qñ in creaturis aliquid ꝓtinet aliud ꝑ identitatẽ sine vnitatẽ plura nõ est hoc ex pfectiõe illius cõtẽti sed ex pfectione ꝓtinẽtis. sicut si aia intellectiua sm aliquos ꝓtineat aiam vegetatiuaz ꝛ formã substantie nõ est hoc ex pfectione forme sbe. q; ipsa nõ ꝓtinet oẽs formas alias. sed ex perfectõe aie intellectiue. similiter si quodlibet ens ꝓtineat quamlibet passionez entis vt veritatẽ ꝛ bonitatez ꝛ vnitatẽ. nõ est tamẽ ista cõtinentia ex pfectiõe cõtenti sed ex perfectione ꝓtinẽtis. quẽadmoduz ꝛ in diuinis ꝙ relatio sit eadẽ fundamẽto nõ est ex perfectione relationis quasi ipsa ꝓtineat essentiã ꝑ idẽ titatez. sed ex infinitate formali essentie. ꝑpter quã ipsa habet in se relationẽ per identitatẽ. Jn oibus istis ꝛ maxime in creaturis continens nõ est formaliter ꝓcise ꝓtentũ sed est in pfecta entitas in se fiẽ esset si ꝓtentũ esset extra se vel sibi additũ. imo perfectioꝛ entitas est. q; ex perfectione sua ꝓtinet oẽm aliaz entitatez. vnde anima intellectiua nõ tantuz est forma substantialis. q; tunc nõ est perfecta sz est ita perfecte illa vltima entitas que est ibi sicut si ꝑ supponeret aliaz entitatẽ a se. Jta dico in proposito ꝙ fundamentũ nõ est tantuz relatio quã continet ꝑ identitatẽ. sed est ita absolutũ sicut si relatio esset sibi addita vel omnino nullã haberet relationez. q; nõ est hoc ex imperfectione sua. sed ex perfectione vel simplici vel aliquali. q; ꝓtinet illã relationez ꝑ identitatez ita qõ ipsa ꝓtinẽtia quasi ꝓuenit ipaz accidẽtalitatẽ relationis ne ipsa possit esse accidẽs q; ipsa perfecte continet in substantia. que tamẽ relatio si nõ sic contineret quãtuz est ex se non haberet forte qõ esset per identitatez substantia.

Ad argumẽta ꝓcipalia huius. q. ad primũ de. 4. me. dico qõ infert omnia esse ad aliquid vt ad opinionẽ ꝛ sẽ sum. sed contra ꝓñs debet differre ab antecedente improbato ideo dico qõ inconueniẽs est omnia ee ad aliquid ita quod ipsoꝛ esse sit formaliter ad aliud esse. sicut dicit illa opi. que dicit oĩa apparentia est vera. que etiã dicit qõ ipsuz esse rei est formaliter ĩapparere. nec sic cõcedo oĩa esse ad aliquid ita quod eoꝛ esse sit formaliter ad aliud. imo ipsoꝛ ee est formaliter ad se licet per identitatez cõtineant esse illoꝛ que sunt ad aliud. Alia responsio infert omnia esse ad aliquid vt ad opi. ꝛ sensuz. Ad 2m ꝛ si negari posset de relatiuis vel eoꝛ que sunt in diuersis generibus. ꝛ tunc dicerent ee ꝓmo diuersa q̃zstuz. s. ad rationes formales eoꝛ ita ꝙ nullũ illoꝛ formaliter includit alteꝛ. nec aliquid alterius. sz ꝑ identitatẽ in existẽdo vnũ cõtineat alteꝛ. põt tamẽ dici ꝓpter ad alias dicta ꝙ huius relatio est trãseẽdens. q; quod ꝓuenit enti anteq̃z descendat ad genera est transcẽdens. sed qõ cõuenit omni enti conuenit sibi anteq̃z in genera descẽdat. g qõ est tale ẽ trãscẽdens ꝛ nõ alicuius generis determinati. sic sunt hui9 relationes. g. Ad auctoritatẽ aug. ꝑ vltima opi. ꝓcedo ꝙ relationes in creaturis sũt accidẽtia loquẽdo de relationib9 creaturaꝛ ad illa ad q̃ nõ depẽdent eẽntialiter. ad q̃cũq̃z aũt eẽntialiter dependet. a. ipsa depẽdẽtia ei9 eẽntialis nõ ẽ sibi accis ꝛ est nõ est aliud realiter. ꝛ tũc illud ꝑm qõ adducit de. c. 5. ꝙ in rebus creatis illud qõ nõ sm substanti az dicitur restat. ꝛc. exponẽduz est sm accidens dici qõ nõ per se ꝓdicatur in quid ꝛ cũ hoc est etiam mutabile. nõ tamen manente fundamento sed per mutationez fundamẽti. ꝛ ꝓma cõditio deficit in ꝓdicamẽtis essentialibus vel potius in substantialibus dictis de creaturis. 2ª ꝓditio deficit in relationibus diuinis: sed ambe cõcurrentes sufficiũt ꝛ ita põt exponi vltima auctoritas de. 19. c. q; illa su nt accidentia in his ad que dicitur deus. hoc est

sunt simpliciter mutabilia. non tamen amissibilia ⁊ sunt dicta accidētaliter hoc est nō naturaliter vel essentialiter de substatijs. ⁊ vna conditio deficit relationibus diuinis.

Ad primam questionē de creatione dico ꝙ creatio nō tantū videtur īportare relationē ad deuꝫ in ratione cause efficientis sed etiaꝫ respectū ad nō esse p;ecedens. ⁊ ꝫ ordine durationis vt accipitur p;opie creatio. ſz iste ordo potest intelligi vel ad non esse immediate p;ecedens vel indistincte. ⁊ p̄mo. tñ dicit res creari in p;imo instāti ⁊ 2°. potest dici res semper esse creatura dum manet. Si loquamur de p;ima relatione. ſ. ad causaꝫ efficientē patet solutio ex. q. p;ecedēti. si de 2ª relatione videt ꝙ illa nō sit eadē fundamēto qō sequitur ex illo secūdo mō p;out tantuꝫ conuenit rei in p;imo instāti si idem respect⁹ ad non esse maneat tamē in illo instāti. absolutū autez manet post illud instans ⁊ manenti nō manens nō est idez realiter. Sed de ordīe illo ad nō esse īdistincte accepto videtur idez nisi p;obari possit contradictio ꝙ illa essentia. a. posset esse absqꝫ respectu ad nō esse duratione p;ecedens. ꝙ si p;obet hoc in 3ª. q. quesita ꝙ ꝓtradictio sit lapidē esse sine respectu ad nō esse p;ecedens duratione tunc posset dici cō sequēter ꝙ iste respectus nō differt a fundamēto. nisi diceret ꝙ iste respectus nō est dependētia ad aliquid ad quod habēs illū essentialiter dependeat. nō est autē generaliter dictuꝫ in p;ecedēti. q. ꝙ ois respectus est idē realiter cū suo fundamēto. sed ois respectus dependentie ad aliquid sine quo dependens nō potest esse est idez est dependēti. Si autez non sit ꝓtradictio lapidē esse sine tali ordine ad non esse tunc planū est illū ordinē nō esse idē fundamento. Sic ergo vel ſm vnā opi. creatio ſm vtrunqꝫ respectuꝫ quez dicit est idez fundamēto vel saltem q̄ſtuꝫ ad p;imū respectū licet nō q̄ſtū ad secūdū.

Secunduꝫ p;imā opi. pōt respōderi ad p̄ muꝫ ar^m. ꝙ auctoritas loquitur de his p;ecise que per se includunt in quidditate rei vnde q̄dditas est. vnde exponit vnuꝫ ⁊ multa. actū ⁊ potētiaꝫ. q; nullū tale est de per se intellectuꝫ quidditatis. ⁊ ita cōcedo ꝙ nulla relatio sit idē formaliter fundamēto. ⁊ si realiter ⁊ per identitatē etiā quandoqꝫ ꝓtingat in eo vt est in ꝓposito. Ad 2^m pz ꝙ ille respectus ad deuꝫ nō tantū manet in p° instanti. sed semp duꝫ manet res. sicut diceī in. 2. q. ſe di. huius li. Ad ꝫ^m ⁊ si nō sit verꝫ deuꝫ nō posse reparare eundez motuꝫ de quo in 4° diceī. tamē si hoc ꝓcedatur cōcedit ꝓpter interruptionē que ꝑz eos. phibet i dētitatē motus reparati ⁊ destructi. ſz hoc nō ꝓuenit in ꝓposito nisi ꝙ creatio nō posset reparari eadē inq̄ſtuꝫ dicit ordinē īmediatū ad nō eē nō autē inq̄ſtuꝫ dicit respectū ad cāꝫ. vnde idem respectus pōt reparari. q; eadē maternitas fuit i matre christi ad ipsuꝫ post resurrectionē que ante fuit.

Ad 4^m ꝓcedi pōt ꝙ creatio passiua ineſt igni ab igne generāte. illa. ſ. creatio qua omne aliud a deo dr̄ creari siue creet siue generet. nec sequit ſi ineſt ab igne generāte. ergo est ad ignē generantē vt ad terminū. nā similitudo ineſt huic albo ⁊ illi albo a generāte ipsa. ⁊ tamē nō oportet illaꝫ similitudinez esse ad generans sicut ad terminū. Ad 5^m cuꝫ arguitur de mutatione ibi videt esse difficultas de maiori ⁊ minori. dico ꝙ in mutatione naturali vbi est materia ⁊ forma ⁊ agens ⁊ ꝓpositū ex materia ⁊ forma ⁊ respectus multi. puta respectus agētis ad ꝓposituꝫ ꝓductū. ⁊ e⁹. respectus ꝓpositi ꝓducti ad agētez. respectus materie ad formā ⁊ e⁹. ⁊ vtriusqꝫ respectus ad totū ⁊ ecōuerso. ⁊ respectus ꝓpoſ

ti ⁊ forme p;esentis ad oppositū p̄cedens. ⁊ nō solū ista absoluta. ſ. ꝓpositū ⁊ formā p;ecesserunt sua opposita. sed etiā illos respectus materie ad formaꝫ ⁊ econuerso. ⁊ forme ad ꝓpo^m ⁊ e⁹. p;ecesserūt opposita sua. ⁊ ideo pōt esse respectus oīum istoꝝ respectuū ad opposita sua nec hoc tñ sed etiaꝫ omnes isti respectus sunt ab agente. ⁊ ideo pōt esse respectus istoꝝ respectuū ad agens. ita ꝙ de istis multis respectibus accipiēdo illos qui sunt ad ꝓpositū materia habet respectū ad formā sicut perfectibile ⁊ illud qō pficitur per pfectionē. ⁊ ista coeua sunt existētie ꝓpositi. iste etiā respectus est ab agēte effectue īducente formā ⁊ pficiente mām hac pfectione forma li ita ꝙ in respectu isto qui est materie ad formā vt receptiui ad pfectionē sine vt perfectibilis ad pfectionē fundatur respectus passiui ad agēs. Iste etiā respectus succedit suo opposito. q; materia nō p;iꝰ fuit formata istos. ꝫ. respect⁹ vī dicēt mutatio passiua. ſ. re^m māe ad formā vt receptiui ad pfectionē sine vt pfectibilis ad pfectōez ⁊ respcūꝫ passiui sine ꝑducti ad agens sine ꝑducēs. ⁊ respcūꝫ posterioris ad oppositū p;ecedens. duo autē istoꝝ respectuū. ſ. p;im⁹ ⁊ ꝫ⁹ videtur vlr ꝓcurrere ad mutationē absolute nō ꝓpando eaꝫ ad agens. ⁊ isti exp;imūtur per illā rōnez mutationis qua dr̄ aliqd mutari q; qō aliter se habet nūc q̄ꝫ p;ius si hr̄e exp;imat respectum māe ad formā siue pfectibilis ad pfectionē ſm quā sic se hz. hoc est ꝙ actuatur illa pfectione. ſz alr̄ q̄ꝫ p⁹ ecce alius respect⁹ fundatus in aliquo respectu materie ad formā siue pfectibilis ad pfectionē. Etsi addatur qō mutari est aliquid aliter se habere nūc q̄ꝫ p;iꝰ ab aliquo mutāte ecce ꝫ⁹ respect⁹. Ad ꝓposituꝫ ergo pōt dici qō mutatio accepta ꝓp;ie nō est eadē forme. q; mutatio semp maneret manēte forma. nec est eadē respectu materie ad formā. nec e⁹uerso. q; tūc semp maneret duꝫ manet ꝓpositū. sed est ordo māe ad formā vt nou⁹. i. īmediat⁹ ad talē ordinē. ⁊ neuter istoꝝ ordinū est depēdētia ēntialis ad aliqd ad qō depēdeat hīs illū ordinē. ⁊ ideo neuter est idē ab absoluto. Sic q̄ ꝓceditur maio; huius rōis. Et ad minez dico ꝙ creatio est ꝓductio toti⁹ creati in eē nō p̄ſuppositā aliqua pte eius ita ꝙ licet creatū bēat duas ptes quaꝝ altera naturaliter posset p̄cedere alterā ⁊ cā recipe vt suā pfectionē. tamē vt totū creatur nō vī p;im⁹ terminꝰ creationis esse pars aliq̄. ſz totale esse. aut saltē si loquamur de angelo creato vbi nihil est potētiale recipiēs aliquod actuale sub cui⁹ opposito p̄fuerit. Et tūc si dicat mutatio habitudo noua potētialis ad actuale nouū. ita ꝙ potētiale p̄fuerit i se. ⁊ tñ sine illo actu pz ꝙ nulla creatio est mutatio. q; nullū potētiale p̄ristebat. Si aūt mutatio dicatur noua actua^e ipsi⁹ potētialis ita qō illud potētiale nō p̄fuit sub illo actu. nec tñ oz qō in se p̄fuerit. nec sic creatio angeli ē mutatio. q; nullū potētiale est i eo. tñ sic posſz dici qō creatio ignis est mutatio. si ignis crearetur. q; in eo est potentiale ⁊ actuaretur p;ior forma. ⁊ aliter se haberet nunc q̄ꝫ p;ius. nō qō p;ius fuerat. sed qō nō sic se habuerit p;iꝰ sicut modo. ⁊ videt qō in diffinitione mutationis illud aliter se habere nūc q̄ꝫ p;ius nō opteat ꝙ accipiat positiue. q; planum est ꝙ nō refertur ad subiectuꝫ sed ad terminuꝫ a quo. terminus autez a quo mutationis ꝓp;ie nō est aliquid positiuū sed p̄ uatio ſm phz. 5. phy. dico tunc ꝙ vel nulla creatio est mutatio si oporteat semp potētiale in se p;efuisse ⁊ nouiter actuari a forma recepta. q; nulli⁹ creati potēti ale p;efuit. vel saltez creatio simplicis nō est mutatio si sufficiat potētiale nō fuisse sub illo actu i quo nunc est. ⁊ ita nouiter fuisse sub actu per mutationez. sed quomodocūq; ratione illius ordinis im

mediati ad nō esse propter quem cōcessum est mutationez differre a forma. Processuz est etiā sic creationem nō esse eandē realiter fundamento. q; ille ordo īmediatus ad nō esse nō est idez si nō maneat in primo instanti sicut propter illuz eundē ordinez nō manet creatio nisi in primo instanti cuz forma.

Quare creat⁹ sit homo vel angelus.

Ideoque si queratur quare creatus sit homo vel angelus: Breui sermone responderi potest propter bonitatem eius. Unde Augustinus in libro de doctrina christiana. Quia bon⁹ est deus summus ⁊ inquantuz sumus. boni sumus.

Ad quid creata sit rationalis creatura.

Et si queritur ad quid creata sit rationalis creatura: Respondetur ad laudanduz deum. ad seruienduz ei. ad fruendum eo. in quibus proficit ipsa. nō deus. Deus enim perfectus ⁊ sūma bonitate plenus. nec augeri potest nec minui. Quod ergo rationalis facta est a deo. referendum est ad creatoris bonitatem ⁊ ad creature vtilitatem.

Breuissima responsio cum queritur qua re vel ad quid facta sit rationalis creatura.

Cum ergo queritur quare vel ad quid facta sit ratiōalis creatura: Breuissime responderi potest propter dei bonitatem ⁊ suam vtilitatem. Utile nempe ipsi ē seruire deo ⁊ frui eo. Factus ergo angelus siue homo propter deum dicitur esse. nō quia creator deus ⁊ summe beatus alterutrius indiguerit officio qui bonoꝝ nostroꝝ nō eget sed vt seruiret ei ac frueretur eo. cui seruire regnare est. In hoc ergo proficit seruiens. non ille cui seruitur.

Sicut factus est homo vt seruiret deo. sic mundus vt seruiret homini.

Et sicut factus est homo propter deum idest vt ei seruiret. ita mundus factus est propter hominem. s. vt ei seruiret. Positus est ergo homo in medio vt ⁊ ei seruiretur. ⁊ ipse seruiret. vt acciperet vtrinque ⁊ reflueret totū ad bonum hominis. ⁊ quod accepit obsequium ⁊ quod impedit. Ita enī voluit deus sibi ab homine seruiri. vt ea seruitute non deus sed homo seruiens iuuaret̄. ⁊ voluit vt mundus seruiret homini. ⁊ exinde similiter iuuaretur homo. Totū ergo bonum hominis erat. ⁊ quod factum est ꝓpter ipsuz. ⁊ propter quod factus est ipse. Omnia

enim. vt ait apostolus: nostra sunt. s. superiora ⁊ equalia ⁊ inferiora. Superiora quidem nostra sunt ad perfruendū vt deus trinitas. Equalia ad cōuiuendum. s. angeli. Qui ⁊ si nobis modo superiores sint. in futuro erunt equales: qui ⁊ modo nostri sunt. q; ad vsuz nobis sunt. Sicut res dominoruz dicuntur esse famulorum non dominio. sed quia sunt ad vsum eorum. Ipsiq; angeli in quibusdaz scripture locis nobis seruire dicuntur. duz ꝓpter nos in ministerium mittuntur.

August. Quōoia nr̄a sūt.

Quomodo dicitur aliquando in scriptura homo factus est propter reparationez angelici casus.

De homine quoque in scriptura interduz reperitur q; factus sit propter reparationem angelice ruine. Quod non ita est intelligendum quasi non fuisset homo factus si non peccasset angelus. sed q; inter alias causas scilicet precipuas. hec etiaz nonnulla cā extitit. Nostra ergo sunt supiora ⁊ equalia. nostra etiam sunt inferiora. q; ad seruiendum nobis facta.

Quare ita sit homo institutus vt anima sit vnita corpori.

Solet etiam queri cum maioris dignitatis esse videtur anima si absq; corpore permansisset. cur vnita sit corpori: Ad quod primo dici potest quia deus voluit. ⁊ voluntatis eius causa querenda non est. Secundo autem dici potest q; ideo de⁹ voluit eam corpori vniri. vt in humana ostenderet conditione nouuz exemplum beate vnionis que est inter deum ⁊ spiritum in qua diligitur ex toto corde. ⁊ videtur facie ad faciem. Dutaret enim creatura se non posse vniri creatori suo tanta propinquitate. vt euz tota mente diligeret ⁊ cognosceret. nisi videret spiritum qui est excellentissima creatura tam infime. id est carni que de terra est in tanta delectatione vniri. vt non valeat artari ab hoc vt velit eam relinquere. sicut ostendit apostolus dicens. Nolumus corpore expoliari sed superuestiri. per quod ostenditur spiritū creatū spiritui increato ineffabili amore vniri. Pro exemplo ergo future societatis q; inter deum ⁊ spiritum rationalem in glorificatione eiusdem perficienda erat animā. corporeis indumentis ⁊ terrenis mansionibus copulauit. luteamque materiam fecit ad vite sensum vegetare. vt sciret homo quia si potuit deus tā disparem naturā corporis ⁊ animе in federationem vnam ⁊ in amicitiam tā tam coniungere. nequaq; ei impossibile fu-

Prima causa. Secunda cā.

turuz rationalis creature humilitatē. licet lō ge inferiorez ad sue glorie pticipationez sub/ lumare. Quia ergo pro exemplo rationalis spiritus in parte vsque ad consortiuz terreni corpis humiliatus est. nec forte in hoc nimis depressus videret. addidit dei prudentia vt post modum cum eodez corpore glorificato ad consortiū illoz qui in sua permā serūt pu ritate sublimaret. Vt qō minus ex dispensa tione creatoris sui acceperat conditus: post modum per gram eiusdē acciperet glorifica tus. Sic ergo cōditor deus rōnales spiritus varia sorte pro arbitrio voluntatis sue dispo nens: illis. quos i sua puritate reliquerat: sur/ sum in celo mansionē: illis vero quos corpo ribus terrēis solicitauerat deorsū i terra habi tationē constituit. vtriscz regulam imponēs obediētie. quatenus ꝛ illi ab eo vbi erant nō caderent. ꝛ isti ab eo vbi erant ad id vbi non erāt ascēderent. Fecit itacz deus hominē ex duplici substantia. corpus de terra cōponēs aiaz vero de nihilo faciens. Ideo etiaz vnite sunt anime corporibus. vt i eis deo famulā tes maiorem mereantur coronam.

Post sacramentuz trinitatis de creatura. tripartita agendum est. ꝛ prius de dignioꝛi i. angelica.

Ex premissis apparet ratio nalem creaturā i angelicam ꝛ humanam fuis se distinctam. quarum altera est tota spiritu alis. idest angelica. Altera ex parte spiritua/ lis ꝛ ex parte corporalis. i. humana. Cuz ita cz de his tractādum sit. s. ō spirituali ꝛ corpo rali creatura. de rationali ꝛ de non rationali Primo de rationali ꝛ spirituali. id est. ō an gelis agendum videtur. vt a contuitu creato ris ad cognitiōem creature dignioris ratio nostra intendat. deinde ad considerationem corporee tam illius que est rationalis q̄ illi9 que nō est rationalis descēdat. vt trinitatis increate sacramentum tripartite creature eiqz concretoꝛum atque contingentiuz sequatur documentum.

Exto ꝛ vltimo circa hanc di. vbi ma gister tractat de creatura mere spiritu ali ꝛ creatura ꝓposita ex corporali ꝛ spi rituali. Queritz vtrū angelus ꝛ aīa dif ferāt specie. q̄ nō. p̄mo qz si eēntie differunt specie. ergo ꝛ potentie que fundantur in eis. ꝛ si potētie er go ꝛ operationes. ꝛ vlterius ergo ꝛ obiecta. ex. 2. de aia. ꝓsequens est falsuz. qz idē est obiectū intellect9 angeli ꝛ mei. 2°. sic aug. de li. ar. 2. Angelus ꝛ aīa sunt natura pares sed officio impares. sed paritas nature nō est indifferētibus specie. ꝛc. 3° qz si sint alterius speciei vna ſm se tota erit nobilioꝛ altera. ꝛ perꝓsequens quodlibet indiuidū nobilioꝛis erit nobilius quolibet indiuiduo ignobilioꝛis. ꝛ ita vel quilibet angelus erit pfectioꝛ qualibet anima vel econuerso. ꝛ tunc vlterius cū capacitas sequat na turaz vel erit capacitas. maioꝛ cuiuslibet angeli ca pacitate cuiuslibet aīe vel ecōuerso. ꝛ cū beatitudo requirat totā capacitatē nature aie satiari sequitur q̄ maioꝛ perfectio necessario est in quolibet angelo ad hoc q̄ sit beatus q̄z sit in qualibet aīa vel ecōuer so. quoꝝ vtrumcz est falsuz. qz angelus ꝛ aīa se hēnt. sicut excedentia ꝛ excessa in beatitudine.

Contra. Quanto forma creata est nobilioꝛ tanto distinguit in plures gradus nobilitatis. sicut sunt plures forme mixti q̄z elemē tares ꝛ plures forme aīati q̄z inanimati. ꝛ forte plu ra animalia differētia specie q̄z plante. igitur plura erunt differentia specie in natura intellectiua q̄z nō intellectiua. hoc nō potest esse nisi angelus ꝛ anima differant specie. igitur ꝛc. Conclusio istius. q. est certa. s. q̄ āgelus ꝛ aīa differāt specie. qz forme eiuſ dez rationis habent candē rationē perficiendi ꝛ nō perficiendi. sed aīa naturaliter est perfectiua corpo ris organici vt forma. angelus autē naturaliter est nō perfectius alicuius materie. igit ꝛc. Dz que sit prima ratio huius distinctionis specifice dicit ab aliquibus q̄ vnibilitas ad materiā ꝛ nō vnibi litas ad materiā. Contra forma est finis mate/ rie. ex. 2. phy. ꝛ ideo distinctio materie est propter distinctionē forme ꝛ nō econuerso. vnde membra cerui differunt a membris leonis. qz aīa differt ab anima. igitur nō erit prima distinctio specifica hu/ius ꝛ illius per materiaz ꝛ non materiaz. sed prioꝛ erit distinctio ipsorum actuuz in se. Quod confir/ matur manifeste. qz enim hec materia est talis ꝛ il la non. ideo hec non est illa. igitur ista ratio perfici/ endi ꝛ nō pficiēdi non erit prima ratio distinctiua.

Aliter dicitur q̄ gradus intelligēdi ma ioꝛ vel minoꝛ in angelo ꝛ aīa est primuz distinctiuuz vnius ab alio. qō confir matur per simile. qz aīa sensitiua nō videtur distin gui in brutis nisi ſm diuersos gradus sentiendi. ꝛ tamen ibi est differentia specifica. igitur ita potest esse hic penes diuersos modos intelligēdi perfecti oꝛem ꝛ imperfectioꝛem. Quis autez sit iste di stinctus modus intelligendi ponit q̄ angelus intel ligit sine discursu ꝛ anima intelligit cum discursu loquendo de intellectu naturali. ꝛ isti modi sunt di stincti specie ꝛ sūt itellectualitatis ꝛ alterius altius speciei. Contra aīa non discurrit circa principia sed circa conclusiones. ergo si cognoscere sic ꝛ sic est alterius speciei ꝛ ideo requirat intellectualitatem alterius speciei erunt due intellectualitates alteri us speciei in vna anima. vna inquantuz intelligit principia ꝛ alia inquantum intelligit conclusiones

Preterea anima beata in obiecto beatifico non discurrit circa illud. discurrit autē circa obiectū co/ gnituz naturaliter. igitur esset alia intellectualitas specie beati inquantuz intelligit deuz ꝛ inquantuz intelligit aliquid naturaliter. Item 3°. si intelle/ ctualitas angeli ꝛ anime differunt specie. igitur illa que dependent essentialiter ab ista ꝛ illa differunt specie. sed ab istis dependet essentialiter visio bea tifica angeli ꝛ anime. licet enim angelus non sit to/ ta causa visionis sue nec anima sue. tamen vtra/ que visio essentialiter dependet ab intellectualita te nature cuius est. igitz ista visio beatifica ꝛ illa dif ferunt specie. quod est falsum. qz omnes species di uerse habent ordinem determinatū secundū perfe ctius ꝛ imperfectius ita q̄ quodlibet indiuiduum perfectioꝛis speciei excedit quodlibet indiuiduuz imperfectioꝛis. ꝛ tunc sequeretur q̄ vel quelibet beatitudo cuiuslibet angeli excederet quālibet bea tudinem cuiuslibet anime. vel econuerso quoꝝ vtrumque est falsum. quia se habent sicut exceden/ tia ꝛ excessa in beatitudine. Item queritur quid

Hic est scūs bo naᵗᵃ. li. 2. di. j. i ſba parte articulo 3. q. j

Hoc di cit fr ale xāder ō ales pᵃ. ſe colla tione ō ſba āge li. q. 5.

intelligit per hoc q dicit angelū nō intelligere discurrēdo. aut q angelus nō hz potētiaz qua cognitis pncipijs possit cognoscere ꝯclusiones si ille nō eēnt sibi prius note actu vel habitu. ⁊ h tūc nō videt eē perfectionis in intellectu creato. imo hoc videtur eē iperfectionis in intellectu creato. qz pfectio in ī tellectu nr̄o est supplēs iperfectōez q possit ex qbusdam cognitis virtualiter includentibus alia illoz alioz cognitionē acquirere. aut intelligitur q ideo non pōt discurrere. qz omnes ꝯclusiones sunt sibi actualiter note a principio ⁊ ita nō potest eas cognoscere discurrendo. sed hoc est falsuz. qz nō oia a principio actu ⁊ distincte cognoscit ⁊ intelligit. aut ideo qz oia sibi sunt nota habitualiter a principio ⁊ ideo non pōt habitualē notitiā illoz acquirere ex principijs. ⁊ hoc nō ponit differētiā eēntialē intellectualitatis angeli a nobis. qz sic esset in aīa mea. qz si oēs ꝯclusiones essent sibi note a principio a deo imprimente notitiā simul cuz notitia principioz ⁊ ꝯclusionuz ipsa nō posset discurrere nō ppter impotētiaz nature sed qz iaz prehabet cognitionē ⁊ nō potest acquirere de nouo id quod prehabet. hoc modo aia xp̄i non discurrebat: sed ipsa nouit habitualiter oia principia ⁊ conclusiones in pncipio ⁊ tamē ipsa nō fuit natura angelica.

Dico tunc ad questionem q quicquid est potens agere est aliqō eniz hīs actuz primū. ⁊ prior est ibi ꝑm naturā ratio actus primi ꝑm se q̄z in cōparatione ad actū 2m cuius potest esse prin^m ita q lz illud quo tale ens est principium actus secūdi nō sit aliud a natura sua. nō tamē pria entitas sua est natura sua vt est principiū talis act⁹ scōi sed natura sua vt in se est hec. ⁊ ita prima distinctio entis nō est per nām suaz inq̄stuz est principiū talis operationis. sed per naturā suaz vt hec natura. lz per identitatē ipsa sit principiū actus secundi. Ita dico in ꝓposito q lz natura angelica sit principiuz intelligendi ⁊ volēdi ⁊ aīa similiter, ita q iste potentie nihil dicunt essentie aīe additū tamē principiuz hic ⁊ ibi est hec natura ⁊ illa natura ad se. Et istā distinctio prima est ad quaz sequit illa distictio principioz operandi sine eiusdez actus sine operationū aliaz. qz eniz est hec natura ideo est principiuz talis operationis ⁊ nō econuerso. Ex^m huius est sol habet virtutē generādi multa mixta inferius. ⁊ si queras primā rationē distinctionis solis a planta nō est prima ratio distinctōis vnius ab alio per potentiā generandi plātaz ex parte solis. qz si illa potētia cōicaretur alij nō ppter hoc est sol. nec distingueretur a planta sicut sol distinguit. prima ergo ratio distinguēdi est. qz forma solis est talis forma. ⁊ forma plante est talis ⁊ ad hanc sequit q ista forma potest esse principiū talinz operationū ⁊ alia nō. Ita dico ꝓposito q qz angelus est talis natura ad se ⁊ aīa talis natura ad se. ideo primo distinguunt specie. nō quidē sicut due species sed sicut species ⁊ pars speciei. qz anima nō est ppria species sz pars speciei ⁊ tamen ipsa est prima ratio distinguēdi suam^l speciem cuius pars est alia ab angelo. ⁊ ideo prima ratio distinctionis specifice ex parte speciei sue est in ipsa. Potest etiā addi licet nō sit necessariuz pro solutione questionis q intellectualitas angeli inq̄stuz intellectualitas nō differt specie ab intellectualitate anime inquantū intellectualitas. hoc est q lz iste actus primus ⁊ ille differunt specie vt ꝯsiderātur absolute in se. nō tamē ꝑm illā perfectionē quaz virtualiter cōtinēt sz quā sunt pncipia actuū duoz qō vr̄ per ꝺ q fūt circa obiecta eiusdē rōis ⁊ ad oba eiusdez rōis. simile huius est qz si aīa bouis ⁊ aqui

le differunt specie. nō tn̄ ppter hoc vis visiua hic ⁊ ibi inq̄stuz talis perfectio ⁊ talis differunt specie. Istud autē est bene possibile q cōtinētia aliqua differant specie. ⁊ tamen cōtenta nō differunt specie sicut passiones entis ꝯtinent̄ per identitatē in entibus q̄stucunq̄ distinctis. ⁊ tn̄ ille passiōes in eis distinguunt̄ specie. vnitas eniz lapidis que nō ē realiter aliud a lapide. ⁊ vnitas hominis que est realiter eadē homini nō ita distinguunt̄ formaliter specie sicut homo ⁊ lapis. imo hec vnitas ⁊ illa tn̄ vident̄ differre numero. hoc etiā declarat̄ per aliud. qz si in eodē possunt ꝯtineri per identitatē illa quorum est distinctio formalis quasi specifica sicut ī ea dē aīa includunt̄ perfectiones intellectiue ⁊ sensitiue que ita sunt distincte formaliter sicut si eēnt due res. ita ⁊ ep°. pōt aliquid indistinctū formaliter cōtineri in distinctis. Et si hoc est vez tunc planū est q angelus ⁊ aīa sic nō distinguunt̄ specie primo p talez ⁊ talez intellectualitatē. imo nec primo nec nō primo. qz talis intellectualitas in eis nō distinguūtur specie. Aut si istud nō est vez sed relinquatur istud modo sicut dubiū saltē primū dictū videt̄ satis claz. s. q p istud nō est p̄ma distinctio eoz.

Hec illa rō valet q; semp dū manet itegra natura volūtatis manet inclinatio vel motꝰ naturalis integer rectꝰ ita bene in pmo inſtāti sicut in scōo. Dz ſm Dyo.naturalia in dānatis angelis manēt splendidissima.ergo⁊ inclinationes rectissime. Hec illa ratio valet:q; ſequitur q sicut nō posset peccare in primo inſtanti sic nec in scōo vel tertio.sicut eni peccatū nihil nature adimit.aliogntota posset consumi per peccata.sic etiam nihil inclinationis naturalis adimit. Aliter arguiꝭ⁊ pbatur sic ſerto in habitu cōcreato ipsi angelo pmo relucēt qdditates intelligibiles ab angelo.cū igiꝭ intellectus angelicus non intelligat aliq; nisi vt pūtata in isto habitu intelligit pmo istaſ qdditates.pª.intelligiꝭ q̄ intelligª aª qdditatm ſequitur intelligentia vel intellº singlium.ita q pmo ille intellectus cōsiderat qdditates.deide singulariaq̄ psideraº ē practice⁊ in ista cadit deliberatō nō in speculaº.ppter qđ pz q in pmo inſtāti nō potuit demereri illā. Preterea istarū cōsiderationem qdditatū cōsequitur pmo quedā cōplacētia naturalis sicut cū considero lunā cōplacet mihi.igiꝭ⁊ in pmo inſtāti quando ista cōplacētia naturalis fuit nō potuit demereri vel peccare. Hoc pōt solui q; velle ? cupiscētie presupponit velle amicitie.nullus enim ?cupiscit nisi magis amet illud cui cōcupiscit bonū ?cupitū q̄ amet ipsum cōcupitū⁊ pus aliquo mō.q̄ pus amat qs se amore amicitie q̄ aliq̄ bonuz sibi.⁊ in isto priori pōt vel potuit esse inordinata volitio amicitie.plus.s.amādo se q̄ iuste debuisset amare ſm rectā rationē.sed ista volitio inordinata potuit eē in pmo inſtāti creationis angeli.q; in pmo istāti potuit sibi ostendi bonū diligibile sibi.⁊ eque pmo vel pus natura potuit amare se in se.ergo potuit inordinate amare se in primo inſtāti.pus etiam natura potest obiectū bonū esse cognitū in se⁊ esse amabile in se q̄ vt relucet in habitu.q; nō quietat amātem nisi vt in se. Istud cōfirmaꝭ per Aug. qui dicit.4.de ci.c.vltimo.q̄ ciuitatem diaboli fecit inordinatus amor sui.ista aūt potuit eē in primo inſtāti vt dictuz est. 7º arguitur.p cōclusione sic. Nullus pōt peccare nisi sit debitor iustitie.ſz in pmo inſtāti nō fuit angelus debitor iustitie ergo⁊ c̄.maior pz.q; iustitia et peccatū sunt sicut habitus⁊ puatio.pbatio minoriſ q; sicut pz per Anſel. in li.de casu diaboli.13.⁊.14.i pmo inſtāti nō accipit iustitiam. Nec istud valet dupler.n.ē iustitia.s.moralis⁊ infusa.⁊ de neutra ? cludit ratio. Justitia enim infusa statim amittiꝭ vni co actu peccati.ergo ista amissa nō posset iste amplius peccare.q; nō est debitor iustitie cū nō habeat iustitiam.similiter sarracenus q nunq̄ habuit iustitiā infusaz nō eēt debitor iustitie.⁊ per ?ns nō possz peccare. Itē manifestū est q nō fuit in illo primo istāti debitor iustitie.q; nō accepit eā.semp eni existens in peccato mortali nunq̄ eēt debitor iustitie q; nunq̄ accepit eam.ideo de ista iustitia nō vz arm similiter nec de iustitia acqsita.nā ista pōt amitti multis actibus iniustitie elicitis nec illi q nunq̄ fuit iustus moraliter teneꝛetur ad iuste opari si nō eēt debitor iustitie q; nunq̄ istā accepit. Dico igitur q iustitia ista rōne cuius debitor ē homo vel angelus iuste nō ēnisi potētia naturalis volūtatis moderādi inclinationē naturalē que ē cōtra iustitiā infundēdā.⁊ illud ē libertas que nō ē aliqd superadditū volūtati.imo de per se ratione eius. Dico igiꝭ q illā iustitiā nālem sine potētiā vel libertatē qua potuit cōseruare iustiam infusam sibi.vel qua potuisset recepisse illā.s. si stetisset qua enim ē domin? suoz actuū recepit angelus.⁊ ideo debitor illiꝰ iustitie fuit. Ad Anſel.di co q; nō accepit iustitiā infusam.⁊ hoc dicit Aug.2. super geñ.⁊ ponitur auctoritas in prinº.3ª di. mutationes nō sunt simul.quarū terminus ad quē vnius ē terminus a quo alterius.sed mala volitio vl peccare sequitur terminum ad quē creationis:q; psupponit eē.ergo nō sunt simul. Istud nō valet de passionibus⁊ subis que ?sequunt se solū ordine nature.q; pūt eē simul duratione.nam luna in eodē instāti tēporis in quo accipit lumen a sole diffundit ipsum in alias partes medij. Si tamen fiat vis de vocabulo mutationis.dico q peccatū in primo instāti tē poris nō ē mutatio.sed ē passio de genere passionis q; mutatio ē a primatione in habitū vel eº que non se cōpatiumꝭ in eodē instāti durationis nec prius fuit duratione iste habitus cuius primatio ē peccatum in volūtate angeli si peccauit in primo instāti iō nō ē mutatio sed ē passio de genere passionis.de hoc i ⅄.in materia de resurrectione. Alia ratio ponit talis actio creature nō pōt eē in instāti.igiꝭ in primo instāti nō potuit habere actū aliquē per quē peccarz pº aūtis per rōnē Aristo.6.physic.vbi arguit sic.si aliqua virtus pōt mouere in instāti.ergo maior virtus pōt in minori q̄z in instāti.hoc ē impossibile.sed omni virtute creata pōt esse maioz⁊ ē.ḡ nulla virtus creata pōt mouere in instāti. Dico q rō Aris. ꝓcedit in his in qbus pōt eē excessus i mēsura.q.s. si aliqua virtꝰ monet i aliquo tpe dupla virtꝰ mouebit in dimidia parte tpis.sed istās nō pōt excedi ab aliqua mēsura in paruitate.ideo nō vz.tñ de motu tenet argm Aristo.q; motꝰ necessario hz mēsuram diuisibilē cū ipse sit diuisibilis.⁊ ideo si motꝰ eēt in instāti necessario instās eēt diuisibile.ergo cōtingeret dare mēsurā minorez.

Teneo igitur q potuit peccare in primo instanti.q; potuit in primo instāti habere potētiā vltimā pfectam⁊ non limitabatur ad rectam operationē.nō enim habuit in secūdo instāti magis determinās q̄z in primo.ergo c̄.⁊ hoc potuit esse vt dictū ē.q; in illo instāti potuit se amare amore amicitie vltra rectam rationē.

Desecundo articulo vtrū boni de facto beati in primo istāti fuerīt⁊ mali bti vel miseri.dico primo de malis q mali non fuerūt bti in primo instāti.pº q; tūc nō fuerunt certi de btitudine sua.sic enim postea nō cecidissēt. sed si nō fuerint certi de btitudine nō fuerūt btī. Similiter sicut dicit Aug.4.sup geñ.nō prius discernebat deus bonos a malis q̄z eēnt discreti inf se. nō ergo q mali modo sunt in primo instāti fuerūt beati.q; erant creati vniformes boni⁊ mali.nec erant in primo instāti miseri vel mali.vt pz in littera prima di.c.sed hic magis.vt ēt dicit augu.2.sup gene. vbi dicitur q deus nō ē prius vltor q̄z aliqs peccator. Itē isa.14.dicit de malo angelo. Quō cecidisti lucifer qui mane oriebaris.⁊ ponit di.6.c.1.ergo prius oriebat⁊ lucit q̄z caderet. Itē eze.28º.et ponit vbi supra. In delitijs paradisi fuisti.ergo nō statim cecidit.ideo concluditur q mora fuit iter pncipium creationis⁊ damnationis.⁊ eodem modo patet de bonis in littera di.ista.c.1.⁊ similiter di.3.

c.j.alijs aũt videtur ꝛc. vide ibi.

De tertio articulo quot fuerũt more ꝛ quãte. cõ muniter dicitur duas fuisse moras. vna est in via ꝛ alia in termino. nam ponitur ꝙ nõ simul ꝑmiabatur ꝛ meruerũt nec boni nec mali. Sz vtz ꝑma mora in via fuisset vnica. dicit vn⁹ doctor qõ vnica. qr oẽs angeli in primo instãti temporis discreti habuerũt gr̃am per quã in eodem instãti potuerunt elicere actum meritoriũ. ꝛ ꝑ ꝑns in scõdo instanti tpis discreti potuerũt ꝑmiari ꝛ ꝑmiati sunt boni. sed mali in instãti tpis posuerũt obicẽ ideo nõ fuerũt ꝑmiati. Rñ°. ad hoc est. qr gr̃a nõ tollit nãm sed ꝑficit eam. sed nã angeli acqrit suam pfectionem naturalem sine discursu. ergo ꝛ pfectionẽ quã põt acqrere ꝑ gr̃am que est btitudo acqrit sine discursu, quare ꝛc. mali aũt nõ acqsierũt illam btitudinẽ in secundo instanti. qr posuerũt obicẽ. Cõtra illud .qcũqz ꝑ tota mora vie manet in merito necessario in tmĩno erit btũs. ꝛ hoc pz ex euãgelio Matĥ. 24. vbi dicitur. Qui pseuerauerit vsqz in finẽ hic saluus erit. in vltimo enim instãti vie in quo debuit recipe beatitudinem nõ potuit ponere obicẽ. aliter illud ĩstãs non fuisset terminus. sed pro mora vie per te boni ꝛ mali fuerunt equales in termino pro tota mora vie siue in primo instãti tpis discreti. ergo in termio. fuerunt equales in ꝑmio. Dico ergo ꝙ boni ꝛ mali fuerunt ad inuicẽ discreti in via aliter nõ fuissent discreti finali discretione in termino. In via ergo fuerunt necessario more due. prima in q̃ fuerũt vniformes in gr̃a si volumus dicere ꝙ mali habuerũt gr̃az. vl̃ vniformes saltẽ in natura. secũda mora in qua adhuc in via existentes fuerunt difformes ita. s. ꝙ isti vltimate meruerũt ꝛ isti vltimate demeruerũt. 3ª mora fuit distinctio finalis vnius ab alio necessario ꝓbabile est etiam ꝙ in secũda mora in qua fuerunt difformes in via fuerũt multe morule. qr mali peccauerunt multis spẽbus peccati. s. supbia odio ꝛ iuidia. ꝛ isti actus ordinate secũdi nõ in eodẽ instãti fuerunt eliciti. vt pz di. 2. in ꝑn. ꝛ est ibi auctoritas Aug. hoc iterũ pz per illud apoc. fiebat ꝓliũ magnum in celo. ꝛ dicitur ibi ꝙ michael fecit victoriam que victoria cedebat in laudẽ bonor. hoc nõ fuit nisi qr peccatũ malor angelor fuit incẽtiuũ tentationis in bonis qui tẽtationem istam vicerũt. cum igitur angelus bonus nõ fuit ꝑscius futuror ꝑus fuit elicitus peccatũ a malo angelo anteq̃z ipsum cẽt tẽtatio boni. ꝛ ideo in secũda mora fuerũt multe morule elicite a malis. Sed de prima mora in qua fuerunt vniformes potest ꝓbabiliter sustineri ꝙ in primo instãti fuerũt vniformes in statu nature creati sine gratia postea in secũdo instanti erãt in gratia vniformes. ꝛ postea in tertio instãti vie mali multipliciter demeruerũt. ꝛ boni multipliciter meruerũt. ꝛ ĩ quarto fuerunt in termino. ꝛ hoc videt rõnale. qr sic experti erant de omni statu. ꝛ maiorem occasionem habebant intẽsi eliciendi actũ meritorium postea cum simul habebant gratiam ex hoc ꝙ experti erant ꝙ ex naturalibus in primo instanti hoc nõ poterant. Vel põt dici ꝙ primo erant vniformes creati in gratia ꝛ in secũdo instanti boni meruerunt. ꝛ mali demeruerunt ante terminum qr deus nõ discernit eos ante q̃z fuissent inter se discreti. Hec vz qõ dicebat supius. qr si stetissent in secũdo instanti debebãt recepisse beatitudinẽ. ꝛ ideo boni tũc fuerũt in termino. longior enim fuit via illor q̃z mora vnius instãtis. ꝛ forte per duo vel tria sequẽtia nõ debebãt hẽ beatitudinem. si dicam⁹ ꝙ tñ in primo instãti erãt vniformes in naturalibus ita ꝙ numq̃z fuerunt vniformes in gratia. tũc debet dici ꝙ in scõdo instãti dabat gratia nõ ponẽtibus obicẽ. ꝛ tũc fuisset data malis si non apposuissent obicem. Et bñ potuerunt ponere obicem respectu gratie recipiende. lz nõ respectu ꝓmij recipiendi in instãti in quo debuit recipi quia tũc nõ est recipiens in via. sed in termino. et tunc ipsi demeruerũt ꝛ boni meruerunt omnes adhuc in statu vie exĩtes. ꝛ in termino isti erant beati mali vo obstinati. ita ꝙ non credo qõ omnino pares fuissent dispares in termino. Sed quãte sunt iste more. dicit vnus doc. quod dicunt eẽ institutiua discreti tpis. dictum est aũt qõ nulla ẽ necessitas ponẽ di tps discretũ. 3ª di. huius. q. ꝑma ꝛ quere ibi.

Ad primuz principale dico qõ causa efficacior nõ necessario producit effectũ eque cito sicut causa minus efficax: si illa efficacior sit agens volũtariũ quale est deus respectu beatitudinis. Ad scõm dico ꝙ dubiũ est vtrũ boni fuerũt in ꝑmo instãti in gr̃a. Et ad auctoritatẽ Aug. põt dici qõ intelligit de gr̃a gratis data. q̃ nõ facit ad ppom. vel esto qõ fuerũt in gr̃a gratũ faciente in primo instãti adhuc non valet ꝓñia. qr lz sine discursu statim angeli habeãt btitudinẽ naturalem. tñ nõ opz qõ statim habeãt habita ista gr̃a supnaturalẽ qr diceret qõ est quedã dispõ in fieri tñ. nõ in facto esse remanẽs requsita ad btitudinẽ supnaturalem et hi⁹ beatitudinis dispositio est act⁹ meritoris respectu btitudinis simplr̃. ideo nõ simul insunt angelo. In nãli aũt btitudine nõ ẽ hi⁹ dispõ requsita. Ad aliud de auctoritate Jo. 8. rñdit Aug. 2. sup geñ. c. 23. et ponit di. 3. c. j. deinde qualiter ꝟba dñica. vbi dicit sic qõ ab initio homicida fuit ꝛ in vitate non stetit. qr ex quo homo conditus fuit ipm per inuidiã i mortem ꝑcipitauit. vñ post initium tpis cecidit. vt ibi dicit pz qõ homicida nõ fuit in primo instãti sue creationis respectu hois quem tẽtauit. ꝛ q̃z etiaz in primo instãti sue creationis malus nõ fuit sed satis cito post. tñ bene nũc dicit qõ in vitate nũ stetit simpliciter loquẽdo. Ad rõnẽ factã in tertio articulo posset negari qõ angelus sequat oẽm suã pfectionez naturalẽ sine discursu. nõ est enim necesse qõ simul cognoscat ꝑnm ꝛ oẽs cõclusiones virtualr cõtentas in ꝑn°. lz nõ ponat ibi annũ vel diẽ vel nõ tñ sicut intellect⁹ nr̃. ꝑ statu isto. vel esto qõ nõ discurrat si vn⁹ actus meritorius sufficit in vno instãti tñ ad hoc qõ angelus sequat suam btitudinẽ supnaturalẽ. q̃re ergo angeli mali nõ habuerũt btitudinẽ ex quo oẽs in illo primo instãti eliciebant vnum actũ meritorium ſm illũ doc. nõ enim videt cõgruũ ſm iustitiam cõmutatiuã qõ viatores eliciãt actus eq̃les ꝑ toto statu vie. ꝛ qõ vnus ꝑmiet ĩ termino ꝛ alius nõ. Ideo dico qõ vnũ op⁹ supnaturale ꝛ vn⁹ actus meritori⁹ nõ ẽ sufficiẽter inductuus ex cõgruo btitudinis supnaturalis. si. n. dispositio naturalis ẽ qõ operãdo lz post hoc acquiratur beatitudo naturalis. multo magis requritur ĩ gr̃a que est dispositio respectu beatitudis supernaturalis operatio huius post hoc in acquirendo beatitudinem supernaturalem.

Qõ de maioribus ꝛ minoribus qdã ceciderunt inter quos vnus fuit celsior. s. lucifer.

Reterea sciri opor di. VI
ꝑ tet. qm̃ sicut de maioribus ꝛ de minoribus quidã perstiterũt ita de vtroqz gradu quidam corruerunt. Inter quos vnus fuit omnibus alijs cadentibus excellentior. nec inter stantes aliquis eo fuit dignior sicut testimonijs aucto/

Job. Ezechiel. ritatum mõstratur. Ait enim Job. Ipse ẽ principium viarũ dei. Et i ezechiele legitur. Tu signaculuz similitudinis plenus sciẽtia ⁊ pfectione decorus in delitijs paradisi dei fuisti. Ad hõ Gregorius exponens ait. Quãto in eo subtilior est natura. eo magis in illo imago di similius insinuatur impressa. Item in Ezechiele legitur. Omnis lapis pciosus operimentũ eius. i. ois angelus quasi operimentũ eius erat. quia vt dicit Grego. in alioz comparatione ceteris clarior fuit. vnde vocatus ẽ lucifer. sicut testatur Esa. Quomodo nigt cecidisti lucifer qui mane oriebaris ⁊c. qui nõ vnus ordo sed vnus spũs accipiẽdus est. q teste Ysidoro postq̃z creatus est eminentiam nature ⁊ pfunditatem scientie sue perpẽdens in suum creatorem superbiuit in tñ q ẽt deo se equare voluit. vt in Esaia dicatur. In celũ ascendam super astra celi. ⁊ exaltabo sõliũ meum. ⁊ ero similis altissimo. Similis quidem deo esse voluit non per imitationem. sed per equalitatem potentie.

Circa distinctionem

c 6am quero vtrum angelus malus potuerit appetere equalitatẽ dei. q nõ. intellectus intelligendo summũ verũ nõ errat. ergo nec volũtas amãdo sũmuz bonũ peccat ergo appetẽs eqlitatẽ dei nõ peccaret. ergo angelus in pmo actu peccãdi non potuit appetere equalitatem dei. Cõtra magister in littera.

Dicitur q nõ potuit equalitatẽ istam appetere. ad qõ videntur esse quattuor rationes. Prima q: non peccauit ex passione patet. nec ex ignorãtia. q: pena nõ precessit culpã. igit ex electione. sed electio nõ est impossibiliũ ex. 3. ethi co. angelũ aũt esse equalẽ deo ẽ impossibile. ergo ⁊c.

Preterea angelũ esse eqlem deo includit contradictionẽ. ergo nõ includit aliquã rationẽ eius. ergo nõ includit aliquã rationẽ entis. ergo nõ continetur aliquo modo sub primo obiecto volũtatis. ergo nõ est aliquo modo volibile. Preterea tertio nihil põt volũtas velle nisi qõ est preintellectũ. ergo angelum ẽ equalem deo oportuit esse preintellectuz vel postẽsum ab intellectu. aut igitur ab intellectu errante. ⁊ tũc pena est añ culpam. vel ab intellectu: non errãte. ⁊ hoc est impossibile. q: intellectus non errãs nõ põt ostẽdere illud qõ includit cõtradictõez

Preterea. 4. ⁊ videt esse rõ Anselmi. de casu diaboli. c. 4. angelum ẽ equalẽ deo includit angelũ nõ esse. q: angelus nõ põt ẽ angelus nisi sit inferior deo sed nullus potest appetere se non esse. ergo nullus inferior põt appetere equalitatem dei.

Quia tamẽ iste rationes nõ cogũt. põt alit ad q. rñderi. s. q angelus potuit appetẽ eqlitatem dei. qõ psuadetur pmo sic. q: volũtas habz duplicẽ actũ amãdi. s. amore amicitie ⁊ actum concupiscẽdi aliqd amato. ⁊ sm vtrũqz actũ habet totũ ens p obiecto. ita q sicut qõcũqz ens põt ipse amare amore amicitie. ita qõcũqz ens põt cõcupiscẽ ipsi amato. igit cum angelus potuerit se amare amore amicitie potuit sibi cõcupiscere omne bonũ concupiscibile. ⁊ ita cũ equalitas dei sit bonũ quoddã concupiscibile sm se sibi potuit illud bonũ concupiscere

Preterea si equalitas dei esset possibilis angelo: posset angelus istã cõcupiscere sibi istud planum est sed impossibilitas huius nõ phibet qn posset angelus hoc velle. q: volũtas põt esse impossibilium sz phm. 3. ethi. ⁊ Dam. Hoc etiam phat q: damnati odiũt deũ ex illo psal. Qui te oderũt ⁊c. odiens autem vult oditũ nõ esse sm philosophũ. 3. rhetor. ergo volũt deum nõ ẽ. sed hoc est impossibile in se ⁊ incompossibile. ergo impossibilitas istius appetibilis nõ phibet quin posset appeti a voluntate peccante. Hoc etiam confirmat q: volũtas peccans potuit velle deũ nõ esse. ⁊ potuit etiam cũ hoc velle illum gradũ ⁊ illã eminẽtiaz dei esse in aliquo. ergo potuit velle eam ẽ in se sicut in alio. ⁊ ita potuit velle sibi eminẽtiam dei. Preterea sm Augu. 83. q q. 30. volũtas põt vti fruẽdis ⁊ frui vtẽdis. ergo potest frui se. cũ ergo nõ debeat frui nisi summo bono. ⁊ põt frui se põt sibi cõcupiscere tñ bonum quantuz bonum potest concupiscere summo bono. ⁊ hoc est equalitas diuina.

Respondeo ad qõnem ⁊ dico q actus volenti dupler ẽ simpler ⁊ sub cõditione. vel sub alijs vbis q est volitio efficax ⁊ volitio cõplacẽtie. Exẽplũ. Vno mõ infirmus spans sanitatẽ vult sanitatẽ. ⁊ alio mõ infirmꝰ desperans de sanitate. vult enim sanitatem pmus. quia sperat sanitatẽ sibi possibilem. ⁊ hz respectu eiꝰ volitionẽ efficacem ⁊ impatiũ mediis inducẽtibꝰ sanitatem. Sed despans vult volitione complacẽtie sed nõ volitione efficaci. q: nõ querit media inducẽtia sanitatẽ p eo qõ nõ existimat illam posse sibi acqri. ⁊ ista volitio secũda que est solũ cõplacẽtie põt cẽ rei impossibilis. ⁊ hoc sufficit ad meritũ ⁊ demeritum. q: ⁊ si sit impossibile. tñ põt consentire illi pleno cõsensu. ⁊ ista volitione potuit angelus appetere equalitatẽ diuinam. Sed de pma volitione q efficax est dico q angelus nõ potuit appetere. simplici tñ volitione potuit sibi cõcupiscere tantũ bonũ ⁊ tãto desiderio quãto cõcupisceret si eẽt sibi possibile.

Ad argumenta pro opi. Ad primuz dici põt q electio equoce accipit. Uno mõ p actu volũtatis consequente plenã apprehensionẽ intellectus. quomodo dicitur qs peccare ex electione quãdo nõ ẽ passio perturbãs intellectũ nec ignorãtia. Alio modo p actu volũtatis pnte cõclusionẽ syllogismi practici. q electio nõ est nisi volitio efficax obi. q est ad ingrendũ mediũ per qõ possit obm attingi. pmo modo electio est impossibiliũ. sicut dicit phs. 3. ethi. q volũtas ẽ impossibiliũ nõ tñ volũtas errãs sed volũtas psuppo sita plena apphensione intellectꝰ. secũdo mõ electõ nõ est impossibilium. q: nullus de impossibilibꝰ syllogizat practice. Syllogismus enim practicus ex fine concludit illud qõ est ad finẽ. vt p illud qõ est ad finẽ deueniat ad finẽ. ⁊ talis discursus numq̃z habet de impossibili. Vel planius dici põt q electio vno modo pcise dicit plenã acceptationẽ vel volitionẽ. Alioꝰ volitionẽ efficacem cõsequẽtẽ syllogismũ practicuz pmo modo põt ẽ cuiuscũqz cui psupponit notitia pfecta obi. secũdo mõ nõ põt ẽ alicuius nisi ad cuius ẽ opat voluntas quãtũ põt. q: nihil vult efficacit. nisi ad qõ disponit media per q põt deduci. ⁊ talꝰ volitio efficax numq̃z est alicuius impossibilis. nullus enim cõsiliatur de impossibilibus nec precipit intellectui practico ad ingrendũ media ad illud. ⁊ hmodo habet intelligi verbum philosophi. Electio non est impossibilium. hoc etiam modo angeli non peccaverunt ex electione. hoc est ex volitione efficaci p quam vellent niti ad consequendum ppositum impugnando ⁊ surripiendo sibi eminentiam dei. potuerunt tamen peccare ex electione hoc est ex nõ surreptione. sed ex perfecta volitione illius equalitatꝫ

Ad 5m dico q; sicut est duplex intellectio scilicet absoluta ⁊ cōparatiua. ⁊ absoluta quidē non est nisi alicuius obiecti simplicis cōtenti sub obiecto intellectus ⁊ cōparatiua siue collatiua pōt esse ad quodcunq;. ⁊ hoc siue ista comparatio sit possibilis siue impossibilis. nō enim intellectus tantū cōponit propositiones possibiles. sed impossibiles. ita etiā aliqua volitio est absoluta. ⁊ illa nō est nisi alicuius obiecti simplicis. cōtenti sub primo obiecto volibili. Alliqua est cōparatiua. ⁊ ista potest cōparare quodcunq; volibile simplex ad quodcūq;. licet in illa cōparatione includatur cōtradictio. De prima volitione loquendo hoc cōplexū nō est volibile. q; non est aliquid simplex includēs in se rationē primi obi. ⁊ tm̄ est q̄dā habitudo obi simplicis ad aliud obz quoruz vtrūq; obz simplex est p se volibile. nā ⁊ illō q̄ vult ⁊ illud cui vult est p se volibile. quādo ergo dicis q; hoc totuz non includit in se rationē primi obiecti sui. falsuz est loquēdo de partib⁹ totius. vtraq; enim pars. s. quod ⁊ cui per se includit in se obiectuz voluntatis. ⁊ hoc sufficit ad hoc q; volūtas velit illam partez in ordine ad illaz sicut ad hoc q; intellect⁹ componat quodcunq; simplex cuicūq; simplici sufficit q; vtrunq; simplex possit per se apprehendi ad intellectuz. Ad tertiū dico q; intellect⁹ simplex pōt apprehēdere eq̄litatē dei sine errore. ⁊ sufficit sola simplex app̄hēsio ad hoc q; appetitus vel volūtas appetat illud apprehēsuz alteri. sicut intellect⁹ app̄hendēs albedinē. ⁊ app̄hendēs corpū pōt velle albedinē corpo. equalitas aūt dei pōt app̄hendi sine errore. q; in aliquo est sine errore. nā filius dei est equalis patri ⁊ ille pōt app̄hendi. vel si nihil esz equale adhuc equalitas posz app̄hendi absolute. nec ī apprehēsione illa simplici est error nec aliqua falsitas. ⁊ tamē ista app̄hēsio simplex sufficit ad volitionē illius simplicis cuicūq; intellecto ⁊ amato.

Si igitur arguas a quo intellectu hoc ostenditur errante vel nō errante. dico q; a non errante sz simplici cuius nō est errare nec verū dicere iste. n. sunt conditiones intellectus cōponentis ⁊ dividentis. ⁊ nō opz itellectū ante appetere hoc cōponere cū hoc vel dividere hoc ab illo. sed sufficit voluntatē cōparare hoc ad illud. q; voluntas est eius collatiua sicut intellectus. ⁊ per ꝯsequens potēs cōferre quecūque simplicia sibi ostensa sicut intellect⁹ pōt. Ad 4m pōt dici q; voluntas posset velle ꝯsequenter se nō esse. q; quiliz peccās mortaliter vult aliquid in quo nō vult subesse deo. ⁊ in hoc ex ꝯsequenti vult se nō esse. q; non pōt esse nisi subsit deo. Tamen ad formā argumenti pōt dici q; nō opz q; velit ꝯsequēs ⁊ si vult antecedēs quādo ꝯsequēs nō est de se de intellectu antecedētis. sicut ponit exēplū q; aliquis pōt appetere epatuz nō volendo sacerdotiū. cuius rō est ista. quia sicut ad scire antecedens nō sequit scire cōsequens nisi sciat ꝯsequentia huius ex illo. ita ex velle antecedētis nō sequit velle ꝯsequentis nisi sit velle huius ꝯsequētie. si. n. nesciatur ꝯsequētia vel non sit velle ꝯsequentie nō opz propter velle antecedens velle ꝯsequens. nūc aūt in proposito ꝯsequens nō est de intellectu antecedentis. nec si eēt eēt p se ista habitudo cognita vel volita. ⁊ ita potest nō velle ꝯsequens. Ad illud Anselm. de similitudinibus dicit q; non potest quis ordinate velle peius esse. quia ordinata voluntas nō est volendo aliquid nolendo illud quod necessario sequitur ad ipsum. sine vt sibi intrinsecū sine nō. sed de voluntate non ordinata non oporteret.

Ad primū principale dico q; intellectus intelligens sūmū veruz de aliquo nō sūmo vero errat. sicut intelligēdo lapidē eē sūmū vex. nō tm̄ errat intelligēdo lapidē in se intellectiōe simplici. vel intellectōe collatiua intelligēdo illud cui ipsū ꝯuenit. ita volūtas volēdo p̄mū bonū volūtate simplici cōplacēdo nō errat nec volēdo illō alicui cui illō bonū ꝯuenit nō aūt ꝯgruit nisi ipsi soli ⁊ iō volēdo illō cuicūq; alij a se q̄si volutōe collatiua errat

Et tante superbie mento de celo. i. de empireo in quo cum alijs fuerat electus est in istum caliginosum aerem cuz omnibus sue prauitatis consortibus. Nam vt Joannes ait in Apocal. Draco de celo cadens secum traxit tertiā ptem stellarū. quia lucifer ille alijs maioz nō solus cecidit. sed cū eo alij multi qui ei in malitia consenserunt eosq; cadentes huius caliginosi aeris habitaculū recepit. Et hoc ad nostrā probationem factuz est. vt sit nobis exercitationis cā. Unde apls. Colluctatio est nobis ad vsus p̄ncipes ⁊ potestates mundi huius ⁊ aduersus rectores tenebrarū. contra spūalia nequitie in celestibus. quia demones qui sunt spirituales ⁊ nequā in hoc turbulento aere nobis ꝓpinquo q̄ō celū appellat habitāt. Unde ⁊ diabolus princeps aeris dicit.

Quod nō est concessuz eis habitare in celo vel in terra.

Non enim est eis concessuz habitare in celo. quia clarus locus est ⁊ amenus. nec in terra nobiscū ne hoies nimis infestarēt. Sz iuxta apli Petri doctrinā in epla canonica traditā: in aere isto caliginoso qui eis quasi carcer vsque ad tps iudicij deputatus est. Tunc aūt detrudent in baratrū inferni. sm illud. Itē maledicti in ignē eternū qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius.

Quod demōes alij alijs p̄sunt ⁊ habēt etiā alias p̄lationes.

Et sicut inter bonos angelos alij alijs p̄sunt. ita ⁊ inter malos alij alijs p̄lati sunt ⁊ alij alijs subiecti. quā diu durat mundus. angeli angelis. demones demonibus. homines hominibus p̄sunt. Sed in futuro oīs euacuabit p̄latio vt docet apls. Habent quoque sm modū scientie maioris vel minoris p̄lationes alias maiores vel minores. Quidā enim vni prouincie alij vni homini aliqui vni vitio p̄sunt. Unde dicit spūs superbie. spūs luxurie. ⁊ hmōi. quia de illo vitio maxime pōt homīes tentare a quo nominat. Inde etiā est quod nomie demonis diuitie vocant. s. māmona. Est enim mammon nomē demonis. quo noie vocant diuitie sm syrā linguā. Hoc aūt nō ideo est q; diabolus in potestate habeat dare vel auferre diuitias cui velit. sed quia eis vtit ad hominū temptationē ⁊ deceptionem.

An omnes demones sint in hoc aere caliginoso. an aliqui sint in inferno.

Solet autem queri vtrum omnes in isto aere caliginoso sint an aliq iã sint in inferno? Quod in iferno quotidie descendant aliqui demonũ verisimile est quia animas illuc cruciandas deducunt. ⁊ q illic aliqui semp sint alternatis forte vicibus. nõ pcul est a vero. qui illic animas detinẽt atq cruciant. Quod aũt anime malorũ illic descendant atque illic puniantur. ex eo constat q xp̃us ad inferos descendit vt iustos qui ibi tenebant seduceret. Si enim iusti illuc descendebant. multomagis iniusti. ⁊ sicut tradit autoritas cũ iustos eduxit iniquos ibi reliquit. Admomordit enim infernũ nõ absorbuit.

Quida putãt luciferũ esse in iferno religatũ ex quo tẽptauit christũ ⁊ victus fuit quẽ dicunt primũ hominez temptasse ⁊ vicisse.

De lucifero autez quidaz opinant q ibi religatus sit ⁊ ad nos tẽptandos nũc accessuz nõ habeat. quia in Apocali psi legit. Cũ cõsumati fuerunt mille ãni. soluetur sathanas de carcere suo ⁊ exiet ⁊ seducet gentes. quod erit nouissimo tẽpore anti christi quãdo erit tanta tribulatio. vt etiaz si fieri põt moueant electi. Quẽ ibi religatũ dicunt ab eo tẽpore quo tẽptauit christũ in deserto vel in passiõe ⁊ victus fuit ab eo. Ipsũ putãt primũ hominẽ tẽptasse ⁊ vicisse. ⁊ secũdo deũ. sed ab eo victũ esse. ⁊ ideo in inferno religatuz. Alij aũt putant ex quo cecidit pro peccati sui magnitudine illuc fuisse dimersũ.

Quod lucifer nõ habet ptãtem quã habebit tẽpore antichristi.

Sed siue in infernum dimersus sit siue nõ credibile est enim nõ habere potestatẽ accedẽdi ad nos quã habebit in tẽpore antichristi. in quo fraudulenter ac violenter opabit. ⁊ ideo forte dicitur tũc soluendus. q tunc dabitur ei potestas a deo tẽptãdi hoies quam modo nõ habet.

Quod demones semel victi a sanctis nõ accedunt amplius ad alios..

Aliis quoque qui a sanctis iuste ⁊ pudice viuentibus vincuntur potestas alios tẽptandi videtur adimi. Unde Origines. Puto iquit sane quia sancti repugnantes aduersus istos in centores ⁊ vincẽtes minuant exercitũ demonũ. vel vt quaz plurimos eorũ interimant. nec vltra fas sit illi spiritui qui ab aliquo sancto caste ⁊ pudice viuendo victus est impugnare iterũ aliũ Origes.

hoinem. Hoc autez putant quidã intelligenduz tantũ de illo vitio in quo superatus est. vt si de superbia aliquem viruz sanctuz temptat ⁊ vincitur. vlterius non liceat illi illum vel aliũ de superbia temptare.

Ista est distinctio. vi. huius secundi libri. In qua magister postq tractauit de auersione ⁊ conuersione bonoz ⁊ malorum angeloruz. Incipit agere de consequentibus auersionem malorum q̃tum ad casum localem. Et tria facit. Nam primo determinat de proiectione ipsorum in hunc aerez caliginosuz. Secũdo de descensu eorum ad infernuz. Tertio de confusione ipsorũ cum vincunt in temptationibus hominũ. Primuz facit a principio distinctionis vsq ibi. Et sicut inter. Secunduz ab inde vsq ibi. Alijs quoq. Tertium vero vsq ad finez distinctionis. Et tantuz in generali. In speciali autẽ sententia magistri stat in trib propositionibus quarũ prima hec est. Lucifer supremus angelus ⁊ sibi de singulis ordinibus assentientes superbe dei equalitatez appetendo corruerunt. ⁊ in isto caliginoso aere sunt incarcerati. Hãc propositionez magister insinuans proponit q angeli peccantes de singulis ordinibus ceciderunt. inter quos primus peccans ⁊ maioris dignitatis creditur fuisse lucifer. qui ꝑsiderans eminentiã sue dignitatis in superbiã elatus est. Et istam sententiã probat magister per beatũ Grego. Et subdit q merito ꝑ tanti peccati malicia in hunc caliginosuz aerez cuz sociis suis est detrusus. Naz locus celestis propter sui claritatem eis non cõpetebat. nec terra ne nos nimis infestarent. sed sunt in aere caliginoso in signuz tenebraz peccati quod est in eis. ⁊ ob exercituz nostruz vt nos temptent. Post diez vero iudicij simpliciter detrudent in infernũ. Secunda propositio est hec. In malis angelis ⁊ bonis vsque ad finem mundi sũt pmanentia officia prelationis ⁊ subiectionis. Hanc magister ponens dicit. q inter angelos tam bonos q̃z malos vsque in diem iudicij est ordo prelationis. quia qui maioris sunt scientie inter eos maiorem habent prelationem. ⁊ a tali prelatione quandoq denominant. vt qui preest vni puincie dicit pnceps puincie qui vero preest vni homini dicit angelus hominis illius qui vero vni vitio. vt pote quia de illo maxime temptare pmittitur ab illo denominat. vt aliquos dicimus spiritus supbie. alios vero spiritus luxurie. Postea querit. Utrum aliqui demones sint iam in inferno ꝑm illud Apocal. Cum consumati fuerint mille anni soluetur sathanas de carcere suo ⁊ exiet ⁊ seducet gentes. vnde dicit aliquos fuisse opinatos q lucifer temptauit ⁊ vicit primos parentes Sed postq christũ in deserto ⁊ in passione tẽptans extitit victus ⁊ in infernum religatus fuit. Tempore vero antichristi iterũ exiturus. Alij aũt dicunt q statim cum peccauit propter peccati sui magnitudinez in infernum detrusus fuit. ⁊ tẽpore antichristi dicit soluendus. quia tunc dabitur ei potestas temptandi quam modo non habet. Tertia propositio est hec. Demones amittunt temptandi facultatem in his vitijs in quibus a sanctis hominibus pudice viuentibus semel fuerint perfecte supati. Hanc propositionẽ magister ponens dicit eam fore intelligendã de eodẽ vitio. ⁊ non simpliciter saltem ꝑm opinionẽ aliquoz. vt videlicet diabolus victus ab eo quez temptabat de luxuria numq̃ postea suum victorem de luxuria temptabit Et tñs de sententia huius distinctionis in speciali.

Secundo quero vtrū s primum peccatum angeli formaliter fuit superbia. q̄ sic Aug⁹. 10. de tri. c. 15. Male voluntatis mitiū quid potuit eē nisi superbia ⁊ pbat per illō scripture ecclesiastici. 10. Initiū oīs peccati superbia. ⁊c. Itē i eod c. elationis vitiū in diabolo marie dānari sacus litteris edocemur. Preterea in can. Jo. oē q̄d est i mūdo aut ē ꝓcupiscētia carnis. aut ꝓcupiscētia oculoꝝ. aut superbia vite nō peccauerūt ꝓcupiscētia oculoruꝫ. nec ꝓcupiscentia carnis. ꝯ ⁊c. Preterea per viaꝫ diuisiuā. q: non potuit peccare per aliq̄d nolle ⁊ per ꝓns nō primo p irā nec p auaritiā. ⁊ pbatur ad cedens. q: oē nolle p̄supponit aliq̄d velle. nec peccauerūt aliquo velle iordinato circa tēpora lia. nec peccato carnis. q: talia non sunt eis appetibilia. ꝯ p diuisionē exclusis alijs sequit q̄ peccauerūt p superbiā. Pre⁹ psal. superbia eoꝝ qui te oderūt. ⁊c. sed nō peccauerūt nisi vnico peccato. q: alīs peccatū eoꝝ fuisset remediabile. nec peccauerūt simul plurib⁹ peccatis. q: volūtas nō pōt hīe simul duos actus p fectos sicut nec intellectus. igit si peccauerūt pluribus peccatis peccauerūt vno post altez. ⁊ ita in illo instāti scōo potuerūt penitere. ⁊ ita peccauerunt post primū instans. q̄d tenet cōiter pro incōuenienti. q: tenet cōiter q̄ peccatū eoꝝ fuerit irremediabile. Oppositū peccatū eoꝝ fuit māximū. q: irremediabile. superbia nō est maximū peccatū. q̄d patz p eius oppositū q̄d nō est maximū bonū. tū q: humilitas pōt esse informis. charitas autē nō. ꝯ est humilitas minus bona. tū q: loquēdo de virtutibus moralibus humilitas est quedā tēperantia. oīs autez tēperātia est minus pfecta virtus q̄z amicitia que ē pfectissima virtus sub iustitia. 8. ethi. Preterea superbia ꝓsistit in irascibili. nullus aūt actus irascibilis pōt esse primus simplr̄. q: irascibilis est ppugnatrix cōcupiscibilis. ideo passiones irascibilis oriuntur ex passionibus cōcupiscibilis. Preterea superbia vr̄ esse appetitus excellētie. q: ſm aug^m. 14. de tri. ca. 5. superbia nō est nisi puerse celsitudinis appetitus ⁊ per ꝓns excellētia respectu aliquoꝝ quib⁹ excellat. sed nō primo appetebat aliq̄d in ordine ad alios. sed p̄mo appetebat aliq̄d in se q̄z in ꝓparatione appeteret ad alteros. sicut nihil est ad alteruꝫ nisi q̄d prius est ad se. ita nullus appeteret aliq̄d in ordine ad aliud nisi q: prio appetit sibi. ⁊ per ꝓseq̄ns primo appetebat sibi illā. Preterea inferiores demones nō vident appetiuisse dominū discōueniens eis. nec etiā cōsensisse dño Luciferi. q: magis videt probabile q̄ magis appetierunt subesse deo q̄z Lucifero. igitur primū peccatum eorum nō fuit superbia.

In ista questiōe tenet pars cōiter affirmatiua ppter argumētū diuisiuū ad p̄mā partē. Sz ad videdū veritatē q̄nis prio est ostendendū que fuit malicia in prio angelo peccāte. ⁊. 2. ad q̄d genus peccati ptmebat ista malitia. Circa primū videdū est de ordine actuū volūtatis. Et circa hoc dico q̄ cuz sit in cōi duplex actus voluntatis. s. velle ⁊ nolle nolle. n. est actus positiu⁹ volūtatis quo fugit discōueniens seu resilit ab obo discōueniente. velle est actus quo acceptat oīm aliq̄d ꝓueniens. ⁊ cū sit vlterius duplex velle q̄d pōt noīari veile amicitie ⁊ cōcupiscētie. ⁊ dicat velle amicitie esse respectu obi cui volo bonū. ⁊ velle cōcupiscentie est istius obiecti q̄d volo alicui alij amato.

Istoꝝ aūt actuū pz ordo. q: omne nole p̄supponit aliq̄d velle. a nullo enim refugio nisi q: nō pōt stare cū aliquo quod accepto tanq̄z cōueniente. Et ꝟ dicit Anſ. de casu diaboli. c. 3. ponens exemplū de auaro minimo ⁊ pane. Et istoꝝ duoꝝ velle pz ordo. q: ꝓcupiscentia prīa p̄supponit illud velle amicitie. cū. n. amatū sit respectu concupiti. q. finis cui volo bonū nā propter amatū ꝓcupisco sibi bonū q̄d sibi volo ⁊ cū finis voluntatis habeat primā rōem obiecti voliti pz q̄ velle amicitie precedit velle cōcupiscentie. Ex isto pbato sequit vlterius q̄ similis est ꝓcessus in velle de ordinatis. nullū. n. nolle ē p̄mus actus deordinat⁹ volūtatis. q: nō posset hēre nolle nisi respectū vel in virtute alicui⁹ velle. ⁊ si velle eēt ordinatū acceptādo obz cū circūstātijs debitis nolle q̄ habet ꝓiter esset ordinatū. naz si ordinate amo ordinate odio nociuo amati. eodē modo si velle amicitie esset ordinatū velle cōcupiscētie ꝓns ei esset ordinatū. nā si ordinate amo illud cui volo bonuz ordinate cōcupisco sibi bonū. Sequit igitur q̄ simpliciter actus primi⁹ inordinat⁹ voluntatis fuit primū velle amicitie respectu eius cui voluit bonū. hoc aūt oīm nō fuit deus. q: nō potuit deū inordinate ex intēsione amare amore amicitie. nā de⁹ est tale amabile q̄d ex sola ratiōe sui vt oīm ē dat ꝓpletā rationē bonitatis actui pfecte intenso. Nec est verisimile q̄ aliquid aliud a se nimis intense dilexerit actu amicitie. tū q: inclinatio naturalis magis inclinauit ad se q̄z ad aliquid aliō creatū sic amāduz. tū q: nō vr̄ q̄ aliquid aliud creatū a se sic intelexerit sicut se tū q: amicitia fundat̄ sup vnitatū. 8. ethi. nihil aūt cū eo erat ita vez sicut ipsemet cuz se ipso ⁊ etiā amicabilia ad alterz ꝓcedunt ex amicabilibus ad seipsuz ex. 9. ethi. ꝯ primus actus inordinatus fuit actus amicitie respcū sui ipsius. ⁊ hoc est q̄d dicit Aug⁹. 14. de ciui. dei. hoc est q̄ fecit duas ciuitates. ciuitatē dei amor dei vsq̄z ad cōtēptuz sui. ⁊ ciuitatē diaboli amor sui vsq̄z ad ꝓtemptū dei. prima igit radix ciuitatis diaboli fuit inordinat⁹ amor amicitie sui que radix germinauit vsq̄z ad ꝓtēptuz dei. in quo est ꝓsumata ista malitia. sic pz de inordinatione simplr̄ prīa que fuit similiter in prio velle inordinato. Restat nūc videre de prīa inordinatione ipsius velle ꝓcupiscētie. Et vr̄ ibi dicēdū q̄ primo ꝓcupiuit sibi inmoderate bītudinē. q̄d pbat̄ p⁹. sic. nā primū ꝓcupiscere inordinatū nō ꝓcessit ex affectione iusticie sicut nec aliq̄d pctm̄ ꝓcessit ex illa affectōe. ꝯ ꝓcessit ex affectōe ꝓmodi. q: oīs act⁹ voluntatis elicitus aut elicit̄ ſm affectōez iusticie aut ꝓmodi ſm Anſel. maximū igit ꝓmodū maxime appetit̄ a volūtate nō sequēte regulā iusticie. ⁊ ita primo q: nihil aliud regulat illā volūtatē nō rectā nisi inordinat⁹ appetitus ⁊ inmoderatus illius maximi ꝓmodi. maximū aūt ꝓmodū ē bītudo pfecta. Et ꝟ ratio habet̄ ab Anſ. de casu diaboli. c. 4. quere in textu. 2°. pbat̄ hoc q: primū pctm̄ in ꝓcupiscendo fuit aliq̄d velle. nihil. n. refugit a se hoc est ne aliq̄d sibi ꝓingat nisi q: ꝓcupiscit oppo^m sibi. aut igit illud ꝓcupiuit amore honesti vel vtilis. aut delectabilis. q: nō est nisi iste triplex amor quo aliq̄d amatur. nō amore honesti. q: tūc nō peccasset. nec amore vtilis. q: ille nō ē p̄m⁹ amor. ex quo enī vtile ē ad aliq̄d vtile nullus ꝯ pri⁹ ꝓcupiscit vtile q̄z illō ad q̄d est vtile. ergo primo peccauit amando aliquid excessiue tanq̄z delectabile sūmuz. delectabile autez sūmuz bonū est honestam inquantū honestū vt beatitudo. Ista ratio potest accipi a pho. 8. ethi. ⁊ ex illa di. boni vtilis honesti ⁊ delectabilis. Tertio hec persuadetur sic. quia omnis potentia appetitiua cōsequens in actu suo actum apprehensiue primo appetit delectabile conuenientissimum siue cognitiue vel delectationez in tali delectabili. quia in tali appetibili maxime quietatur. q̄d patz de appetitu

ꝓsequente apprehensionē gustus vel auditus vel tactus. qꝛ quilibet talis maxime appetit obm conuenientissimū potētie cognitiue cuius actū sequit̄ i appetendo. igit̄ voluntas separata ab omni appetitu sensitiuo ꝑmo oīo appetit illud q̄ est ꝓueniētissimū intellectui cuius cōuenientiā sequit̄ illud appetere vel ꝑmo ⁊ maxime appetit delectationem in tali obiecto. ⁊ per consequens beatitudinez includentē obm ⁊ actū ⁊ delectatōez ꝓñez. 4° ꝯ ꝓsuadet̄ sic illud. n. ꝑmo appetit̄ a volūtate nō regulata p iusticiā q̄ō si cēt solū appeteret̄ ⁊ nihil aliō sine eo. tale est delectatio. non. n. excelentia vel quodcunqz aliud si cēt triste appeteretur. delectatio vel aliqd tale appeteret̄. Quantū igitur ad istū 2m graduz scz quantū ad peccatū angeli videtur q̄ō ꝑmo ꝓcuiuit beatitudinē. qꝛ sicut peccatū ꝑmū appetitus coꝛrespondēs visui essent in appetendo pulcherrimū visibile ꝓuenientissimū siue cognitiue ⁊ sibi in quo pfectissime delectaretur ita volūtatis ꝓiuncte appetitui sensitiuo quando ipsa nō sequit̄ iusticiaz nec regulā rōis videtur ꝑmū appetibile esse aliqd sūme delectabile illi appetitui cui no cui voluntas maxime ꝓformatur in agendo. ⁊ ideo in homībus ꝑm diuersitatez cōplexionū est dominiū appetituz sensitiuoꝝ. ⁊ si quidē quelz cognitiua habet ꝑꝛiuz appetitū tunc ꝑm diuersitatez ꝓplexionuz est diuersitas dominij in cognitiuis diuersis ⁊ in eoꝝ appetitiuis in quolibet inquā voluntas secunduz predominium appetitus sensitiui maxime inclinatur ad actum eius. ⁊ ideo quidā sequentes inclinationez ꝑimā sine regula iusticie. ꝑimo inclinātur ad luxuriam. quidam ꝑimo ad superbiā. volūtas ꝝ separata ab oi appetitu sensitiuo. ⁊ per ꝓsequēs ad nihil inclinat̄ ꝓp̄t inclinationē appetitus sensitiui ipa deserta a iusticia sequeretur absolutā iclinatiōnē volūtatis vñ volūtas est. ⁊ ista videt̄ cē ad maximū cōueniēs volūtati siue potētie cognitie. nā in quo perficitur maxime cognitiua in illo perficitur maxime appetitiua coꝛrespondens isti cognitiue.

Et si arguas contra istud ꝑimo qꝛ secundū Aug^m. 13° tri. c. 5°. beatitudo ab oībus appetit̄. Quod autē in oībus est vniformiter videt̄ esse naturale. igit̄ beatitudo naturaliter appetit̄. appetit⁹ autez naturalis semper est rectus. qꝛ a deo igitur ⁊ voluntas sibi consona semp est recta. qꝛ q̄ est cōsonuz recto semp est creatū. ꝝ est appetētdo beatitudinē nullus peccat. ꝟ Preterea nullus intellect⁹ errat circa p̄ncipia. 4. meta. ergo nec volūtas circa vltim̄ finē. ꝓña ꝓbatur p illā silitudinē phi. ex 7°. ethi. ⁊ 2° phyco. sicut p̄ncipiū in speculabilib⁹. ita finis i agibilib⁹ vel opabilibus. ꝟ Preterea boni habuerunt affectōem cōmodi sicut mali ꝑm Anſel. de cō coꝛ. volūtas cōmodi nō esse nequit velle. igitur ita volūt cōmodū boni sicut mali. igitur oēs equaliter peccauerūt si ex affectione cōmodi peccauerunt. ꝝ.

Ad p̄m. Ad videndū solonē istarū rōum distinguo qd possit ītelligi p istas affectiōes iusticie ⁊ cōmodi. de quibus loquitur Anſ. de casu diaboli. Justicia pōt itelligi vel infusa que dicitur gratuita. vel acquisita que dr̄ moꝛalis. vel innata que est ipsa libertas volūtatis. si. n. intelligeret̄ ꝑm illā fictiōem Anſ. de casu diaboli. quere ibi angelus. n. habens affectionē cōmodi ⁊ nō iusticie hoc est habēs intellectū ⁊ appetitū intellectus mere vt appetitū talez. ⁊ nō vt libeꝛ talis angelus nō posset non velle commoda. nec etiā nō sūme velle talia. nec iputaret̄ sibi in peccatū. qꝛ iste appetitus se hꝫet ad suaz cognitiuā sicut mō appetitus visiu⁹ ad visiz. necessario ꝓñdo ostensionē istius cognitiue ⁊ iclinatōez ad optimū oñsum a tali potētia. qꝛ nō hēret vnde se refrenaret. illa igitur affectio iusticie que est p̄ma moderatrix affectionis ꝓmodi ⁊ q̄ꝫtuz ad hoc q̄ nō oꝝ voluntatē actu appetere illud ad qō iclinat affectio cōmodi ⁊ q̄ꝫtū ad hoc nō oꝝ eaz sūme appetere illud. s. ad q̄ inclinat affectio ꝓmodi inq̄ꝫ affectio iusticie est libertas innata voluntati. qꝛ ipsa est p̄ima moderatrix affectionis talis. ⁊ lz Anſ. frequenter loq̄tur nō tñ de actu iusticie que est infusa sed acquisita. tñ ibi videt̄ loqui de infusa. qꝛ illā dicit amitti p peccatū moꝛtale. qō nō esset veꝝ nisi de iusticia infusa. tñ distinguēdo ex nā rei duas rōes p̄imas ista rū rationū inq̄ꝫtuz altera inclinat voluntatē nāliter ⁊ sūme ad cōmodū. altera aūt. q. moderat̄ eaz ne i eliciēdo actū oporteat eaz sequi inclinationē eius. nihil aliud sunt ista q̄ꝫ eadez volūtas inq̄ꝫtuz est appetitus intellectiu⁹. ⁊ nude ⁊ vltra hoc inquantū libera. qꝛ sicut dictū est quātuz est mere appetitus intellectiuus sūme inclinaret̄ actualiter ad optimuz intelligibile. sicut est de optimo visibili ⁊ visu. tamen inq̄ꝫtuz libere est pōt se refrenare in eliciendo actū ne sequat̄ istā inclinationē nec q̄ꝫtuz ad substantiā actus nec q̄ꝫtuz ad intensionē ad quā potentia nāliter inclinat̄. potētia aūt aliqua si fuisset appetitiua pcise sequēs in actu suo inclinatōez ei⁹ sicut appetitus visiu⁹ sequit̄ visuz ⁊ eius iclinatōez. tunc lz illa nō possz appetere nisi intelligibile sic̄ apperit⁹ visiu⁹ nō pōt appetere nisi visibile. tñ nō posset tūc peccare. qꝛ non esset in potestate eius aliud. nec aliter appetere quam cognitiua ostenderet ⁊ intelligeret Ipsa eadem facta iam libera. quia nihil aliud est nisi q̄ vna res includat virtualiter plures rationes perfectionales quam includeret si esset sine ratione libertatis. ipsa enim per rationez libertatis potest se moderari in volendo ⁊ quantuz ad hoc quod est non velle illud ad quod inclinat affectio cōmodi ⁊ quantuz ad hoc quod est non summe velle illud. ⁊ ex quo potest moderari tenetur moderari secundū regulam iusticie que accipitur ex voluntate superioꝛe. Secundum hoc ergo patet q̄ voluntas libera non tenetur omnimodo velle beatitudinez quo voluntas si esset tantummodo appetitus intellectiuus sine libertate vellet eam. sed tenetur in eliciēdo actum moderari appetitum. vnde est appetitus intellectiuus. quod est moderari affectionem commodi. ne. s. immoderate vellet. ꝟ Potest autez voluntas seipsam potens moderari immoderate beatitudinem velle que sibi cōgruit tripliciter vel quantuz ad intensionem. puta volendo eam maiori conatu q̄ꝫ sibi conueniat. vel quantum ad acceleratione. puta volendo eam sibi citius q̄ꝫ sibi conueniat. vel quantum ad causam. puta volendo sibi eam aliter quam sibi congruat. puta sine meritis vel forte modis alijs de quibus omnibus nō oporꝛtet hic curare aliquo istoꝝ modorum est pꝛobabile q̄ excesserit voluntas eius. s. vel plus appetēdo sibi beatitudinem inquantum est bonum sibi q̄ꝫ amando illud bonuz in se vel plus appetendo illud bonum vt obiectum beatificum esse bonum suum tanquam sibi bonum quaz appetendo illud inesse alij vt deo suo. ⁊ in hoc est summa peruersitas voluntatis que est vti fruendis ⁊ frui vtendis secundum Augustinuz. 83. q. q. 36. Vel secundo modo potuit appetere habere statim eam cuz tamen deus velit eum illam habere post moꝛtalem vie. vel tertio modo appetendo eam ex naturalibus haberi non habendo eaz gratiose. cuz tamen deus velit eam haberi ex meritis. debuit ergo libera voluntas moderari affectionem quantuz ad istas circunstantias quas recta ratio habuit ostendere. quia beatitudo debuit minus appeti sibi quam deo ⁊ de-

buit appeti p;o tempo;e p;o quo deus noluit ⁊ ex meritis p;o quibus deus voluit eam debere appeti. ergo si aliquo istoꝝ modorum sequebatur affectionem commodi non moderando eam per iusticiam hoc est per infusam si habuit vel acquisitam vel innatam siue naturalem que est ipsamet libertas peccauit.

Per hoc ergo ad argumenta. Ad p̄muz voluntas naturalis non est de se imoderata sed tantuz inclinat p modū nature. ⁊ in hoc non est immoderatio. q; inclinat sicut accepit inclinari. nec est in pt̄ate sua aliō. In potestate aūt voluntatis vt libera est in eliciendo actū est tantum inclinari vel minus. quando ergo accipis qō voluntas naturalis est respectu beatitudinis cōcedo. sed non actualiter īmoderata actu elicito. non est. n. inclinatio appetitus naturalis aliquis actus elicitus. sed est sicut perfectio p;ima. ⁊ hec non est īmoderata sicut nec natura cuius est cū ita inclinat affectione p;modi in obm suū. q; si haberet ex se actum elicitū non posset illū moderari quin eliceret summe quantum posset elici sed voluntas vt habens solā affectōem cōmodi naturaleꝝ nō est causa alicuius actus eliciti sed tātū vt libera. ⁊ ideo vt eliciens actū habet vnde moderet passionē. Quādo ergo accipit q; voluntas consona voluntati naturali semp est recta. quia illa semper est recta. Respondeo ⁊ dico qō si consonat sibi in eliciendo actū sicut illa eliceret si ex se sola ageret nō est recta quia habet aliā regulā in agendo quā illa haberet si ex se so[a] ageret. teneꝝ. n. sequi voluntatē supio;ē in moderando illā inclinationē naturalem ex quo in pt̄ate eius est moderari. vel non moderari q; in pt̄ate ei[9] est non summe agere. vel non tantū quantuz p̄t.

Ad 2[m] dico per idē qō non est in pt̄ate inte[9] moderari assensum suum veris que app̄hēdit. nā q̄z[m] oī ditur veritas p̄ncipioꝝ ex terminis. vel p;clusionū ex p̄ncipiis tantū o; assentire p;opter carentiā libertatis. sed voluntas potest in se ⁊ in potētijs inferioribus moderari ne ista inclinatio oīo dominet in eliciendo actū. vel saltez ne actus eliciat. pōt. n. auertere in intellectū ne speculet talia speculabilia circa que īclinaret ⁊ tenetur auertere si speculatio sit peccatū materialiter intellectui ⁊ formliter voluntati. sic ex alia parte voluntas respectu finis vltimi tenetur moderari inclinationē sui ad ipsuz ne immoderate velit aliquo p;dictoꝝ modoruz q̄z debet velle ⁊ ne alio mō vellit sibi quā illud sit in se. Aliter pōt dici qō sicut actus itellectus cōsiderando p̄ncipiū in se nō pōt esse falsus. ita nec actus voluntatis amando finem in se pōt esse malus ⁊ iste actus est actus amicitie non actus concupiscētie. tamen sicut actus intellectus posset esse falsus. attribuendo veritatez siue cause alicui p;incipio creato cui non conuenit illa veritas. ita actus voluntatis potest esse maius concup;iscendo bonitatē vltimi finis alicui alij ab vltimo fine eo modo quo non congruit alicui alij. Ad tertium dico q; in bonis erat inclinatio naturalis ad beatitudinē tanta quāta erat in malis ⁊ maio; si habebant meliora naturalia. quia inclinatio ista est s̄m perfectionez naturaliū. tamen boni in eliciendo actū non vtebantur voluntate secunduz eius rationem imperfectā inquantuz. s. est tantuz appetitus intellectiuus agēdo. s. tali modo quo cōpeteret appetitui intellectiuo agere. sed vtebant voluntate s̄m perfectā eius rationē qui est libertas. agendo. s. s̄m voluntatē eo modo quo ꝑgruit agere libere. inquātū liberū agit

Sed ꝓtra istud arguit. q; tūc videret eodē modo esse impossibile de peccatore viatore q tū finaliter nō penitebit, nam deus nō p̄ordinauit dare illi gratiam. ⁊ si tñ sit impossibilitatis ex parte ista ꝓpt talem ordinationē nō videt impossibilius demonez penitere q̄z talem viatorē penitere. Rñdeo potētia ordinata dei non respicit actus particulares diuinos de q̄bus nō sunt leges vniuersales. ſz respicit leges vel regulas vniuersales opabiliū talis est lex de dānatis. nō aūt de malis dum sunt in via ſz finaliter remanent mali. Exēplū huius. siqs statuisset q̄ oīs homicida occideret nō posset de potentia ordinata ꝑm illum ordinē iam positū saluare istū homicidaz. si tū ipse posset alium occidere. nō ꝓpter aliquā talē legē vlem illū posset saluare siue nō occidere etiam de potētia ordinata. ita viator qui non saluabit pōt saluari. q; ꝓtra hoc nō est aliqua lex vlis iam statuta q̄lis est cōtra saluationē dānati. Si obiciat ꝓtra hoc q̄ sicut lex est de vniuersali. ita iudiciū cōforme legi est de vli. ⁊ illud iudiciū sequtur ex lege. ergo qua rōne nō pōt ꝓtra legē pari rōne nec cōtra iudiciuz ex lege. sed iste viator si dānabit erit ꝑm iudiciū ꝓsonū legi. ergo ⁊c. Rñdeo lex est de illo qui est malus in termino. ⁊ ideo q̄n ad aliquē particularem applicat illa lex. puta ad hūc vel illū iam iudicatū. q; est in termino nō magis reuocat iudicium q̄z lex. sed de isto malo adhuc exīte in via nō est iudiciū p̄ legē aliquā sicut nec lex illa in cōi se extēdit ad viatorē. Aliud dubiū est si illa obstinatio volūtatis male sit a deo. vel ab ipsa volūtate mala. si. n. sit a volūtate videt q̄ ipsa possit resilire se ab ea. sicut ipsa potuit et se illud malū male velle. qua. n. virtute mouet se ad aliquid eadem qesciit in illo. ⁊ equali pōt se retrahē ab illo. ⁊ mouere in aliud magis inclinās q̄le est oppositum illius. Si aūt ista obstinatio ponat a deo. ergo ista malitia erit a deo. ⁊ sic de⁹ē cā peccati. qđ videtur incōueniēs. De isto q̄z uis videat Aug. dicere de fide ad ¶ De. auctoritate supra allegata q̄ deus ordinauit auersionē volūtatis in malū semp manere. ⁊ obstinatio sit signū volūtatis male. tñ q; actus dū manet habet q̄si ꝓtinue cām. q; eis eē est q̄si incōtinuatio cāri. sicut deus nō pōt eē causa mali inq̄ntū malū in p̄ma electione sui. ita nec in eē suo ꝓtinuato qđ ē ꝓtinue elici. ergo sola volūtas erit cā. a deo tñ ē illa pena ignis. qđ est malū puniēs. hec etiā obstinātio vt dicit malitiā peccati in volūtate pōt dici eē a deo nō positiue volēte eā. sed deserēte ⁊ nolēte dare gr̄am. sicut enim illū gratificat cui disposuit dare gratiam. ita illū nō gratificat quē dereliqt. hoc ē respectū gratificationis eius hz nolle. Cum ergo arguitur q̄ si ista ē a volūtate sola. ergo volūtas sola pōt in oppositū resilire. ſ. ab illo obiecto in qđ inordinate se inclinauit. Rñdeo dico q̄ ad resiliēdū meritorie requritur aliud p̄ncipiū a volūtate. puta gr̄a quā angelus malus nō pōt ex se habere ⁊ de⁹ ꝑm q̄ deseruit ipsū disposuit sibi eam nō dare. Sed si arguas q̄ saltē pōt habere velle circūstantionatū circa illud qđ inordinate voluit. ſz illud velle nō sit sibi meritorū hptiet ad mēbrū sequēs. ſ. de bonitate morali. Ex dictis ergo videt q̄ nō sit negatio potētie hoc est p̄ncipij actui nisi accipiat actiuū p̄ncipiū totale vel partiale p̄ncipale. nec potētie q̄ē ordo ad actū nisi ꝑpinque. nec potētie logice nisi ex extrinseco. ex cui⁹ parte nō ē impossibilitas ad vniēdū extrema loquēdo de potētia eius absoluta sed de potentia ordinata q̄ colligit ex scriptura. sicut ꝓus dictū ē de Aug. q̄ nō disposuit deus illa extrema vnire. ⁊ q̄ nō sit aliq̄ cā p̄manentie eor in malo nisi derelictio diuina. siue q̄ disposuit eis nō dare gr̄am cū sit in termino. quo modo nō disposuit de viatoribus malis. Et videt etiam hoc ꝓbari per auctoritates sco. p̄mo p Dama. c. 18. q̄ est angelis casus hoc est hoibus mors. 2. per Augusti. c. 21. ⁊. 12. ⁊. 22. de ciuita. dei. In scriptura nihil est certi⁹ q̄z sententia scripture.

Restat nunc dicendū de bonitate morali et malitia sibi opposita. vbi dicitur qđ non p̄t habere volitionē moraliter bonā. q; omnē deformāt ex aliqua circūstātia inordinata referēdo illud inordinate ad amorem sui. silr̄ habitus in eis ē pfecte malus in termino. ⁊ ideo pfectissime inclinat in malū. numq̄z ergo bñ volūt ꝓpter p̄mum. sed semp male volūt ꝓpter scām. vz ꝓpter vehementē inclinationē in malū. Ad p̄mū istor adducit Aug. sup psal. Deduc me do. in se. mā. t. Contra p̄mum habēt naturalia integra ꝑm Dion. de di. nomi. ergo est in eis inclinatio naturalis ad bonum. ergo ꝑm illam inclinationē possunt aliqd cōformiter velle. q; potentia vt in natura sua mere cōsideratur pōt aliquē actū elicere ꝓsonum inclinationi naturali. ergo p̄t habere actū non malū. q; nō ē ꝓtrarium nature eor. ¶ Preterea hōt vermez qui est remorsus de pctō eor remorsus iste est aliq̄ displicētia huic displicentia est act⁹ malus moralr. q; ſz possit deformari per circūstātiam inordinatā. tñ sistēdo i hoc q̄ ē nolle se peccasse nō videt eē formaliter malitia moralis. ¶ Preterea si nolunt penā inq̄ntum est lesiua nature sistendo tñ in hoc absq̄ aliq̄ circūstantia nō videt actus malus moraliter. q; sicut potest audire nām suam nō male moraliter. ita pōt odire contrarium sibi. Contra secūdum arguo tripliciter. primo q; videtur q̄ volūtas ex libertate sua posset nō velle. ⁊ ita nullum actū habere qđ ꝓbat q; ꝑz Aug. li. retractationū p̄mo. c. 22. nihil est tam in potestate volūtatis q̄z ipsa volūtas. qđ nō intelligit de voluntate quātū ad eē eius p̄mum. q; q̄ntum ad esse p̄mū magis ē in ptāte ei⁹. nō voluntas q̄z volūtas. sed intelligit q̄ntū ad opari. ꝑ volūtas magis ē i ptāte ei⁹ q̄ntū ad opari q̄z alia potētia iferior. ſz volūtas pōt aliquā potētiā iferiorē suspēdē ab oī actu. ergo seipaz ergo nō necessario vult malum. ¶ Preterea quod etiā adducitur de habitu improbatur dupliciter. p̄mo q; oīs habitus inclinat ad aliquē actū in eadez specie. ille ergo habitus q̄ ponit causa peccādi. aut inclinat tñ ad actū superbiēdi. aut tñ ad actum odiēdi ad quēcūq; actū ponat inclinare videt ꝓbabile q̄ possit aliquādo illum actū nō habere. q; pōt habere aliū dilīcte ⁊ ex toto conatu. ⁊ nō pōt simul habere duos actus pfectos simul. ergo nullus vn⁹ actus est qui necessario sit perpetuus ex vehementi inclinatione ad ipm. ⁊ p ꝑs nec in cōmuni necessario in est actus malus ex habitu. ¶ Preterea secūdo ha-

bitus nō est ratio agēdi potentie modo opposito p:o p:io modo ipsius potētie. qō ꝓbat sicut fuit sup:a probatū cōtra duas opi. in illa ratione de p̄oritate cause inquātū cā. q: cā secūda nō determinat modū agēdi cāe p̄me sed ecōuerso. ergo si volūtas nō habituata possit nō necessario velle hoc. q: hoc ē libertatis in ea. ergo volūtas habituata nō necessario volz ꝫ. Et tunc quod dicit Arist. 7. ethi. q̄ malus est impenitēs opz q̄ exponaī. i. de difficili penitēs. q: nullus actus pōt ita esse intēsus in volūtate q̄ tollat omnino eius potentiam ad oppositum.

Quantum ergo ad istū articulum videt posse dici q̄ nō necessario habent aliquē actum malū nec loquēdo de aliquo actu determinato vel indeterminato siue vago de determinato videt satis patere. q: si tm̄ habeāt habitum determinatū ille inclinat ad certū actū vnū in specie. ⁊ ꝑz q̄ pōt habere aliquē aliū actū ab illo i specie. ⁊ p tunc nō habere illuz. ⁊ p ꝑns nō habere quēcūqz aliū ad quē non est talis habitus inclinās si etiam habeat plures habitus inclinantes ad diuersos actus in spē. aliqs tū habitus nō vehemētissime inclinat. ⁊ pōt nō habere actū illius habitus nō maxime inclinātis. ergo pōt nō habere actū cuiuscūqz alterius. De indeterminato siue vago ꝓbat idē. vel q̄ possit se suspēdere ab omni volitione sicut ꝓcessit vna rō q̄ tū assumit dubiū q: nō videt q̄ possit se suspēdere ab omni actu sine volitione. vel q: aliquando pōt habere volitionē malā nō malitia contraria benitati morali lz nō habeat bonā bonitati morali completa que est ex oībus circūstantijs. lz in hoc nō appareat impossibilitas qn possit habere complete bonū moraliter. saltem hoc videt ꝓbabile quia actū bonū ex genere pōt habere. hoc est sīstēdo ibi ñ deformādo per circūstantias cōtrarias circūstantijs bone volitionis. Vel si habeat illū actū circūstantionatū qbusdam bonis ⁊ deordinatū quibusdā malis. nō tū opz q̄ ille sit semp malus. mirū enim videtur negare potētiā naturalē in natura illa excellente vbi nō apparet aliqd ꝓpter qō sit ñeganda. ꝓbabile est tū q̄ fm hanc potētiaz nō ereant in actū ꝓpter vehemētē malitiā fm quā magis ꝓbabile ē q̄ agūt q̄z fm potestatem naturalem fm quam possent i actus aliquo modo oppositos.

Ad primum argumētum dicit q̄ lz credant ille tamē actus credendi est in eis malus. quia odiūt illud creditū. Sed ꝓtra hoc actus intellect⁹ vt p̄cedit actū volūtatis nō hz deformitatē ab actu voluntatis sequēte. sed in illo p̄ori possunt aliquod verum cōcipe. ⁊ hoc tam speculabile. puta deū ee ternum q̄z agibile. puta deū ee diligendū. ℣ pōt ergo dici q̄ illud argumētum ꝓbat verū. s. qō habēt aliquē bonū actū diminute bonitate morali q: nō malum malitia cōtraria. puta nō habēte aliquā circumstātiā ꝓtrariam circūstātie debite. lz careat aliq̄ circūstantia debita. non enim credit ꝓpter illū finem ꝓpter qō credēdū ē cū circūstantia finis est necessaria ad bonitatē moralē. Ad scām dico qō volūtatem ee capacē vel participē sonat in potētiā remotā loquēdo de potētia ad actū. vel loquēdo de potentia que est p̄ncipiū sonat in p̄ncipiū actiuū vel passiuuz partiale diminutū. Ad tertiū cōcedo qō in eis sit li. ar. ⁊ cū arguis qō posse peccare nō est pars libertatis fm Anſel. dico q̄ aliud ē loq de posse peccare aliud de potētia ad peccatuz. p̄mum dicit ordinez ad actū difformē. scām dicit durationē p̄ncipij quo pōt elici actus difformis. p̄mus ordo nō ē li. ar. nec aliqd eius. nec absolute aliqs ordo ad actū est aliqd p̄ncipiū actiuū vel pars eius. scō modo dico quod illud quo pōt peccare includit duo quoꝝ alterum ē posse aliud deficere. ⁊ illud quo pōt in illud est eius posse. qō posse est p se libertatis arbitrij ⁊ potentia. reliquū vō non est eius vnde liberū arbitrium sz vī tale. s. defectiuū. ita qō sicut in cōmuni li. ar. est quo qs pōt velle. ⁊ hoc accipiēdo ita in cōmuni sicut Anſel. accipit. s. vt ꝓuenit deo ⁊ beatis. ita li. ar. hoc. s. viatoris est quo qs pōt velle defectibiliter. tū q̄ztuz ad aliqd pōt poni dissimile. q: ad absolute velle tota entitas positiua li. ar. et sola est p̄ncipiū. ad illā autem difformitatem in actu nihil positiuū in li. ar. est p̄ncipium. ⁊ tūc ad formā dico qō dato qō ibi sit libertas arbitrij nō segtur nisi qō ē potētia pua pōt in actum positiuū qui actus est a potētia positiua. vnde positius. ⁊ p ꝑns vnde ad ipm est li. ar. nō est peccatum. tū ex defectu cōcomitāte illū actū pōt esse peccatum. pōt tū cōcedi totū argumētum. s. qō ipsi hñt potentiā nō peccādi. q: hñt potētiā que nō est formaliter peccatū. lz nō hēant potētiā nō peccādi. hoc est non ee in pctō. quomodo peccator dicit ee in peccato postq̄z trāsiuit actus quē cōmisit ⁊ p̄riuatus grā remanet reat⁹ vsq̄z. s. ad penitētiam de peccato cōmisso hoc modo nō pñt ex se nō peccare. i. nō ee in peccato. nec opz li. ar. ee potētiaz ad peccandū. hoc est ad non ee in peccato. Et si arguas fm Anſel. li. ar. est potestas seruādi rectitudinē ꝓpter se. ergo ex ipa habēs eam pōt seruare rectitudinē. ⁊ ita nō est in peccato. Rñdeo qō seruare eā cum inest pōt qs p li. ar. nō aliter. ⁊ hoc modo exponit Anſel. Ad aliō dico qō in agētibus mere naturalibus cessantibus impedimētis redit ad dispositionē naturalē nō ꝓhibēte actione violēta. ⁊ ratio ē. q: p̄ncipiū intrinsecum ē necessariū respectu bonitatis naturalis q̄ztum est ex se. ⁊ ideo semp causat eam nisi vincatur per dñans. hoc mō volūtas nō est cā respectu sue bonitatis i actu suo. sed tū habet inclinationem quādā naturalez quasi passiuam ad bonitatē in actu quā lz posset dare actui. nō tū inclinatur ad dandū eam necessitate naturali sicut graue ad descendendum deorsum.

Aliter potest dici qō peccatū est ꝓtra naturā. hoc est cōtra illum actū qui natus est elici concorditer ⁊ conformiter inclinationi naturali. sed ex hoc nō opz qō ꝓtrariet volūtati fm se. sicut nō oportet illud qō contrariat affectui vel accidēti contrariari cāe vel subiecto maxime quādo talis cā non est cā naturalis effectus sed libera. Ad aliud de simili dico quod lz ꝓcluderet illud ꝓtra illos qui dicūt intellectuz esse motiuū sufficiēs voluntatis. q: opz eos dicere intellectum p̄mi angeli nullum p̄rincipiū practicū recte ꝓcipere. q: si recte ꝓcipet mouet volūtatē cōformit sibi. ⁊ ita recte. tū credo hoc ee falsum. q: sicut p̄rincipia speculabilia sunt vera ex terminis. ita ⁊ p̄rincipia opabilia. ⁊ per ꝑns intellectus q pōt concipere quidditates terminoꝝ p̄mi p̄rincipij p̄ractici ⁊ illos componere habet sufficies motiuū. ⁊ p modum nature mouēs ad assentiēdum illi p̄ncipio. ergo per voluntatem cuius actus est posterior non potest impediri vel saltē non ferret in ꝓtrarium. Quomodo autē hoc sit verum. qō dicit. 3. ethi. qō ois malus ē ignoꝝās hz alias tractari. potest tū dici ad argumētum qō simile nihil valet. q: intellectus potest cognosci ad assentiēdum. ita quod non pōt esse ita cecus quin apprehendēs aliquos terminos ex euidētia eorum pōt ꝓcipere coꝝ veritatē complerionis cōpositē ex eis. volūtas aūt non cogitur ex bonitate obi. ideo potest ee ita auersa qō quantūcūqz bonum sibi ostensum non mouet ipsam ad amādum ipsum saltem ordinate. Ad aliud dico qō habitu existente perfecto vel in summo quantum potest pfici in tali subo vel fm terminū sibi p̄refixum a sapiētia diuina omnes actus sequētes nihil augent. sed tū ꝓce-

dunt ex habitu iam generato quē admodū actus angeli boni nō augent habitū charitatis eius nec effectiue nec meritorie. qz ille est in termino. vel ꝑz naturā habit⁹. vel ꝑm capacitatē subiecti. vel saltē ꝑm terminū sibi ꝓfixum a deo. sed oēs illi act⁹ ꝓcedunt ex plenitudine illius habitus sic ꝓfecti. ita in ꝓposito ꝓfectio istius habitus est in termino ꝑm regulam diuine sapīe que nō permittit eos crescere in malitia intēsiue. ⁊ ideo actus sequentes tū se habent sicut effectus habitus mali. ⁊ nō sicut cāe agentes.

¶Per idem ad illud de pena. qz sicut p̄mium substantiale in p̄mo instāti in quo aligs angelus ē btūs. est determinatū. nec ex tūc crescit. qz actus boni qui sequunt nō sunt meritorij lz sint boni. ita etiaz in angelo dānato in p̄mo instanti siue damnationis determinatur ad certā penā que nō crescit intensiue. nec tū erunt mali actus eius quos elicit impuniti. sicut nec boni angeli boni actus erunt irremunerati. illi qdem boni actus includūtur in p̄mo actu qz ꝓcedūt ex ꝓfectione act⁹ btifici. sed quātū ad accidētale p̄mium qō pūt habere qlibet actus ē sibi p̄miū. ita etiaz isti mali actus quos elicit damnatus includuntur i p̄ma pena sibi certitudinaliter determinata. ⁊ quilibet sicut posset habere penā accidentalē ⁊ ꝓpriam habet seip̄m ꝑ pena. Justisti dñe ingt Aug⁹ li. cōfessionū. ⁊ ita est vt sit sibi pena oīs peccatoz. potissima enim ⁊ maxima pena est p̄uatio maximi boni qlis ē formaliter in actu malo malitia culpe peccatorem auertēte a deo. crescet ergo pena eoz in infinituz extensiue sicut ⁊ malitia. ⁊ neutrū intēsiue. Et si obijcias qꝑz malū est actus demeritor⁹. ergo correspondet sibi ꝓpria pena. Respondeo ⁊ si cōcedi posset esse culpa. non tū ꝓprie demeritoria. qz non elicita viatore cuius solius est mereri ⁊ demereri qui magis ꝓprie potest dici esse actus damnatorius siue dānati sicut ex alia parte actus beati lz sit acceptabilis deo nō tū ꝓprie est meritorius. sed magis act⁹ beatificus vel actus beati vel ex beatitudine ꝓcedens

Jsta est distinctio. vii. huius

secūdi libri. In qua magister posteaz egit de ꝓtinentibus ad casum angeloz localē agit de ꝓtinentib⁹ ad eoz casum spūalem. Et tria facit. Nam p̄mo ondit qliter liberū arbitriū etiam post lapsum retinuerūt. Secūdo qualiter intellectus vinacitatem post casum non amiserūt. Tertio qualiter oia que possent. ideo qz deus nō ꝓmisit implere nō potuerunt. ¶Primum facit a p̄ncipio distinctionis vsqz ibi. Et licz mali angeli. Secūdum vsqz ibi. Illud quoqz sciēdū ē. Tertium ab inde vsqz ad finem distinctionis. Et tū in generali. In spāli sentētia magistri stat in trib⁹ ꝓpositionibus quarū p̄ma est hec. Quod lz angeli boni in gr̄a ꝓfirmati non pūt peccare ⁊ mali i malicia obstinati nō pūt benefacere. Hoc tū minime aufert alicui arbitrij libertatē. Hanc magister insinuans dicit q nec mali angeli post peccatū pūt bñ facere. nec boni post eoz cōfirmationē possunt peccare. Contra qō dictū obijciens dicit q si boni angeli nō pūt peccare. ꝯnō habēt arbitrij libertatē. tenet consequētia per dictū beati ¶Dionysij dicentis q oīs creatura habens liberū arbitriū est vertibilis in bonum ⁊ malū. Cui obiectioni respōdet ⁊ dicit. q quāuis boni angeli peccare non possunt. nō tū ꝓpterea sunt minus liberi. qz non coacte sed libere ⁊ spontanee immutabiliter bonū eligunt. ⁊ hoc ex gr̄a non a natura. per qō solvit dictū beati ¶Dionysij dicētis ipsum loq de libero arbitrio gratia nō cōfirmato. sz pcise in sua natura ꝯsiderato. Et oppositū arguit et solvit de demonibus. Secūda ꝓpositio est hec. Quāuis angeli mali in qbus est naturalis cognitio

nis ꝑspicacitas aliqua faciūt mirabilia ꝓ hoc non ꝓbatur eis inesse creandi facultas. ¶Hanc magister ꝓbat dicēs demones habere triplicē scientiā. s. vnaz ex subtilitate nature. aliam ex tpe ⁊ diuturnitate. tertiam ex bonoz angeloz relatione. Et hoc ꝓbat auctoritate Jsidori ⁊ beati Augustini. Et subdit q demonū scientia ⁊ arte sunt artes magice. deo tamen talia pmittere volente ad fallendū fallaces ⁊ mouēdum fideles. seu ad exercitandū iustos ⁊ ꝓbos. In qbus qdem artibus magicis materia rerū visibiliuz non seruit demonibus ad nutum. sed solū intantum ꝙtuz deus pmittit. Et infert q ꝙuis demones qī qz aliqua noua ⁊ mirabilia deo pmittēte opant seu faciūt. nō tū ꝓpter hoc dicēdi sunt creatores. qz illa noua q̄ ꝓducūt nō nisi ex rerū virtutibus a deo eis inditis quasi ex qbusdam seminibus educūt eo q ad talium ꝓductionem nisi instrumētaliter quodāmodo se habēt sicut agricole ad ꝓductionē fructuum ⁊ ꝓdicatores ad illuminationē mētium. Tertia ꝓpositio est hec. Demones multo maiora mala ⁊ plura possent facere qz faciūt. nisi de⁹ ⁊ angeli boni eos facere talia ꝓhiberēt. ¶Hanc magister ꝓbat ꝓ hoc q magi pharaonis ita bene potuissent ministerio demonū fecisse cinifes sicut fecerūt ranas si deus talia opari nō ꝓhibuisset. Et tū de sententia in speciali.

Utrum angeli omnes corporei sint. quod quibusdam visum est quibus Augustin⁹ cō sentire videt dicens angelos omnes ante casum habuisse corpora tenuia ⁊ spiritualia. sed in casu mutata in deteriusq malo corpora. vt in eis possent pati.

d. VIII

§ Solet etiam in questione versari apud doctos. vtrum angeli omnes boni. s. ac mali corporei sint. idest corpora habeant sibi vnita. Quod aliqui putāt innitētes verbis Augustini qui dicere videtur. q̄ angeli omnes ante confirmationē vel lapsum corpora aerea habuerīt de puriori ac superiore aeris parte formata. ad faciendum abilia non ad patiendum. ⁊ angelis bonis q perstiterunt talia sunt obseruata corpora. vt i eis possint facere ⁊ nō pati. q̄ tante sunt tenuitatis vt a mortalibus videri non valeant. nisi superuestita aliqua grossiori forma. qua assumpta videntur depositaq; videri desinūt. Angelis vero malis mutata sunt in casu corpora in deteriorem qualitatem spissioris aeris. Sicut enim a loco digniori in inferiorem locum. idest in caliginosum aerem deiecti sūt ita illa corpora tenuia mutata sunt ⁊ transformata in deteriora corpora ⁊ spissiora. in quibus pati possent in superiori elemēto. idest ab igne. Et hoc Aug. sensisse videtur super Genesim ita dicens. Demones dicuntur aerea animalia. qui corporum aereoz natura vigēt nec per mortem dissoluuntur. quia prevalet i eis elemētum aptius ad faciendum q̄ ad patiendum. Ad patiendum enim humor ⁊ humus. Ad faciendū aer ⁊ ignis aptitudinez p̄

Aug. in ij. li. retractationum quodaz loco dixit ōmones aliqū hoīz dispōes nō solū voce ꝓlatas verū etiaz cogitatione cōceptas. cū signaq̄daz exaio exp̄mūt i corpeto ta facultate pdisce. Tūc rez. dix

occultissimā audacioꝛi assertōe ꝙ ōbui Nā puenire ista ad notitiā ōmonū p nō nulla experimēta cōptū ē. Si ytrinqꝫ ꝙdam ignā dentur ex cōpoꝛe cogitātiuꝫ illi sēsibilia. nos auē tētia an alia vt spūalia ista cogſcāt. aut difficile ab hoībus aut nullatenus pōt inueniri.

bent. Transgressoꝛes vero angeli cum pꝛincipe suo nunc diabolo tunc archāgelo. nō mirum si post peccatum in caliginez detrusi sūt. Neqꝫ etiam hoc mirum est si conuersi sūt ex pena in aeream qualitatem q̄ possunt ab igne pati. Caliginosa tamen aeris tenere tm̄ pmissi sunt qui eis quasi carcer sit vsqꝫ ad tempus iudicij. Ecce his verbis videtur Augustinꝰ ita tradere ꝙ quidam opinantur de coꝛpoꝛibus angelorum. Hoc a utē cum alij dixisse astruunt non ita sentiendo sed opinionem aliorꝫ referendo quod ex ipsius verbis diiudicare volunt quibus ait. Demones dicuntur aerea animalia non ait sunt. ita enim quidaꝫ dicebant. De habitatione vero caliginosi aeris in quem detrusi sunt non opinando. ſz rei veritatem asserendo cum tradidisse dicūt ꝙ ipsius locutionis distinctio oīndit. Dicūt quoqꝫ plurimos catholicos tractatoꝛes in hoc conuenisse atqꝫ id concorditer docuisse ꝙ angeli incoꝛpoꝛei sint nec coꝛpoꝛa habent sibi vnita Assumunt autem aliquando coꝛpoꝛa deo pꝛparante ad impletionem ministerii sui a deo iniuncti. eadēqꝫ post expletionem deponunt in quibus coꝛpoꝛibus hominibus apparuerunt atqꝫ locuti sunt. Et aliquando quidē locuti sunt ex persona dei sine distinctiōe alicuius persone. Aliquando ex persona patris vl filii siue spiritus sancti.

Quod deꝰ in coꝛpoꝛalibus illis antiquis foꝛmis apparuit.

Nec dubitandum est deuꝫ in coꝛpoꝛalibus foꝛmis apparuisse hominibus. sicut Augu. in secundo libꝛo de trinitate ostendit conferens diuersa scripture testimonia. ex quibus deum in coꝛpoꝛeis figuris hominibus apparuisse pꝛobat. ⁊ aliquādo ex pꝛsona dei sine distinctione aliqñ sub distinctione personarum sermonem eis factum esse.

De perplexa questione quam ponit Augustinus querens an ad exhibendū has coꝛpoꝛales apparitiōes creatura noua sit formata an angeli qui ante erant missi. ⁊ si ipsi missi sunt. vtrum seruata sui spiritualis coꝛpoꝛi ſq̄litate aliquam speciem coꝛpoꝛalem de coꝛpulentioꝛi materia assumpserint an pꝛopꝛium coꝛpus suum mutauerint in speciem actioni sue aptam.

Sed vbi deuꝫ hominibus icoꝛpoꝛalibus imaginibus apparuisse asserit pꝛplexam questionem ꝓponit quaꝫ nec absoluit querens. vtrum in illis coꝛpoꝛalibꝰ apparitionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tantum in qua deus hominibꝰ appareret. an angeli q̄ añ erant ita mitterētur vt manentes in suis spiritalibus coꝛpoꝛibus assumerent ex coꝛpulēta inferioꝛū elementoꝛuꝫ materia aliquam speciem coꝛpoꝛalem: quam coaptatam quasi aliquam vestem mutarent in quaslibet species coꝛpoꝛales veras quidez an coꝛpus suum ꝓpꝛium verterent in speciesaptas actionibus suis per virtutem sibi a deo datam. Ait enim ita augustinus in tertō libꝛo de trinitate. Querendum est in illis antiquis coꝛpoꝛalibus foꝛmis ⁊ visis. vtruꝫ ad hoc opus tm̄ creatura formata sic in qua deꝰ sicut tunc oportuisse indicauit humanis ostēderetur aspectibus. an angeli qui iam erāt ita mittebantur vt ex persona dei loquerētur assumentes coꝛpoꝛalem speciē de creatura coꝛpoꝛea in vsum ministerii sui. aut ipsum coꝛpus suum cui non subduntur sed subdituꝫ regunt mutantes atqꝫ vertētes in species quas vellent accōmodatas atqꝫ aptas actionibus suis sm̄ attributam a creatoꝛe sibi potentiam Sed fateoꝛ excedere vires intentionis mee. vtrum angeli manente spirituali sui coꝛporis qualitate. per hanc occultius operantes assumant ex inferioꝛibus elementis coꝛpulentioꝛibus qd̄ sibi coaptatum quasi aliquaꝫ vestē mutent ⁊ vertant in quaslibet species coꝛporales ⁊ ipsas veras sicut aqua vera in vinum verum cōuersa est a dño. An ipsa ꝓpꝛia coꝛpoꝛa ⁊ sua transformentin id quod volūt accōmodatum ad id qd̄ agunt. Sed quoꝛū horum sit. quoniam homo sum. nullo exprimēto cōpꝛehēdere valeo. sicut angeli q̄ hoc agūt Attende lectoꝛ qꝛ questionem ꝓpositam nō soluit. sed indiscussam reliquit. vtrum angeli qui mittebantur seruatis suis ꝓpꝛiis spiritalibus coꝛpoꝛibus superuestirentur aliqua coꝛpulentioꝛi specie in qua posſent videri an ipꝫ coꝛpus mutarēt ⁊ transformarēt in quācūqꝫ vellent speciem in qua possent cerni. In quibus verbis videtur augustinus attestari angelos esse coꝛpoꝛeos ac pꝛopꝛia ac spiritualia habere coꝛpoꝛa.

Augus.

Concedēdū est angelos mutꝫ ſz reliq̄ ex peduri ſi sufficit.

Beda

Quod deus in specie qua est deus nunq̄ mortalibus apparuit.

Ceterū hec velut minus ꝓ funda atqꝫ obscura relinquētes illud indubitanter teneamus ꝙ deus in specie eētie sue nunq̄ mortalibus apparuit. sicut famulo suo moysi dicit. Non videbit me homo ⁊ viuet Et in euangelio Joannis legit̄. Deuꝫ nemo vidit vnq̄. Visibile enim quicquā nō est qd̄ non sit mutabile. Ideo substantia siue essentia dei quoniam nullo modo mutabilis est. nullo modo per seipsaꝫ visibilis est. Proinde illa omnia que patribus visa sunt cum de

us illis p̄sentaretur per creaturaꝫ facta ma nifestum est. Et si nos latet quomodo ea mi/ nistris angelis fecerit deus. per angelos tam facta esse dicimus. Audeo ergo fiducialiter dicere nec deum patrem. nec verbū eius. nec spiritum eius qui est vnus deus. per id q̄ ē atqꝫ idipsum est vllo modo esse mutabilem. ac per hoc multo minus esse visibilem.

Utrum demones intrent corpora hominum substantialiter. an illabantur mentib⁹ hominum.

Illud etiam cōsideratione dignissimū videtur. vtrū demones siue corporei siue incorporei sint hominum substantialiter intrent corpora. eorumqꝫ animabus illabantur. an ideo intrare dicantur. quia malicie sue ibi effectum exercent dei permissione opp̄imendo atqꝫ verādo eas. vel in peccatum p̄o voluntate sua trahendo. Quod homines introeant atqꝫ ab eis expulsi exeāt euangelium aperte declarat commemorans demonia in quosdam ingressa. ⁊ per christū eiecta. sed vtrum secundum substantiam fuerint ingressa. an propter mali effectum dicantur ingressa. non adeo perspicuum est. De hoc autem Gennadius in diffinitionibus ecclesiasticorum dogmatum ait. Demones per energiam operationem non credim⁹ substantialiter illabi animę. sed applicatiōe ⁊ oppressione vniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creauit. qui natura subsistens incorporeus capabilis est sue facture. Ecce hic videtur insinuari q̄ substantialiter non illabantur demones vel introeāt corda hominum. Beda quoqꝫ super illū locum actuū apostolorum vbi Petrus ait ananie. Cur temptauit sathanas cor tuum: dicit. Notandum q̄ mentem hominis iuxta substantiaꝫ nihil implere possit nisi creatrix trinitas. quia tantūmodo secundum operationem ⁊ volūtatis instinctum anima de his que sunt creata impletur. Implet vero sathanas cor alicuius non quidem ingrediens in eum ⁊ in sensum eius neqꝫ introiēs aditum cordis. siquidem potestas hec solius dei est. sed callida ⁊ fraudulenta deceptione animam in effectum malicie trahens per cogitationes ⁊ incentiua vitiorum quibus plenus est. Impleuit ergo sathanas cor ananie nō intrando. sed malicie sue vires inserendo. Idem spiritus immundus flamma virtutum de cordibus fidelium expulsus. doctoribus veritatis venenum perfectionis infundit. His auctoritatibus ostenditur quod demones non substantialiter intrant corda hominum. sed p̄o

Beda.

pter malicie effectum. de quibus pelli dicuntur. cum nocere non sinuntur.

Circa distinctionem octauā quero vtruꝫ angelus possit assumere corpus in quo exerceat opera vite. q̄ nō vī. quia si assumat. ergo habet maiorem vnitatem ad corpus assumptum quā ad non assumptum. quia assumere est ad se sumere. sed hoc non videtur possibile. quia non potest esse illius corporis forma. patet. quia est forma seperata naturaliter. nec illud potest sumi ab eo in vnitatem suppositi quomodo verbuꝫ assumpsit naturam nostram ergo erit tātum vnitas sicut motoris ad mobile. sed talis vnitas potest esse eius ad corpus non sumptum. vt ad celum quod mouet. ergo. ⁊c. Preterea secundo. si assumeret corpus aut assumeret corpus elementare. quod nō apparet quia non habet illud corpus accidētia vt colorem ⁊ huius qualitates que apparēt. aut corp⁹ mixtum quod non videtur tum quia non potest habere virtutem actiuam ad miscendum elementa omnia secundum commixtionem talis corporis. tum quia a tota natura agente non potest generari corpus mixtum ita perfectum sicut est corpus humanum. nec assumit corpus celeste planum est quia illud non recipit peregrineas impressiones. ⁊ nec per consequens operationes vitales. Preterea tertio. si potest in corpore assumpto exercere opera vite. igitur est ibi aliquid viuum cōsequens est falsum. quia corpus non est viuum nisi per formam vitalem informantem. talis autē non est ibi consequentia probatur. quia operationes vitales sunt compositi primo de anima. ⁊ de sensu ⁊ sensato. probatur etiā quia forma seperata a materia non potest transmutare materiam secundū comē. septimo metaphy. In istis actibus vite saltem in actibus vite vegetatiue transmutatur materia. ꝫ ⁊c. Ad oppositum gen. 18. de tribus angelis apparentibus Abrahe ⁊ Thobie per totū de Raphaele. ⁊ in pluribus alijs locis scripture.

In ista questione sicut tan/ gūt tria argumēta tria sunt videnda. primo quid sit angelum assumere corpus. hoc quidem non est informare corpus nec etiam hypoc̄e sibi vnire. sed tantum esse intrinsecus motoris corporis ⁊ ibi esse diffinitiue qui est alius motus essendi ibi quam p operatōes vt pz supra de locatione angeli di. 2ª. q. 5. Et esset quia propter deū esse vbiqꝫ qr vbiqꝫ optatur q̄ si esset idē motus essendi in aliquo esset petitio ⁊ argueret ab eodeꝫ ad idē ⁊ ꝫ hoc dicit assumēs nā tūc assumit. i. ad se sumit. qr ad opationes p prias sibi exercendas vtitur illo sicut instrumento nec dicit ista assumptio fieri quādo corpus assumptū mouet̄ motu pgressiuo. qr talis motus pgruit fini per quē assumit̄ tale corpus. Secundo dico q̄ nō assumit corpus celeste nec corpus elemētare in quibus appareat. quia in elemetari nō visibili appareret. nec corpus elementare est susceptiū illoruꝫ accidentiū in quibus apparet corpora aūt mixta iā a natura generata potest assumere sicut est cadauer mortui vel lapis vel aliquid tale. ⁊ quando assumit aliquod corpus quod non videt̄ prius cauatū vel formatū a causis naturalib⁹. sed quasi formari tunc ⁊ subito cōpleta operatiōe disparere sicut fuit de Raphaele ⁊ Samuele. tunc videt̄ probabile q̄ illud erit corpus mixtū propter acciden-

tia que apparent in corpore. sed non mixtus plena mixtione. tus quia ex generatiõe tale mixtũ nõ posſit ita ſubito formari. qz nõ eſſet natũ generari niſi ſm determinatũ. pceſſum nature qualis nõ eſt ibi puta ſi appareat in corpore hominis nõ prius geniti per naturaz illud corpus non eſſet natuz vel aptũ generari niſi in matrice. nec poteſt dici q angelus ſubito inducat illã formã in materia. qz non poteſt naturalez formaz inducere. ſed tantũ elementa actiua ⁊ paſſiua poteſt conuenienter ſimul adhibere ⁊ corporibus celeſtibus in ſitu ꝓuenienti approximare vt inducaſ forma particularis qualis nata eſt a talibus agentibus particularibus induci. Ita que corpus qõ ita quaſi ſubito formaſ ⁊ reſolutur eſt mixtũ imperfecta mixtiõe qualis poteſt induci ab agentibus naturalibus quaſi ſubito facta approximatione elementorũ ita q magis tale corpus aſſimilaſ impreſſioni que eſt imperfecte mixta. ⁊ ſignuz huius eſt. quia quando diſparet tale corpus nõ remanet aliquid talis corporis in quod naturaliter eſſet immediate reſolubile corpus illud aſſũptuz ſi perfecte fuiſſet mixtũ. corpus. n. humanum ſi eſſet pfecte mixtũ nõ eſſet natũ rediſ niſi ad cadauer. ſed tale imperfecte mixtũ reſoluiſ ſtatim in elementa. ſicut ex eis potuit ſtatim generari propter eorũ imperfectã mixtionẽ. De tertio. dico q motuz localez poteſt cauſare in corpore aſſumpto. ⁊ ita motũ qui videſ eſſe progreſſuus. motũ etiã qui eſſet inſpirationis ⁊ reſpirationis. motionez palpebrarũ ⁊ manuũ ⁊ ſimiliũ. Et ratio eſt quia non eſt aliquod corpus ita imperfectũ in vniuerſo quin habeat ī virtute ſua actiua aliquod vbi. patet de graui reſpectu centri. g̃ multo magis habet hoc angelus reſpectu corporis. Sed operationũ naturalium que cõſiſtũt in agere ⁊ pati cuiuſmodi ſunt operationes ſenſuales in illas non ꝑt. qz ille nõ ſunt nate recipi niſi in compoſito ex organo ſaltẽ perfecte mixto. ex anima inquantũ habet potentiaz perfectiuã quorũ neutrũ eſt tibi. nec ſez talis mixtio nec anima pficiens. ⁊ ideo ſimpliciter in tali corpore cõpoſito qõ aſſumit nulla eſt ſenſatio. Operationeſ etiã que conſiſtunt in vere agẽdo. cuiuſmodi ſunt operationes vegetatiue nõ cõpetũt illi cõpoſito. qz vel ille operationes nate ſunt eſſe cõpoſiti animati quale nõ eſt ibi. vel nate ſunt eſſe corporis perfecte mixti. puta ſi caro generaret carnẽ. neutrũ autez ẽ ibi. Quantũ autẽ ad cognitionez quã videſ habere de particularibus factis audiendo vel videndo nihil aliud eſt quã intellectio. ⁊ illã intellectiõem ſuaz poteſt exprimere formando verba ⁊ mouẽdo linguã localiter. Quantũ etiaz ad actus vegetatiue qui apparent ſi loquamur de vera nutritione nihil ibi nutriſ. ſed ſi loquamur de comeſtiõe que precedit nutritionẽ illa non eſt niſi diuiſio cibi per motũ localez marillaꝝ ⁊ traiectio eius in ventrẽ per motuz localẽ. ⁊ tunc põt fieri exalatio ⁊ reſolutio in humores vel elementa. ⁊ iſti motus locales poſſunt fieri circa corpus virtute actiua angeli. Sicut aũt dictũ eſt de nutritiua ita dicendũ eſt de augmentatiua. qz ibi nulla eſt nutritio vel augmentatio. põt tamẽ eſſe vera iuxtapõ ſi ipſe velit ſubito alia elemẽta que poſſunt imperfecte miſceri ad talez imperfectã mixtionez apponere corpori ſuo vt videatur creſcere. Et ſi dicas ſi comeſtio non ſit operatio vitalis. g̃ nõ valet argumentũ ad probandũ verazꝝ rp̃i reſurrectionẽ de comeſtione eius cuz diſcipulis ſuis. quod eſt contra ſanctos. Reſpondeo ad probandum reſurrectionem eius ſunt multa alia argumenta in euangelio efficatioza iſto. ⁊ ita cum alijs bene probat ⁊ ſi non per ſe tantum. vel dico q erat comeſtio ordinata ad veram nutritionem quia nõ eſt inconueniens quod corpus glorioſum poſſit cõuertere corpus non glorioſum in ipſum ſicut eſſe ſimul poteſt cum corpore non glorioſo. nec propter hoc eſt corruptibile. quia poteſt aliud conuertere in ſe. poſſet enim deus facere corpus glorioſum in minima quantitate ⁊ illud augere per comeſtionem. nec tantum aliquid corrumperetur de nutrito ⁊ auctor in corporibus autem talibus aſſumptis nõ eſt nutritio ſed tantum additio vel appoſitio. Sed quantum ad generationem dicendum quod illa fit virtute ſeminis deciſi amare in feminam in qua ſeruatur virtus patris ſicut cõmuniter dicit ſi ipſe poteſt illud ſemen ab aliquo ſuccũbendo recipere ⁊ ſeruare illud in ſua naturali qualitate cõueniente ſue generationi naturali quouſz illud tranſfundat. ipſe nihil facit ibi niſi quia primo recipit in corpore illo aſſumpto illud quod poſtea mouet localiter in aliquam cui eſt incubus. ⁊ ſi illud ſemen anteq̃z ſit receptum in matrice non amittat ſuam qualitatem naturalem poteſt per ipſum fieri generatio. ſicut ſi immediate tranſfũderetur a primo decindẽ te in eandem matricem. Et hoc modo atribuitur non quidem angelo bono. quia abſit quod talibus vilibus ſe immiſceat ſed demoni generare. quia idẽ primo ſuccubus ⁊ poſtea incubus ſemen a decindẽ te primo trãſfuſum recipit. ⁊ deinde tranſfundit illud in matricem.

Ad argumenta. Ad primum dico q cellum non dicitur aſſumi. quia ad nullam ſpiritualem operationem ⁊ maxime in quã angelus intendat apparere viſibiliter nobis ad ſe aſſumit celum. ſimiliter qui mouet celum ꝑpetuo mouet. ⁊ ita non temporaliter aſſumit corpus. hec enim aſſumptio appropriata eſt corpori quod ad tẽpus mouetur. ⁊ mouetur propter aliquem effectuz apparituruꝫ hominibus. Ad tertium dico qõ iam apparet per ea que dicat ſũt quod aſſumit corpus imperfecte mixtum. quod quidem ipſe non producit ad eſſe virtute propria. ſed tantum naturaliter miſcibilia vnit inter ſe ⁊ reſpectu celi ī tali proportione in qua virtute celi ⁊ miſcibilium poſſit talis forma induci. Ad tertium patet quod nullus actus vegetatiue vel cognitiue competit proprie angelo in corpore vel etiam corpori aſſumpto. ſed tantum actus potentie motiue non quidem actus potentie motiue organice qualis eſt potentia motiua animati. quia eius actus eſt actus compoſiti ſicut ⁊ actus cognitiue ſenſitiue ⁊ vegetatiue. ſed potentie motiue ſuperioris quam angelus poteſt corpus mouere de loco ad locum quod non improportionabiliter excedit ipſius virtutem motiuam.

Iſta eſt diſtinctio. viii. huius ſcõi libri. In qua magiſter poſtq̃z egit de ãgelis quo ad eorũ caſum localez ⁊ ſpiritualem. agit de eis quo ad corpora aſſũptionez. Et tria circa hoc facit. Nam primo inquirit an angeli habeant corpora ſibi vnita. Secundo oſtendit qualiter eis hũtibus fiat ãgeli apparitio. 3° oſtẽdit qualiter opant circa animas ⁊ corpora noſtra. Primũ facit a ꝓncipio diſtinctionis vſque ibi. Hec dubitandum eſt. Secundũ vſq̃z ibi. Illud etiam conſideratione. Tertium vero vſque ad finez diſtinctionis. Et tñ in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarũ prima eſt hec. Angeli non ſunt corporales quãuis corpora ſibi aſſumũt aerea pro explẽdo circa nos aliquo opere miniſteri

Si adã nõ peccaſſz ad hucverbũ diui nũ incarnatũ fuiſſz ⁊ habuiſſet i vtero vginiſ ⁊ extra cõpus gloriſum ſic ⁊ animã ⁊ tñ ꝓſtat in caſu illo corpus illõ fniſſe nutritũ ⁊ augtũ vtrũ in partibuſ iſtiꝰ corporiſ fuiſſz facta aliq̃ reſolutio dico q nõ de partibus ſecunduz formaz ⁊ aliter de partibus ſecunduz materiam.

ali. Hanc propositionem magister probans querit Utrum angeli sibi habent corpora naturaliter vnita. Et respondet q quidam opinati sunt eos habere corpora aerea que in demonibus ante peccatuz fuerũt subtiliora ⁊ puriora ⁊ impassibilia. post peccatum autem facta grossiora etiam ab igne corporali passibilia. ⁊ hoc confirmant auctoritate beati Augustini. Alij vero dicunt eos naturaliter fore incorporeos ⁊ beatum Augustinum allegatum in cõtrarium asserunt magis fuisse locutum inquisitiue q̃ determinatiue. Et subdit q licet angeli incorporei assumunt tamen quandoque corpora. quãdoq̃ visibiliter aliquid operantur circa nos. ⁊ post operis completionem illa deponunt. Unde in talibus corporibus hominibus pluries apparuerunt ⁊ locuti sũt aliq̃ndo in psona patris. aliq̃ndo i psona filij aliq̃ndo in psona spiritussancti. Secunda ppositio est hec. Dõ de' aliq̃ndo i formis corporalibus apparuit. Hanc probat magister auctoritate beati Augustini. Unde mouet questionẽ circa hec. s. Utrum deus corporaliter apparens de nouo semper creauit illud corpus in quo aparuit. Et vtrum angeli corporaliter apparentes. dato quod sint corporei tantũ in suis corporibus appareant. vel alia corpora assumant magis grossa ex visibilium rerũ materia ⁊ an illam ad placitum in quanlibet transsumant dispositionem. Istam magister relinquit insolutam Et postea dicit q diuina essentia nunq̃ potuit nec potest videri vt est. quia omne visibile mutabile est. Cum ergo essentia dei sit immutabilis. quid aliud supereſt quam q sit etiam inuisibilis. Tertia propositio est hec. Spiritus maligni per quendam effectum pñt quandoque illabi hominibus. non illapsu essentiali. Hanc magister probans querit. Utrum demones siue sint corporei siue incorporei intrent substantialiter corpora hominum vel solum dominantur in malicie effectum. Et respondens dicit quod solus deus mẽti humane illabitur. ⁊ quod diabolus ingredi dicitur corpora. hoc est solum per effectum malicie. qõ probat auctoritatibus Gregorij ⁊ Bede que patent in textu. Et tantum in speciali.

De ordinum distinctiõe qui ⁊ quot sint.

D. IX.

Post predicta superest cognoscere de ordinibus angelorum quid scriptura tradat. Que in pluribus locis nouem esse ordines angelorum promulgat. s. angelos. archangelos. principatus. potestates. virtutes. dominationes thronos. cherubin ⁊ seraphin. Et inueniuntur in istis ordinibus tria terna esse: ⁊ in singulis tres ordines. vt trinitatis similitudo in eis. insinuetur impressa. Unde Dionysius tres ordines angelorum esse tradit. ternos in singulis ponens Sunt enim tres superiores. tres inferiores. tres medii. Superiores seraphin. cherubin. throni. Medii dominationes principatus potestates. Inferiores. virtutes. archangeli angeli.

Dioni.

Quid appelletur ordo ⁊ que sit ratio nominis cuiusque.

Hic considerandum est quid appelletur ordo. Deinde vtrũ ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum Ordo angelorum dicitur multitudo celestium spirituum. qui inter se in aliquo munere gratie similantur. sicut ⁊ in naturalium datorum munere conueniunt. Ut verbi gratia. Seraphin dicuntur qui pre aliis ardent charitate. Seraphin enim interpretatur ardens vel succedens. Cherubin qui pre aliis in scientia eminent. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientie. Thronus dicitur sedes. Throni autem vocantur vt beatus Gregorius ait: qui tanta diuinitatis gratia replentur. vt in eis sedeat deus ⁊ per eos iudicia decernat atq̃ informet. Dominationes vocantur qui principatus ⁊ potestates transcendunt. Principatus dicuntur qui sibi subiectis que sunt agenda disponunt. eisq̃ ad explenda diuina mysteria principantur. Potestates nominantur hi qui hoc ceteris potentius in suo ordine acceperunt vt virtutes aduerse eis subiecte eorum refrenentur potestate ne homines tantum temptare valeãt quantum desiderant. Virtutes vocantur illi per quos signa ⁊ miracula frequenter fiunt Archangeli qui maiora nunciant. Angeli q minora.

Gregorius.

Quod hec nomina non propter se sed propter nos eis data fũt que assumpta sunt a donis gratie que non habent singulariter sz excellenter ⁊ a precipuis nominantur.

Hec nomina illis non propter se sed propter nos eis data sunt. Qui. n. sibi noti sunt contemplatione nobis innotescunt cognominatione. Et nominantur singuli ordines a donis gratiarum que non singulariter. sed excellenter data sunt in participatione. In illa enim celesti curia vbi plenitudo boni est. licet quedam data sunt excellẽter. nihil tamen possidetur singulariter. Omnia enim in omnibus sunt. nõ quidem equaliter quia alii aliis sublimius possident. que tamen omnes habent. Cumq̃ omnia dona gratiarum superiores ordines sublimius ⁊ perfectius perceperint. tamẽ ex precipuis sortiti sunt vocabula. inferioribus cetera relinquentes ordinibus ad cognominatõez. Ut seraphin qui ordo excellentissimus estimat. tam dilectionem q̃ cognitionem diuinitatis ⁊ cetera virtutum dona ceteris omnibus sublimius ⁊ perfectius percepit. ⁊ tamen ab excellentiori dono. idest a charitate nomen accepit ille superbior ordo. Maius enim donum est ipsa charitas quã scientia. Item maius est scire quã iudicare. scientia namq̃ infor

mat iudicium. Ideoq; secundus ordo a secũdo dono idest cognitione veritatis appellatus est. s. cherubin. Ita ⁊ de alijs intelligendum est. Assignatur ergo excellentia ordinum secundum excellentiam donorum. Et tamen sicut Greg ait illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardent charitate ⁊ scientia pleni sunt. sic ⁊ de alijs. Sed superiores alijs excellentius. vt iam dictum est. ipsa acceperunt a quibus nominantur. Unde Grego. In illa summa ciuitate quisque ordo eius rei censetur nomine. quã plenius accipit in munere.

Questio ex verbis Gregorij orta.

Sed oritur hic .questio talis. Si quisq; ordo ab illo dono nominatur quod plenius possidet. tunc cherubin in sciẽtia preeminet omnibus. q̃ a scientia nomiatur. Sed qui magis diligit plus cognoscit. Tñ enim: vt tradit auctoritas: cognoscit ibi quisq; quantus diligit. Itaq; seraphin nõ solum in charitate sed etiam in scientia preeminent. Ideoq; auctoritas illa sic videtur intelligenda. vt cõparatio non referatur ad omnes ordo. sed ad quosdam scilicet inferiores Ille enim ordo non plenius seraphin accepit scientiam in munere. sed plenius alijs ordinibus qui sunt inferiores. Nec nominat quisq; ordo ab omni re. quam plenius alijs accepit. sed ab aliqua rerum quas accepit.

Explanatio illius auctoritatis.

Alia determiatio eiusdem.

Uel potest comparatio referri non ad ipsos ordines sed ad alia dona. nec ad omnia alia dona sed ad quedam. Sicut enim hommes cum plura habeant dona. quedaz alijs excellentius possident. Ita forte ⁊ angeli quibusdam muneribus magis pollent. ⁊ alijs quibusdam minus.

Utruz ordines ab initio creationis ita distincti fuerint.

Jaz nunc inquirere restat Utrum ⁊ isti ordines a creationis initio ita fuerint distincti? Quod ita fuerunt distincti a primordio sue cõditionis videtur testimonio auctoritatis insinuari. que tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine namq; superiori lucifer ille fuit. quo nullus dignior conditus fuit. Apostolus etiam principatus ⁊ potestates tenebrarum. nominat ostendens de ordinibus illis cecidisse. q cum in malis ministerium exerceant. non tamen penitus nominibus ordinum suoruz priuati sunt. Sed non videtur illud posse stare. Non enim tunc charitate ardebant nec sapientia pollebant. neq; in eis deus sedebat. Si enim hoc habuissent non cecidissent. Nõ ergo tũc erãt cherubin vel seraphin vel throni. Ad quod dicimus q̃ ante casum quorũdam non erant isti ordines quia nondum habebant dona in quorum participationibus conueniunt. Sed quibusdam cadentibus alijs apposita sunt: eiq; qui ceciderunt collata fuissent eadem dona si perstitissent. Ideoq; scriptura dicit de singulis ordinib⁹ aliquos cecidisse non quia fuissent in ordinibus ⁊ postea corruerunt. sed quia si perstitissent eoruz aliqui in singulis fuissent ordinibus. qui ⁊ in nature tenuitate ⁊ in forme perspicacitate differentes gradus habebant sicut illi qui perstiterunt. Alij enim vt predixim⁹ superiores alij inferiores conditi sunt. Superiores qui natura magis subtiles ⁊ sapientia magis perspicaces. Inferiores qui natura minus subtiles: ⁊ intelligentia minus perspicaces facti sunt. Has autem inuisibiles differentias inuisibilium. solus ille ponderare potuit q̃ omnia in numero ⁊ mensura ⁊ pondere dispositit. idest in seipso qui est mensura omni rei modum prefigens ⁊ numerus omni rei speciez prebens ⁊ pondus omnem rem ad stabilitatem trahens idest terminans ⁊ formans ⁊ ordinans omnia.

Qõ ante casuz quorundam fuerunt hi ordines q̃ nõ hẽbãt dona gr̃e q̃ quibusdaz cadentibus alia apposita fuerunt.

Utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint equales.

Preterea considerari oportet. vtrum omnes angeli eiusdem ordinis equales sint? Ita esse quibusdam placuit. sed non est hoc probabile nec assertione dignuz quia lucifer qui fuit de collegio superiorum ipsis etiam dignior extitit qui alijs excellentiores creati fuerãt. Ex quo percipitur q̃ si perstitisset. in ordine superiori fuisset ⁊ alijs eiusdem ordinis dignior extitisset. Sicut enim vnus est ordo apostolorum ⁊ alter martyr̃ ⁊ tamen in apostolis alii aliis sunt digniores similiter ⁊ in martyribus alii alijs sunt superiores. ita ⁊ in ordinibus angelorum recte creditur esse.

Per simile oñdit non emens eiusdez ordinis pares esse.

Quomodo dicat scriptura decimum ordinem ex hominibus compleri. cum nõ sint nisi nouem ordines.

Notandum etiam q̃ decimus ordo legitur de hominibus restaurandus. Sed cum non sint nisi nouem ordines. nec plures fuissent etiam si illi qui ceciderunt perstitissent. mouent lectores quomodo scriptura dicat decimum ordinem compleri ex hominibus. Grego. namq; ait homines assumendos in ordine angelorum. quorum alij

assumuntur in ordine superiorum qui scilicz magis ardent charitate. Alij in ordine inferiorum qui scilicet mun⁹ perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formanduz decimum ordinem tanq̄ nonem sint angelorum ⁊ decimus hominuz. sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinib⁹ angelorum. Quod ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus. ex tali sensu dictum fore accipi potest quia de hominib⁹ restaurabitur quod in angelis lapsum est. de quibus tot corruerunt. vt posset fieri decim⁹ ordo. Propter quod apostolus dicit restaurari omnia in christo que in celis ⁊ que etiam in terris sunt. qz per christum redemptū est genus humanuz. de quo fit reparatio ruine angelice tamen non minus saluaretur homo si angelus non cecidisset.

Quod homines assumuntur iuxta numerum stantium non lapsorum.

Non enim iuxta numerum eorum qui ceciderunt. sed eorum qui permanserunt homines ad beatitudinem admittuntur. Unde Greg. Superna illa ciuitas ex angelis ⁊ hominibus constat. ad quā credim⁹ tantos humani generis ascendere quantos illic contigit angelos remansisse. sicut scriptū est in cantico deuteronomij. Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum dei.

Quidam dicunt fm numerum lapsorum angelorum homines reparandos.

A quibusdaz tamē putatur q̄ homines reparentur iuxta numeruz angelorum qui ceciderunt. vt illa celestis ciuitas nec suorum ciuium numero priuetur nec maiori copia regnet. Quod Augu. in ench. sentire videtur. non asserens de hominibus plus saluari q̄ corruit de angelis. sed nō minus ita dicens. Superna hierusalem mater nostra ciuitas dei. nulla ciuium suorū numerositate fraudabitur aut vberiore etiaz copia fortasse regnabit. Neqz enim numerum aut sanctoruz hominum aut immundorum demonum nouimus. in quorum locum succedentes filij catholice matris. que sterilis apparebat in terris in ea pace de qua illi ceciderunt sine vllo temporis termino permanebunt. Sed illorum ciuiuz numerus siue q est. siue qui fuit. siue qui futurus est. in contēplatione eius artificis est. qui vocat ea que nō sunt tanq̄ ea que sunt. Ecce aperte dicit non min⁹ de hominibus saluari q̄ corruit de angelis. sed plus non asserit.

Irca distinctionē. 9^am vbi magister tractat de ordinib⁹ angelorū vbi dicit ad superiores angelos pertinet inferiores illuminare.

diaz. Hanc propositionē magister probat auctoritatibus beati Hieronymi ⁊ Gregorij. Et subdit licet oēs boni angeli bonū nostrū velint ⁊ saltē. ille tamen qui homini specialiter deputatus est. specialiter ad bonū prealijs exhortatur. Similiter licz oēs mali angeli hominez ad malū exercent ⁊ incitent. magis tamē suus exercitator ad mala ipsiz istigat.

Secunda propositio est hec. Stat vnū angelum pluribus hominibus preesse simul vel successiue. Hanc magister probans querit. Utrū qualibet homo habet sūm proprīū angelū custodē. aut vnus angelus plures custodiat. Et respondens dicit q̄ sicut vni homini cōmittit custodia multoꝝ sicut episcopis abbatibus ⁊ prioribus. ita pluriū hominū custodia vel exercituū cōmittit vni bonoꝝ vel malorū angeloꝝ quā magister suadet sic. q̄ cū tot sint electi quot angeli boni sint. ⁊ angeli boni sint plures q̄z mali. ⁊ plures sint homines mali q̄z boni. nō est ambigendū plures esse hoīes bonos q̄z angeli mali sint. ⁊ plures esse homines malos q̄z sint mali angeli vel boni angeli. patz ergo quēlz malū hominem nō posse singulariter hīe vnū bonū angelū. ⁊ per cōsequēs singuli hoīes tā boni q̄z mali nō habent singulares angelos bonos ad eoꝝ custodiaz. vel malos ad exercitū specialiter deputatos. sed vnus bonus angelus custodit plures. ⁊ vnus malus excitat plures quod oz ad minus esse veꝝ sm successionez tēporis. in quo hoīes hominibus succedūt. q̄zuis cū hoc stet q̄ singuli homines actualiter existētes singulares habeāt angelos pro suo exercitio vel custodia. Tertia propositio est hec. Quod angeli boni in sua beatitudine meritorie proficiunt vsq̄z ad mundi cōsummationē. Hanc probās querit. Utrū boni angeli in merito vel premio proficiant. Et respondēs pponit primo opinionē quorūdā dicentiū q̄ non solūz proficiant merito sed etiā in premio. s. in cognitione ⁊ dilectione dei. ita q̄ magis ⁊ magis ipsum cognoscūt ⁊ diligūt. Quod autē in cognitione proficiant probat per hoc q̄ nō plene cognouerūt mysteriuz incarnationis christi ante passionē ⁊ post apostoloꝝ predicationē. Quod videt beatus Hieronymus sensisse. Licet beatus Augu. videt cōtrarium dicere. Quoꝝ doctoꝝ magister ꝓtrouersiā discutiens dicit. q̄ angeli maiores sciuerunt incarnatōez christi. etiā anteq̄z fieret. licet tū nō perfecte. Et minores nō cognouerūt eaz. nisi postq̄z facta ē. Ex quo cōcludit q̄ taz maiores q̄z minores in cognitione p fecerunt ⁊ proficient in diē iudicij. Postea subdit opinionē aliquoꝝ qui dicunt q̄ in cognitione ⁊ dilectione dei non proficiāt. sed solū in quarūdaz rez exterioꝝ cognitione. sicut est incarnatio christi ⁊ similia. Primā autē opinionē magister approbans soluit auctoritates quasdā Isidori ⁊ beati Gregorij. qui vident dicere angelos in sciētia post eorum cōfirmationē nō profeciſſe. affirmantes eos omnia scire. ⁊ dicit q̄ licet sciant omnia non tamen perfecte. vel dicuntur scire omnia ad eorum beatitudinem pertinentia. Et tantum in speciali.

Post considerationem de angelis habitam agitur de aliarūz rez creatione ⁊ precipue de operūz sex dierū distinctione.

Ec de angelicena /

D.XII b ture conditione dicta sufficiant Nunc superest de aliaꝝ quoq̄z rerūz creatione. ac precipue de operū sex dieꝝ distinctione nō

nulla in medium proferre. Cum deus in sapientia sua angelicos condidit spiritus. alia etiā creauit. sicut ostendit supra dicta scriptura geñ. que dicit in principio deum creasse celum. idest angelos. ⁊ terram. s. materiaz quatuor elementorum adhuc confusam ⁊ informem. que a grecis dicta est chaos: ⁊ hec fuit ante omnem diem. Deinde elementa distīxit deus ⁊ species proprias atq̄z distinctas singulis rebus sm genus suuz dedit. que nō simul vt quibusdam sanctorum patꝝ placuit. sed per interualla temporum ac sex volumina dieꝝ vt alijs visum est formauit.

Quod sancti tractatores videntur super hoc quasi aduersa tradidisse alijs dicentibus omnia simul facta in materia ⁊ forma alijs p interualla temporum.

Quidam nanq̄z sanctoruz

patruz qui verba dei atq̄z archana excellenter scrutati sunt super hoc quasi aduersa scripsisse videntur. Alij quidē tradiderunt omnia simul in materia ⁊ forma fuisse creata. Quod Aug⁹. sensisse videt. Alij vero hoc magis probauerunt ac asseruerunt. vt prima materia rudis atq̄z informis quattuor elemētoꝝ cōmixtionē atq̄z cōfusionez tenens creata sit. Postmodū vero per interualla sex dierum ex illa materia reruz corporalium genera sint formata sm species proprias. Quā sententiā Greg⁹. Hiero. ⁊ Beda alijque plures cōmendant ac proferunt. Que etiam scripture geneseos. vnde prima huius rei ad nos manauit cognitio magis congruere vī.

Quomodo per interualla temporis res corporales condite sunt.

Secundum hanc itaq̄z tra/

ditionez: ordinē atq̄z modū creationis formationisq̄z rerū inspiciam⁹. Sicut supra memoratū est. In principio creauit deus celuz idest angelicā naturaz sed adhuc informē vt quibusdaz placet. Et terram. i. illam confusā materiam quattuor elementoꝝ. quam nomine terre vt Aug⁹. ait cōtra manicheos. ideo appellauit Moyses. quia terra inter omnia elemēta minus est speciosa. ⁊ illa inanis erat ⁊ incomposita propter omnium elementoꝝ cōmixtionem Eandem etiam vocat abyssū dicens. Et tenebre erant super faciem abyssi ⁊c. q̄z confusa erat ⁊ commixta. specie distincta carens. Eadem etiam materia informis dicta est aqua super quam ferebatur spiritus domini. sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis. q̄z subiacebat bone voluntati creatoris. qō formandū perficiendūque

Augus. Quare confusa materies vocetur terra abyssus aq̄.

inchoauerat. qui sicut dominus ⁊ conditor preerat fluitanti ⁊ confuse materie vt distin gueret per species varias quando vellet ⁊ si cut vellet. ¶Hec ideo dicta est aqua. quia om nia que in terra nascunt siue animalia siue ar bores vel herbe ⁊ similia ab humore incipi unt formari atque nutriri. ¶His omnib⁹ vo cabulis vocata est illa iformis materia. vt res ignota notis vocabulis insinuaret imperiti oribus ⁊ non vno tantū. ¶Nam si vno tantū significaretur vocabulo hoc esse putaretur q̄ consueuerat homines in illo vocabulo intel ligere. Sub his ergo nominibus significata est materia illa confusa ⁊ informis. que nulla specie cerni ac tractari poterat. i. nominibus visibiliū reruz que inde future erant propter infirmitatez parulorum qui minus idonei sunt inuisibilia cōprehendere. ⁊ tunc erant te nebre. i. lucis absentia. ¶Non enim tenebre ali quid sunt. sed ipsa lucis absentia: sicut silentiū non aliqua res est. sed vbi sonus nō est silen tium dicitur. Et nuditas nō aliqua res est sz in corpore vbi tegumentū nō est nuditas dicitur. sicut ⁊ inanitas non est aliquid sed ina nis dicitur locus esse vbi nō est corp⁹. ⁊ ina nitas est absentia corporis.

Quo sensu tenebre dicātur nō esse aliqd ⁊ quomodo dicātur esse aliquid.

Attende quia hic augusti / nus tenebras dicit nō esse aliquid cum alibi tenebre inter creaturas ponātur que būdicūt dominū. Unde dicitur. ¶Benedicite lux ⁊ tenebre domino. Ideoqz sciēdum est tene bras diuersis modis accipi. s. vel p lucis ab sentia. qualiter supra accepit Aug⁹ iuxta quā acceptionē nō sunt aliquid. Uel pro aere ob scurato. siue aeris obscura qualitate. ⁊ scōm hoc aliqua res creata sūt. Ideo ergo dicit te nebras tūc fuisse super faciem abyssi. quia nō duz erat lux: que si esset ⁊ supereesset ⁊ superfū deretur. sed nōdum lucis gratia opus suum deus venustauerat. que postea in primo die formata est.

Duo hic cōsiderāda sunt. quare illa ma teria cōfusa sit dicta iformis ⁊ vbi ad esse pro dijt q̄tumqz in altitudine ascēderit.

De qua re priusq̄z tracte / mus duo nobis discutienda occurrunt. ¶Pri mum quare illa materia confusa informis di catur. an quia omni forma caruerit. an pro pter aliud. Secundo vbi ad esse prodierit. ⁊ quantū in altū ascenderit. Ad illud ergo q̄ primo positum est breuiter respondentes di cimus illā primā materiā nō ideo dictam fo

Ad p̄m breuit rndet.

re informem q̄ nullā omnino formam ha buerit. q̄ non aliquid corporeuz tale existere potest quod nullā habeat formā. sed ideo nō absurde informez appellari posse dicimus. q̄ in confusione ⁊ permixtione quadaz sub sistens nonduz pulchram aptamq̄z ⁊ distin ctaz reciperet formā qualez modo cernim⁹. Facta est ergo illa materia in forma cōfusio nis ante formā dispositionis. In forma cō fusionis prius omnia corporalia materiali ter simul ⁊ semel sunt creata. ¶Postmodum in forma dispositionis sex diebus sunt ordi nata. Ecce absolutū est quod primo i discus sione propositū fuit. sez quare illa materia di cat̄ informis.

¶Dic ad id q̄ secūdo querebat̄ respōdet.

Nunc superest quod secun do proponebatur explicare. vbi sez illa mate ria substiterit ⁊ quantū in altitudine porrige batur. Ad q̄ nihil temere asserētes dicim⁹ Quod illa prima rerū omniū moles quan do creata est ibidem ad esse videtur prodis se. vbi nūc formata subsistit. Erat que terreū hoc elementum in vno loco eodem medio subsidens ceteris in vna confusione permi xtis. eisdemque circum quaque in modo cuiusdam nebule oppressis ita obuolutum erat vt apparere non posset quod fuit. Illa vero tria in vna permixtione confusa circū quaque suspensa. eousque in altum porrige bantur quousque nunc summitas corpore nature pertingit. Et sicut quibusdam videtur vltra locū firmamenti extendebatur illa mo les. que in inferiori parte spissior atqz grossi or erat. In supiori vero rarior ac leuior atqz subtilior existebat. De qua rariori substātia putant quidam fuisse aquas que super firma mentum esse dicuntur. Talis fuit mundi fa cies in principio priusq̄ reciperet formā vel dispositionem.

Ostenso qualis fuit mundi facies in ipso primordio. incipit p̄sequi operum sex die rum distinctionem.

Nunc superest vt dispositi / onem illā qualiter perfecta sit ordine p̄sequa mur. Sex diebus sicut docet scriptura gene sis distinxit deus. ⁊ in formas redegit ppri as cūcta que simul materialiter fecerat. ¶Per fecitqz opus suum die sexto. ⁊ sic deinde die septimo requieuit ab omni opere suo. idest. cessauit nouaz creaturā facere. Sex enim die bus sex rerum genera distinxit. nihilque po stea fecit. quod in aliquo illorum non conti neatur. operatus est tamen postea sicut veri-

tas in euangelio ait. Pater meus operatur vsq; nunc. ⁊ ego operator illud.

De quattuor modis diuine operatiõis.

Quattuor enim modis. vt ait Alcuinꝰ super geneſ. operatur deꝰ. Primo in verbo omnia diſponendo. Secundo in materia informi quattuor elementorꝫ de nihilo eam creando. vnde. Qui viuit in eternum creauit omnia ſimul. Omnia. ſ. elementa. vel omnia corpora materialiter ſimul creauit. Tertio per opera ſex dierum varias diſtinxit creaturas. Quarto ex primordialibꝰ ſeminibus non incognite oriuntur nature. ſz note ſepius reformantur ne pereant.

c **Circa** diſtinctionẽ .ii^am. in qua magiſter agit de creatura pure corporali querunt duo de principio materiali. pº. vtrũ in ſubſtantia generabili ⁊ corruptibili ſit aliqua entitas poſitiua realiter diſtincta a forma 2º. vtrũ per aliquã potentiã materia poſſet eſſe ſine forma.

Circa primũ arguit ꝙ nõ. phꝫ 7º. metaphy. materia nõ eſt quid nec quale. ⁊ ſic de alijs p̃dicamentis. g̃ nõ ꝓtinet ſub aliquo illorũ quibus ens diuiditur ⁊ diſtinguit. g̃ nõ diſtinguit a forma. forma. n. ſubſtãtialis eſt ſubſtantia. Sed dices ꝙ nõ ẽ ens actu. ſed tm̃ eſt ens in potentia. Contra. materia non eſt materia in potẽtia. qꝛ materia non eſt materia. nec eſt forma. vt dictuꝫ eſt. nec cõpoſituꝫ ⁊ ſic ꝺ alijs. g̃ nihil. Preterea. ſ. phyſicorꝫ quod mouetur eſt. ſed quod generat nõ eſt. per hoc volẽt ꝓbare differentiã generationis a motu. igit oportet ꝙ intelligat ibi eodẽ modo eſſe in 2º negatiue. ⁊ in primo affirmatiue. Sed eſſe qꝺ affirmat de eo quod mouet eſt eſſe in potentia. qꝛ motus eſt actus entis in potentia ſm ꝙ huiusꝫ 3º phyſicorꝫ. g̃ eſſe negatũ de eo quod generat eſt eſſe in potentia. igitur materia que eſt ſubiectũ generationis nõ eſt ens ĩ potentia. qꝛ argumentũ nõ procedit de termino generationis ſed de ſubiecto. qꝛ de motu nõ eſt veruꝫ dicere ꝙ terminus eius ſit. Cuꝫ igit materia non ſit ens actu. nec ens in potẽtia. g̃ eſt nihil. Preterea primo phyſicorꝫ materia nõ eſt ſcibilis niſi in annalogia ad formã. Sed ſi eſſet per ſe ens ſine entitate forme ſiue ens diſtinctũ a forma eſſet per ſe intelligibilis. g̃. Preterea ſi materia eſſet aliqd eſſet aliquis actus. qꝛ ens poſitiuuꝫ extra animã actus quidã eſt. Sed nõ eſt actus qꝛ actus diſtinguit ⁊ diuidit. materia aũt nec diuidit nec diſtiguit. qꝛ in fundamento nature nihil eſt diſtinctuꝫ ſeptimo metaphy. ⁊c̃. Preterea ſi eſſet actus compoſituꝫ nõ eſſet per ſe vnuꝫ. qꝛ ex duobus entibus in actu nõ fit per ſe vnũ. nec poteſt eſſe compoſitũ. qꝛ cõpoſituꝫ nõ eſt principiuꝫ. ſed principatũ. Si autem eſſet actus eſſet vel actus qui eſt forma. vel actus ens compoſitũ. Cũ igit non ſit nec hoc nec illud eſt nihil. vel nõ eſt aliqua entitas diſtincta a forma.

Contra phꝫ 7. phyſicorꝫ. ⁊ 5. metaphyſi. materia eſt ex qua fit res cũ inſit. ⁊ ponit cũ inſit ad differentiã termini oppoſiti ex quo fit res. nõ tm̃ ieſt. forma autẽ nõ põt eſſe iſtud ex quo fit res qꝛ forª ẽ terminꝰ factiõis. ſz illud ex quo fit cõpoſitũ p̃cedit formã. g̃.

Ricar. qli. 3. q 5. ar. 1.

Hic dicit vna opinio rem generabilem ⁊ corruptibilez habere in ſe tantum vnã realitatẽ poſitiuã ⁊ quidã dicunt illaz eſſe materiaz. ⁊ quidã formã. Et differunt opi. iſte ſolũ in voce ⁊ non in re. Illaz dicentes illã realitatẽ eſſe materiã dicunt materiã proficere in gradũ entitatis nõ per aliquid extrinſecũ. ſed per ſuũ intrinſecũ erm de quãtitate interminata que terminat nõ per aliquid extriſecũ. ſed per terminũ intrinſecũ. Sicut dicunt forma nõ eſt terminus extrinſecus. ſed intrinſecus materie. que licet terminus non tamẽ eſt aliud a materia. ⁊ ipſa vt alter ⁊ alter terminatur dicit aliud ⁊ aliud cõpoſitũ. ⁊ tm̃ omnes illi gradus ſunt idez materie identice. Poſitio iſta nõ videt rationalis. nec vr eſſe ꝑz intentionẽ phi. Arguo. n. ſic. In generatione naturali ſm phm primo de generatione ſp aliquid corrumpit ⁊ aliquid generat. Sed tunc accipit phs ꝙ in generatione ex oppoſito fit oppoſitũ non qꝺ oppoſitũ maneat ſed aliquod cõe vtriq; termino. qꝺ vlt eſſe materiam que nõ poteſt eſſe idez cũ aliquo oppoſitorũ. quia vnuꝫ oppoſitorꝫ nõ manet cũ alio. Sed reſpondet ꝙ agens naturale requirit aliquid in qꝺ agat. ⁊ hoc eſt terminus corrũpendus. Tunc igit qñ dicit ꝺ ꝙ fit illud verũ eſt nõ tamẽ dicit qꝺ aliquid. maneat eius qꝺ perfuit ꝙ ſit cõe illis. ſed ita fit ex oppoſito ꝙ hoc totũ fit hoc totuꝫ. ⁊ iſta videt intentio phi primo de ge. vbi dicit ꝙ in hoc diſtinguitur generatio ab alteratõe. qꝛ in generatione totuꝫ ꝓuertit in totuꝫ. non ſic in alteratione. ꝓpter hoc ꝙ generabilia ⁊ corruptibilia ſunt per ſe entia ſimplicia.

Contra. nihil phibet effectuꝫ ꝓduci ab agente ſine illo quo pñte virtus agentis magis debilitat quaꝫ fortificet. ſed pñtia ꝓtrarij in aere qꝺ debet corrũpi ab igne magis. debilitat virtutez ignis ad ꝓducenduꝫ ignẽ quã fortificet. g̃ ignis agens qui prehabet in virtute ſua totuꝫ ignẽ generanduꝫ. qꝛ ignis generandus no eſt niſi quid ſimplex ſm illos non habens partez ⁊ partẽ realiter diſtinctas poterit ignẽ generare nullo cõtrario preſuppoſito. Et ꝺ idẽ arguit aliter ſic. Agens naturale potens in aliquẽ effectũ totuꝫ de neceſſitate ꝓducit cuꝫ ſi non ꝓhiberet. qꝛ agens naturale nõ impediunt de neceſſitate agit in qꝺlibꝫ qꝺ eſt in virtute eius actiua. ut patet de forma q̃ꝫ ꝓducit ⁊ inducit neceſſario agẽs nõ impeditũ nec ab aliquo agente nec ex parte paſſi. Si igit agẽs naturale habet aliquẽ totalẽ effectuꝫ in virtute ſua actiua neceſſario ponet ipſum ſi nõ fuerit impeditũ. ſed non impedit niſi per contrariuꝫ corrumpenduꝫ. ſi autẽ in corrumpendo nõ ſit aliquid qꝺ de ſe ſit pars cõpoſiti. ſed totuꝫ eſt cõtrariũ agens nõ indiget oppoſito in ꝓducendo. nec opꝫ ꝙ corrumpat qꝛ nõ corrumpit niſi vt aliquid qꝺ eſt in corrupto ſit ipſius geniti. qꝛ etiã ex eius potentia magis ꝓpediret q̃ꝫ ꝓmoueret in actione ſua ideo. n. agens nõ poteſt ꝓducere niſi corrũpẽdo qꝛ nõ habet totũ effectũ in virtute ſut. ⁊ ideo opꝫ corrumpere aliquid vt quod fuit aliqd alterius. ſ. corrupti ſit aliquid ipſius geniti. g̃ ⁊c̃. Preterea. 2º. ſic. Aliqua ſubſtãtia eſt corruptibilis per aliquid intrinſecũ ſibi ſm phm. 7. meta. c. 5. Sed nulla ſubſtantia que eſt forma ſimplex eſt corruptibilis per aliquid ſibi intrinſecũ. ergo cũ aliqua ſit corruptibilis hoc erit per aliquid intrinſecũ aliud a forma. ꝺ non eſt niſi materia vt dicit phs in eodẽ. 7. ꝙ materia eſt qua res poteſt eſſe ⁊ nõ eſſe. Dices ꝙ iõ eſt corruptibilis quia habet contrarium. Sed hoc non valet. quia non eſt contrarium alicui ratione cuius ſit corruptibile niſi quia habet aliquid intrinſecum ratione cuius habet poſſe non eſſe. quia. ſ. ꝙ hoc poteſt recipere ſuum contrariuꝫ ⁊ hoc inſinuat phs dicens ibi ꝙ mã eſt illud quo res poteſt eſſe ⁊

Ricar. vbi ſupra. Albertus magnus.

non esse. Et ratio est quia est capax alicuius forme quam non habet que opponitur illi sub qua est.

¶Preterea, si materia non est distincta a forma nõ est possibilis aliqua mutatio substãtialis. probo per phz. 5°. physicoꝝ. mutatio quedã est de nõ subiecto in subiectũ. Alia a sbo in nõ subiectũ. Alia de sbo in subiectũ. de nõ subiecto autẽ in nõ subiectuz est impossibilis. Sed omnis mutatio est aliter se habentis. tunc sic. generatio est mutatio de nõ subiecto i subiectũ corruptio est a sbo in nõsõm. igitur est ibi aliquid aliter se habens. Si igit̃ non est ibi materia que ponit̃ subiectũ cõmune. igitur generatio nõ est a non subiecto in subiectuz. nec corruptio a subiecto in non subiectũ. hoc est non erit in corruptione mutatio a forma in priuationẽ nec in generatione a priuatione ad formã. sibi nõ est subiectuz materia. qz priuatio non est nisi in apto nato. Et si dicas q ignis qui generat̃ vel corrumpit̃ aliter se habet. non valet. qz nihil ignis manet. g̃ nec ignis aliter se habet. qz aliter se habere est ꝑdito entis. vt patet. io. metaphy. Et si dicas quare nõ põt cõuerti totũ in totuz vt ex toto generet̃ totũ. Dico qõ bene põt hoc fieri. sed non generando. sed magis transubstantiando sicut panis ꝓuertitur in corpus xp̃i ⁊ ista ꝓuersio non est mutatio: vt dicit̃ in 4°. Et tunc rñdeo ad auctoritatẽ que est vocalis cũ dicit̃ Generatio est mutatio totius in totũ. Sciendũ est n. qõ in alijs mutationibus ex̃ substantiã sicut in alteratione nõ est mutatio totius in totũ. qz ibi nõ est proprie aliquod totũ. eo tamẽ modo quo est ibi totuz quasi per accidens ⁊ quadã aggregatiõe eo modo est ibi mutatio totius in totũ vñ in 7°. dicit phs q nõ generat̃ albedo sz lignũ albũ. tũ lignũ albũ nõ est vere totũ nisi ꝑz quid sicut nec aceruus lapidũ ẽ proprie totũ sz partes vel lapides. sz lignũ est quod daz per se totũ ⁊ generat̃ totum per se. qõ est per se vnuz quotcũqz forme sint in tali per se vno. qz. n. ignis est aliquod totũ per se vnuz ens quod est generatũ. ⁊ aqua similiter est quodã totũ habens partes realiter distinctas que vere faciũt vnuz per se iõ tota dicit̃ corrũpi vel esse corrupta quando ex ea fit ignis. ⁊ hinc est q totũ dicit̃ conuerti in totũ. qz totũ p se vnũ fit post corruptionẽ alicui⁹ totius. qõ vere fuit vnũ. ⁊ p ꝓsequẽs vere totũ corruptũ cuius subiectuz maneat cõe. Itẽ in omni genere est reperire per se ordinẽ ⁊ statũ 2° metaphy. sicut patet in genere cãe efficientis. In genere igit̃ cãe materialis erit ordo essentialis. ⁊ sic in receptiuis materialibus erit dare primũ receptiuũ essentialiter. Sz primũ receptiuũ nõ est nisi ad primũ actũ sz primus actus ẽ substãtialis. Idez aũt nõ recipit seipm. sz oz qõ realiter distinguat̃ ab illo. g̃ pmũ cõpositũ erit cõpositũ ex r̃ceptiuo ⁊ actu primo r̃aliter distincto ab illo. ¶Preterea aliquod cãtuz est cãtum a quatuor causis. qz si nõ sequit̃ quod aliqua cã vltima causabit sine põi. vel erit dare q materia non erit causa per se alicuius. p°. nullũ causatum est quin habeat formã. igit̃ si nõ est ex oĩbus quattuor causis sequit̃ q vel non habeat efficientez siue finẽ que sunt cause priores q̃z sit forma vel si habet illas sequitur q materia nullius erit causa. tunc arguo sic. Si aliqõ causatũ est vere causatũ vere est a quattuor causis. sed materia nõ est idẽ cãto. g̃ causatum habet in se materiã ⁊ formã que sunt due cause. ¶Preterea substantia per se ens diuiditur in substantiã simplicez ⁊ compositaz. Sed cõposita non potest esse per se diuisa cõtra simplicez nisi habeat partes realiter differentes ⁊ realiter distinctas a forma. g̃. ¶Preterea Augu⁹. ij. confes. Duo feciſti domine, vnum propete ⁊ aliud prope nihil. qõ vocat materiam. forma aũt non potest esse prope nihil. ¶Preterea Aug⁹. probat ibi materiã esse permutationẽ. qz opz aliquid moueri sicut dicit phs propter q dicit commen. q transmutatio fecit scire materiã. Ad rationes op. dico q si forma substantialis nõ esset nisi gradus intrinsecus materie sequereꝫ tunc q per illos gradus generabilia non distinguant̃ specie. qz isti gradus sunt essentialit̃ idẽ tertio. i. materie. nec est alterius rationis ꝑm illos gradus. ¶Preterea certuz est q anima intellectiua nõ põt esse gradus i trinsecus mãe. qz ipsa est terminus creationis.

Est igitur videndũ quale ens est materia. Ad quod premitto quandã distinctionẽ de potentia. Aliquid. n. potest esse in potentia dupliciter. Uno modo vt terminus. Alio modo vt subiectũ. quod est in potentia ad terminuz. ⁊ forte est eadem potentia. sed vt cõparata ad diuersa dicitur obiecta vel subiectiua ita q subiectũ existens dicit̃ potentia subiectiua ⁊ eadẽ vt respicit agens dicit̃ obiectiua. possunt tamẽ separari vt i creabili vbi est potentia obiectiua. ⁊ nõ subiectiua. qz ibi nõ subijcitur aliqd. Dicunt ergo aliqui q materia est in potentia obiectiua tantũ. sicut albedo est in potentia obiectiua. quando non est. que tamẽ ꝑz quid est. qz est in virtute cause vel causaruz suaruz.

Contra hoc cõcludunt omnes rationes facte superius. Et iterũ arguo sic. Qui habet totũ ignez generandũ in virtute sua actiua potest totũ illum generare ex quo nõ supponit aliquid per se ens in potentia subiectiua. g̃. Similiter etiã nec ignis nec quodcunqz generatũ vel generandũ erit realiter cõpositũ ex diuersis entibus. sed simplex quoddam. ¶Non saluatur etiã mutatio substantialis ꝑm hãc viam. qz nihil aliter se habet i mutatione substantiali quod. n. aliter se habet nunc q̃z prius oportet manere ⁊ esse. ⁊ ꝑm hanc viã materia nõ est nisi in termino. vel terminus generationis vt videt̃. Similiter patet q hec via negat cõpositionẽ. sicut. n. quãdo albedo de potentia obiectiua redit ad actũ non propter hoc sit in albedine realis cõpositio. sic cum ex igne in potentia fiet ignis in actu nulla erit ibi cõpositio. ⁊ ideo ponens materiã soluz in potentia obiectiua ⁊ non subiectiua negat omnez rationez philosophi de materia.

Dico igitur q materia est per se vnũ principiuz nature vt dicit philosophus. i. phyco. ⁊. 2. q est per se causa. vt dicit. sed o phy. ⁊. 5. metaphy. q est pars alicuius cõpositi. 7. metaphy. q est per se fundamentũ formaꝝ primo metaphy. q est per se subiectũ mutationũ substãtialiuz. 5. phy. q est per se causa cõpositi. 2. phycoꝝ. q est terminus creationis. igitur sequit̃ q est aliquid nõ in potentia obiectiua tantũ. vt probant oẽs rationes supradicti. sed oportet tunc q sit in potentia subiectiua existens in actu vel actus non curo quodcũqz dicatur ꝑm q omne illud dicitur esse actu vel act⁹ q est extra causaz suã. cũ enuz sit principiũ ⁊ causa entis oportet necessario q sit aliquod ens. qz cũ principatuz ⁊ causatũ dependeat a causa sua. ⁊ a principio suo si esset nihil vel nõ ens dependeret ens a nihilo vel non ente. qõ est impossibile. ¶Preterea manet sub terminis oppositis eadẽ ⁊ sub potentijs numero diuersis q̃ in ipsa corrumpunt̃. Et est terminus creationis patet. Et ꝑm hoc est realitas distincta a forma ex eisdẽ causis. ⁊ est quid positiuũ. quia receptiuum forme. tamen dicitur ens in potentia. qz quanto aliquid habet minus de actu tanto magis est in potentia. Et quia materia est receptiua omnium formarum substantialium ⁊ accidentaliũ. ideo maxime est in potentia respectu earum.

ꝛ ideo diffinitur per esse in potentia ꝑz Arist. nō. n. habet actū distinguētez vel diuidentē vel receptū vel informantem ꝛ dantem sibi esse specificum. Ex quo tamen receptiuum istius actus per suppositum. ꝛ est causa compositi non potest esse nihil. quia nihil non est alicuius receptiuum. Sed contra hoc obijcitur ꝙ scilicet materia non habeat tale esse in actu. phs. n. ꝓmo de genera. arguit contra illos qui ponebant sōm generationis siue materiā aliquod corpus in actu. qꝛ tunc generatio secundū phz non esset nisi alteratio. qꝛ omne qō aduenit enti in actu est accidens. igit eodē modo hic si materia sit de se aliqua entitas in actu vel actualiter distincta contra formā ꝛ soluz diceret ens in potentia. qꝛ receptiua actus ꝯpletiui spēi quicquid igitur aduenireꝫ ꝯstitueret vnū ens per accidens cū eo. tolleret igitur omnis mutatio substātialis per hūc modū. ℙreterea potētiale in omnibus alijs generibus a sōa nō est actu illius generis. patet in omni genere accidentis. nā susceptiuū coloris. nihil ē in genere coloris. igit in genere sbe receptiuuz istius generis nihil erit generis sbe. igit susceptiuuz forme substātialis non est realiter distinctum a forma substātiali. qꝛ illud receptiuum non ponit in aliquo genere nec reducit ad aliquod genus q̄z ad substantiā. non igit realiter distinguit a forma. ℙreterea ex duobus entibus in actu nō fit per se vnū. igitur ex materia que secundū istuz modū est in actu non fieret per se vnum cum forma. nec resultaret vnū ꝯpositū quod esset per se vnū. Rndeo vt prius ꝙ materia dicit entitatē aliquā positiuā ex ite^{m} ꝛ cām suā secundū quā entitatē est capax formaruz substātialiū que sūt act^{9} simplicit. vnde opz ꝙ res gnābilis ꝛ corruptibil vel sit oio simplex vt forma vel componat ex aliquo ꝛ nihilo. vel sit compositū ex aliquo ꝛ aliquo. primū est absurdū. s. ꝙ generabile fit simplex. ꝛ contra hoc sunt rationes superius facte. 2^{m} etiā est imposibile. s. ꝙ aliquid componatur ex nihilo ꝛ aliquo. igit sequitur necessario 3^{m}. s. ꝙ aliquid componit ex aliquo ꝛ aliquo sicut ex materia ꝛ forma. non est autē inconueniens ꝙ in composito sit aliquid ꝛ aliud sicut non est inconueniens ꝙ aliquid sit compositū. Et tunc ad ar^{m} tertium dico ꝙ sicut non repugnat per se vni ꝙ sit composituz ita non repugnat ei quod sit ex aliquibus actualibus entitatibus realiter distinctis. Sed dices qō ita ex albo ꝛ ligno pōt fieri vnuz per se. quia quo dā cōpositum. Rndeo in ente cōi vnitas vel est idē qō ens. vel est passio imediate ꝓs ens. ꝛ ideo non pōt demonstrari de ente. qꝛ si demonstraretur aut hoc esset ex diffinitione sbi. s. entis vel vnius. Sed ista sunt transcen^{a}. ꝛ nō habent diffinitionez ꝛ ideo vnitas in cōmuni vel passio imediata entis que est esse vnuz non pōt demnostrari de ente. vel si esse vnuz sit passio mediata. illud tamē per quod ineſt enti nō est nobis notū. Sic etiā dico in speciali. vnitas entis spālis vel est passio imediata eius ꝛ ꝑz hoc cuiuslibet enti speciali imediate ineſt sua vnitas. vel si ineſt ex natura alterius illud non est nobis notū. Quādo ergo querit quare hoc cōpositū est per se vnū nō est reddēda alia causa nisi qꝛ habz talē formā qua est per se ens. ideo per se vnit. ꝛ ep^{o} de cōposito per accīs nō est alia causa reddenda. ꝛ ideo sicut ens per se pōt esse simplex ꝛ cōposituz. sic nec repugnat per se passioni eius. s. siue vnitati esse simplex vel cōposita. Sz dices tu bene assignas rationē vnitatis ex parte totius. qꝛ. s. totū ideo est per se vnū. qꝛ habēt talē formā. ꝛ aliud est per accidens vnū ꝓpter talē formā. Sed quero de partibus ꝯpositi vnde habent ꝙ iste dant esse per se vnū. ꝛ alie non. Rndeo ꝑbs 8°. metaphy. querit quare aliquid est vnū. ꝛ dicit ꝙ simplex est vnū. qꝛ statiz est id qō est. Sed in cōpositis est dare aliquā rationē ꝛ nesciuit ꝑbs aliā dare nisi qꝛ hoc ē actus ꝛ illud potētia. ita quod hoc est potentia essentialiter receptiua ꝑz totū genus suuz. ꝛ illud actus essentialit perficiens aliud. ꝛ ideo ex his fit vnū per se. s. ex materia ꝛ forma. non sic est de sbo ꝛ accidente. quia. n. tā materia quā forma sunt cause intrinsece entitatis cōpositi. ideo faciunt per se vnū. albedo vero ꝛ hō nō sunt cāe intrinsece. qꝛ hō in vltima actualitate sua potest esse sine albedine. ꝛ ideo nec pse habet potentialitatez ad albedinē. ꝛ ideo tantuz faciunt vnū per accidēs. Aliqua etiācōstituūt vnū tantū aggregatione. ideo possunt esse vnuz aggregatione. aliqua etiā sunt vnū vnitate ordinis. qꝛ. s. ordinant ad vnū. Et si fiat altercatio sicut argutuz est supra. ꝙ ex actu ꝛ actu nō fit vnū per se. nec ex eē ꝛ esse. Dico ꝙ si accipias esse actu vt distinguit contra potentiā sm ꝙ actus ꝛ potētia diuidunt totum ens. sic dico ꝙ materia pōt dici in actu. ꝛ licet nō dicatur actus. qꝛ actus habet eam distinguere ꝛ denominare. posset tamē dici actus sm ꝙ Arist. accipit actū in. 6. ꝛ. 8. metaphy. Si autē actus diuidatur cōtra illud qō recipit actuz. sic materia nō est actus. qꝛ est primū receptiuū actus. tale autē oportet esse denudatū ab omni actu. qꝛ est distinguibile per omnē actū. vt sic possit esse pars oīs entis. Cū igit dicis ꝙ ex duob^{9} entibus nō fit vnū dico ꝙ falsuz est. quādo vnū est in potētia ad aliud. Et similr dicendū est de esse ꝛ esse. Ad aliud etiā qō dicis ꝙ generatio esset alteratio. vt probat per antiquos

Dico ꝙ antiqui ponebāt corpus habēs formam substātialē esse materiā ꝛ subiectū generationis. vt patet primo de ge. Aliꝫ. s. terrā ꝛc. Et sequit ꝙ faciebant omnē generationē alterationē. Sed in proposito nō pono ꝙ materia sit actuata ꝛ distincta p aliquā formā substantialē. Ad aliud de receptiuo in genere substantie ꝛ accidentis dico ꝙ si albedo poneret compositū ex partibus essentialibus ꝑz ꝙ ꝑbs videtur ponere. 12. metaphy. principia proportionabilia in omni genere tunc est ad oppositum Et si hoc nō ponat. pono tunc in accidentibus receptiuū alicuius accidentis non esse eiusdez rationis cū recepto nec per se nec per reductionē. ꝛ tunc etiaz sequitur oppositum. quia potentiale ꝛ receptiuuz accidentis alicuius in vno genere respectu alicuꝰ generis prioris est actuale vt receptiuū in genere coloris. ꝛ vniuersaliter in genere qualitatis est aliquod actuale de genere priori. s. de genere quantitatis. vt superficies respectu colox. igitur potentiale ꝛ receptiuū in primo genere nō potest esse de aliquo alio priori genere. ideo oportet esse de eodem genere. s. de genere substantie. Sequitur tertio videre quomodo materia realiter distinguit a forma. vbi dico ꝙ sunt omnino alterius rationis ꝛ primo diuersa. quod probo sic. Actus ꝛ potentia que sunt principia entis sunt primo diuersa. materia ꝛ forma sunt huiusmodi. ꝓ. Si enim forma esset eiusdez rationis cum materia non competeret sibi dare esse. Et si materia esset eiusdē rationis cum forma non competeret sibi recipere esse. Si etiaz aliquid forme includeretur in materia forma quantū ad hoc non esset apta nata recipi sed magis recipere. ꝛ sic forma non esset principiuz receptū. sed aliquid eius esset non receptuz sed receptiuuz. Eodez modo si aliquid mire esset inclusum in forma ipsa non esset primo receptiua. sed recepta quantum ad aliquid sui. sic igitur sunt omnino alterius rationis. ꝛ primo diuersa inter se. Quo modo igi-

Qualit mā distīguitur a forma.

tur ex quo sunt duo principia distincta ⁊ primo diuersa possunt constituere aliquid vnū simpliciter. Dico ꝙ quanto aliq̄ sunt magis distincta ⁊ diuersa formaliter. tāto sunt magis disposita ad faciendum per se vnū. q; in illa ꝓsticutione nō regrit̄ sili tudo in natura. sed ꝓportio ꝙuenies q̄ pōt ee inter ꝑmo diuersa. Dico igit̄ ꝙ mihi ē ꝓdictio ꝙ mānt termin⁹ creationis ⁊ ps cōpositi: ⁊ ꝙ nō bēat aliqō esse cum tñ sit aliq̄ eētia. ꝙ enim aliq̄ eētia sit extra cām suā. ⁊ ꝙ nō habeat aliqō ee quo sit eētia ē mihi ꝓtradictio. Objcit etiam ab aliis ꝓtra dicta p cōmē. 8. metaphy. vbi dicit ꝙ generās nō facit aliud q̄ extrahat illud qō est in potētia ad actū. vñ dicit ꝙ nō largit̄ multitudinē. sed pfectionē. Sed si ꝑducēt aliquā actualitatē que ꝑus nō fuisset in materia iam largiret̄ multitudinem. qō est cōtra eū. opz ergo ꝙ sicut fuit vnū in potētia. ita sit vnū tñ in actu. ⁊ sic nō erūt due entitates absolute in generato. Rādeo in gnationib⁹ ⁊ corꝛuptionibus cōiter ꝓcurrunt potētia obiua ⁊ subiectiua. ⁊ ex potētia obiectiua trahit agens ad actū illud qō est in tali potentia. puta totalem terminū generationis q̄ includit formam ⁊ mām dū est in potētia obiua. sicut qñ est in actu hz vtrūq;. ⁊ hoc mō agens nō largit multitudinem sed pfectionē solū. sicut enim tot⁹ ignis ē factus in actu. sic totus fuit in potētia. ⁊ nec ē ꝑma extractio eius qō fuit in potētia obiua. 2ª extractio ē ꝑm ꝙ agens de potētia māe ꝑexītis ⁊ que in fine generationis est pars cōpositi educit formā q̄ ē altera pars cōpositi que ꝑus nō fuit in actu nec in re extra sicut mā. ⁊ sic agens vel generās largit̄ multitudinē loquēdo de multitudine in actu. sic igit̄ generās largit̄ pfectionē ꝑut accipit totū terminū generatōnis qō erat in potētia obiua. Alio aūt modo accipiendo potētiā sbiuam vt de qua extrahit formaz. sic largit̄ aliquam multitudinē actualē.

Ad argumentum ꝑmum dico ꝙ illa ꝓpō nō fac ad ꝓpositū. q; Aristo. nō dicit eā ex intētione. sed arguendo ad partē falsam ꝑ opi. antiquoz. qō pz ꝑmo ex ꝓcessu littere. q; postq̄z dixit ꝙ nec ē qd nec quale ⁊c. subdit. Sic qdē intēdētibus accidit mām sōm esse sed impossibile. Sed nō est modus arist. subiūgere sed impossibile sue determinatiōi. Esto tñ ꝙ sit verum. auctoritas tñ solut arg^m. ponit. n. illa qb⁹ ens determinat̄ ⁊ distinguit̄. distinctio aūt vel determinatio fit ab actu actuante ⁊ distinguēte q̄lis est forma. ⁊ nihil hi⁹ est mā. Sed dices vltra ꝙ materia ꝑdicatur de oībus denoiatiue. vñ. 7. metaphy. dicit phs ꝙ archa nō est lignū sed lignea. ergo ō nullo ꝑdicat̄ eētialiter. ergo si nullū ē eoz que fūt erit nihil. Dico ꝙ ex hoc ꝙ materia ꝑdicat̄ denoiatiue de aliquo pz q; nō est nihil sed aliqd. q; nihil nō denominat aliqd. dico igit̄ ꝙ denoiatiua ꝓprie dicūtur q̄ differūt cadētia ab alio. pz in ꝑdicamētis. Causus aūt iste pōt ee vel sicut accītis ad subm. vel sicut forme ad sudpo^m eiusdē nāe. ⁊ ꝑm hoc ē duplex ꝑdicatio denoiatiua. vna accītis denoiantis subm vt homo est albus. Alia forme nō accepte in abstracto. nec ꝑm rōnem qdditatis absolute. sed q̄si in cōcreto per cadētiā forme ad suppo^m nāe ꝓprie ꝑz ꝙ dicimus. homo est aiatus. nō hō est aia. ⁊ isto modo oia supiora dicunt̄ de suis inferiorib⁹. vt for. ē homo. hō est aial. nō homo ē aialitas vel for. ē humanitas. ⁊ sic etiā in ꝓposito dicit ꝙ materia est informata. nō tñ ꝙ mā sit forma. Ad aliud. 5. phy si. qō mouet ⁊c. Dico ꝙ lz entitas actualis non sit mobili rō recipiēdi motū. sed magis vt est ens ī potentia. ē tñ act⁹ necessario reqsit⁹ ad hoc ꝙ moueat ⁊ sic logtur phs dicēs qō mouet est. nō ꝙ hec sit cō-

ditio mobilis ꝑ se sed ꝑ accīs. reqsita tñ necessario ad motū. ꝑ se aūt ꝓditio mobilis est ee in potētia. bene tñ pōt ee aliqd cōueniēs alicui ꝑ accīs. ⁊ tñ necessario. ꝑ accidēs in q̄z q; nō includit in rōne forme illius. necessario tñ reqsitū ad illud. q; sine illo istō nō eēt. sicut ꝙatio est ꝓncipiuz ꝑ accīs nāe ꝑ⁹ phy. Ad ꝓbādū igit̄ ꝙ generatio nō sit mot⁹ sufficit Aristoteli ꝙ subm generationis nō necessario est ens actu. sed est ens in potētia. Subo aūt mot⁹ sine ei qō mouet necessario ꝓsugit̄ ꝙ est ens actu lz per accīs. vt dictū est. Ad aliud de materia ꝙ non est scibilis ⁊c. Dico ꝙ ꝓbs indistincte ⁊ in vlī logtur de motu vsq; ad 5^m. libz̄. ⁊ ideo ꝓsideratio eius de mā se extendit ad subm tā mutationis q̄z mot⁹. logtur enim mām vt dicit cōmē. per trāsmutationē. videm⁹. n. vnā formā nouā post aliā. q; videmus nouā opationē q̄ arguit nouā formā. igit̄ subm trāsmutationis cōmune manet hoc ē mā. Nō igit̄ segtur ē cognoscibilis in analogia ad formā igit̄ alio modo. vel in se. vl ꝑm se nō ē cognoscibilis. Ad aliud de actu dico ꝙ si accipis actū ꝑ actu informāte materia nō ē actus Si aūt accipias actū ꝑ omni eo qō est extra causam suam. sic mā pōt dici ens actu vel act⁹. Sz ꝑm cōez modū loquēdi ee actu attribuit̄ ⁊ appꝛopꝛiat̄ forme

Ad vl^m pz quomō mā est ens actu ⁊ quomō non.

Ecundo quero vtruz ꝑ aliquā potentiā mā possit ee sine forma. videtur ꝙ nō. Quāto aliqua sunt magis vnum. tanto sunt minus seꝑabilia. sed materia est magis vnū cū forma q̄z passio. ꝓꝓia cū subo. ⁊ passio nō pōt seꝑari a subiecto. ergo nec mā a forma maioꝛ ē manifesta. mi. ꝓbo. q; materia facit vnū eētialiter cū forma ⁊ ꝑ se. Sed ꝓꝓia passio nō sic facit vnū cū subo. q; facit vnū scōo modo dicendi ꝑ se ꝑm. Item omni eo qō pōt per se ee pōt aliqd fieri inferius. ꝓbo illud ꝙ nō pōt per se ee est inferi⁹ eo qō pōt per se ee. ergo deus pōt facere. Sed nihil pōt esse inferius materia. q; cū materia sit ens in potentia illud inferius eēt nihil. Itē ꝙuationes sūt opposite sicut ⁊ forme qbus sunt opposite. Sed forme opposite nunq̄z sunt simul in materia. ergo nec ꝙationes opposite. Sed ꝙationes opposite nō sunt simul nec pōt ee. q; forma opposita vni actui est in materia. Si igit̄ materia nō hz aliquā formā sunt ī ea oppositе ꝙationes simul. qō est impossibile. ergo ⁊c.

Contra. nō minus depēdet accidēs a substātia q̄z materia a forma. sed accidēs pōt fieri sine subiecto ergo ⁊ materia sine forma.

Tho. et Den. 35 di. ꝑmi.

Responsio ꝑm illos qui dicūt ꝙ materia nō ē aliud a forma nō est mix

si nō pōt eē sine forma. idē enim non pōt fieri sine se ipso. sed hoc est falsum. vt pbatū est supra. q; omne generabile est cōpositū ex re ⁊ re. Alij dicūt naturaz habere realitatē distinctā a forma nō tm̄ pōt esse sine forma. q; nō est act⁹ nec habēs actū. q; est tm̄ ens potētiale vel possibile. Cū.n. diuidat ens p actū ⁊ potentiā materia nō cadit sub p̄mo mēbro sz sub scō. Est.n. potētia. nihil ergo hz actus vel actualitatis. sed tm̄ hz eē potētiale. qō tm̄ eē est aliqualis realitas distincta a forma. ⁊ p hoc saluāt cōpositionē realem Implicat aūt ꝓtradictionē q; aliqd hēat eē tm̄ potētiale ⁊ sit actualiter. Di isti intelligant p realitatem materie aliquā entitatē vel realitatē extra cām suā nō video q; sit ꝓtradictio si ponat virtute diuina sine forma. Alij hūt aliam imaginationē de materia. q; ponūt eā eē terminū creationis aliū absolute a forma tm̄ dicūt q; nō pōt eē sine forma. qō pbant q; si fieret sine forma eēt act⁹. Sed materia nō ē actus ergo ⁊c. Item p̄m Boe. omne esse ē a forma. ergo si materia sit sine forma erit sine eē. qō ē cōtradictio

Preterea qō nō habet ideā nō pōt fieri sine alio. materia ē hi⁹. ergo ⁊c. Preterea illud in qō deus nō hz actionē nō pōt fieri p se. sed p̄m doctores peritissimos deus nō hz actionē in materia. ergo ⁊c.

Itē que analogātur in aliquo p̄mo illud ē realiter in vno p̄mo ⁊ in alijs nō nisi p attributionē ad illud. pz de sanitate q̄ est realiter in aiali ⁊ in vrina non nisi p attributionez ad illud aliud. sz eē ē a forma. ergo mā nō est nisi in analogia ad formā. cui p̄mo attribuit

Responsio ad questionē tenēdo vt in p̄ori q̄stione dictū est rē materialez eē cōpositā ex duab⁹ q̄ sunt partes rei cōposite ⁊ q; semp aliqd generati p̄existit generato sub forma corrūpēdi. dico q; nō est ꝓtradictio materiā esse sine forma quacunqz subali ⁊ accītali. Quod p⁹. absolutū distinctū ⁊ p̄us a⁹ absoluto pōt eē sine ꝓtradictiōe sine illo. materia ē absolutum distinctū ⁊ p̄or forma quacunqz subali. s. ⁊ accītali. igit pōt eē sine alio absoluto siue sine forma subali vel accītali: absoluta maior declarat. nā ideo ponit ibi absolutū ad excludendū correlatiuū. q; in his eēt instātia p̄us ponit ibi ad excludēdū simultatē originis que includit etiā simultatē correlatiuoz. minor etiā pbata est supra in. q. p̄cedēti. Nō.n. materia sit qd absolutū pz satis. q; facit cōpositionē realē ⁊ absolutā. q; autez sit p̄or forma saltē natura ⁊ origine pz. q; ē receptiuū forme ⁊ fundamētū eius. Sed receptiuū ⁊ fūdamētū forme ē p̄us forma. Hoc etiā confirmat per Aug. qui. iz. super. dicit q; p̄us origine terminat creatio ad materiam q̄z ad formā. Iz p̄m cum p̄mo fuerit creata cū forma

Itē qcqd deus absolutū facit in creaturis mediāte cā secūda pōt facere sine illa cā secūda q̄ nō ē de essentia causati sed forma est cā secūda que nō ē de essentia materie q̄stū mā est sine que nō dat māe esse. ergo deus sine ila ⁊c. Nō aūt forma nō sit de eētia māe pz. q; aduenīēte alia ⁊ alia forma eēt alia ⁊ alia eētia māe. Itē qō deus imediate creat imediate cōseruat vel pōt cōseruare. sed mā est termin⁹ creationis ēt p̄m alios. ⁊ sic imediate creat a deo. vt p babo. ergo ⁊c. q; ex quo materia est aliqd p̄mū in entibus non pōt subesse cālitati alicuius creature. similiter cū nō possit p̄duci nisi per creationē. ⁊ nulla creatura pōt creare vt pbatū est in prima. q. quarti sequitur necessario q; solus deus eam creat. sz entitas absoluta que est a solo deo sine alia aliq̄ entitate absoluta posterioze pōt cōseruari a deo. q; deus sine omni absoluto qō nō est de eētia rei ⁊ est posterius ipsa re pōt rem cōseruare. Itē nō est necesse deū velle aliqd aliud a se absolute ⁊ de necessitate. ergo si vult necessario formā eē ad hoc q; velit mām esse hoc non est simplr sed ppter necessariam cōnexionē materie ad formā. Sed nō est talis necessitas absoluta cōnexionis māe ad formā. pbo. q; si est necessitas absoluta cōnexionis materie ad formā vt tu dicis. igit materia sibi determinat aliquā formā de necessitate. probatio p̄tie. qō determinat sibi aliqō genus determinat sibi aliquā spēm in genere illo. ⁊ oē qō determinat sibi spēm de necessitate determinat sibi esse in aliquo vno indiuiduo istius spēi vt omne qō de necessitate est homo est hic homo vel ille. sed materia nō determinat sibi de necessitate hanc formā vel illam manifestū ē. ergo nec totū genus formie. Confirmat qcqd ꝓtingēter se hz ad qōlibet cuiuslibet generis absoluti hz se ꝓtingēter ad illud genus absolutū. hoc pz. sed materia cōtingēter se hz ad quālibet formam. ergo ⁊ cōtingēter se hz ad totū genus forme. p bo etiam q; si de necessitate absoluta determinat sibi genus forme q; necessario determinat sibi vnum solū illius generis. q; vnū eētialr vnū ⁊ singulare ē impossibile dependere eētialr a pluribus eiusdē generis. Si ergo materia necessario determinat sibi totum genus forme. hoc est q; necessario determinat sibi aliqō vnū illius generis. qō falsum ē. si igit contingēter se hz ad totū genus forme pōt virtute diuina eē sine forma. Et si q̄ras vbi eēt illa materia sine forma. dico q; sicut angelus q; nō est quātus ē in loco aliquo diffinitiue nō circūscriptiue suppositō q; sit in vniuerso. si tū fieret extra vniuersum vbi loc⁹ nō ē nō eēt in loco diffinitiue. sic materia si fieret in vniuerso sine forma eēt diffinitiue alicubi. si autem fieret extra vniuersum nusq̄z eēt localiter vel diffinitiue. tū eēt natura q̄dā absoluta. Si queras etiā an habeat partes. dico q; partes sbales hz. illas enim nō hz p quantitatē. Si dicas q; ē ens in potētia. q; si ꝓseruet sine forma eē erit sibi accidēs. Dico q; falsum ē. q; sicut homo eētiā ppriā hz extra cōem intellectum sic ⁊ esse. ⁊ tūc etiā haberet illud esse sicut ⁊ eētiam. Si etiam dicas materia sic exīs sine forma hz saltē respectū ad deū cōseruātē. igit hz aliquā formā. Dico sicut dictū est supra di. p̄ma. illa res est idē realiter cū mā. nec ē forma addita. q̄libet .n. eēn⁹ creata nō ē aliud q̄z dependentia sui ad deū

Ad argumenta p̄cipalia. Ad p̄mum quanto aliq̄ sunt magis ⁊c. dico q; p̄cedit de vnitate idētitatis qua aliq̄ dicunt vnū. q; idē realiter. nō de idētitate vnionis aliquoz in tertio. sicut ex materia ⁊ forma fit vnum tertiū. s. cōpositum. si intelligit primo modo tūc maior ꝓpositio ē vera. si secūdo mō ē falsa. vel sic si maior intelligat de vnione idētitatis aliquoz iter se minor ē falsa. si aūt intelligat maior de vnione aliquoz in tertio sic maior ē falsa. q; illo mō i marie dependētibus pōt eē ordo ad aliqō vnū. ⁊ in qb⁹ ē minima dependentia nō p̄nt ordinari ad aliqō vnū. Ad aliud dico cōcedēdo maiorē. q; nō video qn esse in alio ente sit inferius q̄z eē in se ⁊ qn sit magis imperfectionis dependere q̄z nō dependere. Et ideo dico q; oē esse cuiuscūqz generis alteri⁹ a suba. s. accidētis est imperfectius quocūqz qō est pars subē. s. materie. Et tūc ad Aug^m. q cōiter hic allegat. duo feciſti dñe vnū ppter ⁊c. vt materiam dico q; loqtur de ordine entium in genere sbe. ⁊ ibi ē angelus ens supmū. ⁊ mā ens infimum. Sed dices nihil alterius generis pōt eē supius angelo. ergo nihil alteri⁹ generis pōt eē inferius materia prima. Dico q; nō ē simile. Ideo. n. nō est superius q; nullū genus est supius genere substantie. sed alia genera sunt inferiora. Utrū autez posset fieri in genere substantie aliqd inferius. de ꝑ est dubiū. Ad tertiuz dico q; nulle priuationes sūt oppositē in eo dē nisi sint priuationes formaruz op-

fz scotū
fz Tho.
fz Heri.

positarū immediatarū circa idē de necessitate seq̄n tium. ⁊ si sic sit. tunc dico q̄ p̄rinationes ñc sunt incō possibiles. Sic enīz se habēt forme opposite q̄ si su sceptiuum habet vnū caret alia ⁊ ecōuerso. alīs esset contradictio si forme ꝓsequerent suscepti uū de ne cessitate. ⁊ tñ posset eē sine eis. Sed circa materiaz nulle forme sic sunt simpliciter īmediate. lz aliq̄ sint īmediate respectu agētis naturalis. qō nō agit nisi ī quanto. ⁊ per ꝓñs simplr ⁊ imediate nō pōt attinge re ad nudam eēntiā materie. nec etiā deus posīz fa cere materiā sine forma ꝑm Arī. Sed hoc fuit ꝑ tā to. qz ipse posuit necessariam cōnexionē cārū. ita q̄ impossibile est ꝑm eum p̄rimas cās agere siue secū dis. siue cām oīno p̄rimā sine secūda cā. Sed si hoc negasset habuisset ponere ꝑm ea que posuit de mate ria q̄ potuisset eam deus fecisse sine forma.

Ad p̄rimā opinionē alterius dico q̄ si accipiat actus ꝓut distinguit contra potētiā ꝑm q̄. s. actū ⁊ potētiā totū ens diuidit. sic actus nō conuerti tur cū forma. ꝑm hoc enim omne qō est extra causaz suā ē ī actu. ⁊ ꝑm hoc ēt p̄rinationes dicunt ee actu. vñ cecitas dicit ee actualiter in oculo carēte visu. sicut dicit in. 4. ⁊ 7. metaphy. Si aūt loquaris ō ac tu ꝑm q̄ loquit pbs. 7. metaphy. s. ꝑm q̄ est actus re ceptus ⁊ actuans ⁊ distinguēs. sic distinguit ꝓtra re ceptiuū. ⁊ materia ē receptiuū illo modo. ⁊ nō ē ac tus. Ad auctoritatē Boetij. oē ee est a forma. ve rū ē ee specificū ⁊ pfectū. Uel dicēdū q̄ loquit de fcō ⁊ nō possibili fieri per potētiā dei. ⁊ ee ēt formale lz sit cōcreatū materie a forma. tñ ē cōicatū materie es se ꝓp̄riū. qō ē idē cū eius eēntia nō sibi cōicatū a for ma sicut nec ei⁹ essentia. Ad aliud dico. sine idea
ꝟz scotū accipit ꝓ obiecto cognito siue ꝓ rōne cognoscēdi fal
ꝟz Tho. sum ē q̄ materia nō habeat ideā imo quocūq̄z mo do idea accipiat. dico q̄ materia ipsa hz ideā. sicut enim materia ē q̄dcreabile distinctū a forma. sic est
ꝟz Dēri. quoddā ideale qō hz ideā distinctā. siue ēt idea po nat rō imitādi eēntiā diuinā in tali gradu adhuc hz ideam. qz aliū gradū imitādi hz meteria eēntiā di uinā q̄z forma vel aliud quodcunq̄z. Ad aliud qō ipsi dicūt q̄ deus non hz actionē in eā. dico q̄ falsuz est. ⁊ si dicāt hoc doctores piti. nō tñ in hoc sūt peri ti. imo ꝑm eos hz eam ꝓ termino actionis sue. ergo pōt aliq̄d circa eam agere. ⁊ hoc cōcedūt alij q̄ nul lū agens naturale pōt attingere eēntiam materie. deus tñ pōt vt illi dicūt in. 4. sentētiarum. ⁊ hoc ne cessario hñt dicere sui sequaces. Ad aliud de ana logia q̄ illud recipit tñ in vno realiter ⁊ in alijs per attributionē. Dico q̄ hoc est falsuz. qz si ita ē in vno exēplo in centū est cōtrariū. nulla enim maior ē ana logia q̄z sit creature ad deū in rōne eēndi. ⁊ tñ sic esse p̄mo ⁊ p̄ncipaliter cōuenit deo. qō tñ realiter conue nit creature. simile est de bonitate ⁊ sapia ⁊ hi⁹. gra dus etiā sunt in pfectionibus specierū ⁊ p̄tributio nem se habent ad aliquā pfectionē. ⁊ tñ nō est tota p fectio in vna. nec etiā tota entitas in suba. ita q̄ acci dēs nō sit ens nec habeat formalē entitatē q̄uis per attributionē se habeat ad sbam. nec etiā exēplū mul tū valet. qz nō est idē cōceptus sanitatis qui dicitur de vrina ⁊ de aīali ⁊ de dieta. nā nō ē idē formalis ꝯ ceptus sanitatis vt ē eq̄litas humoꝝ. ⁊ vt est qd cā tiuū sanitatis. vel significatiuū sanitatis. lz in vtro q̄z materialiter includat formalis cōceptus sanita tis. ⁊ tūc dico q̄ hi⁹ cōceptus sunt formaliter diuer si in illis de q̄bus dicunt. nā causatiuū sanitatis ē for maliter in dieta vel in tali potatione vel herba si gnificantiū in vrina ē. ⁊ hi⁹ cōceptus formalr diuer si ordinātur ad istū cōceptū sanitatis q̄ est eq̄litas vl ꝓportio humoꝝ. que vt sic formalr ē solū in anima li. Ad aliud rñdit vn⁹ doctor q̄ materia pōt intel

ligi habere triplex ee. p̄mo ee suum qō debet sibi ꝟz q̄ ē aliqua eēntia a quacūq̄z alia. aliud ee qō cōicat sibi a forma. tertiū ee qō cōicat sibi supnaturaliter a deo. ⁊ illud ee cōicatū sibi a deo nō hz q̄ñ est in cōpo sito. qz repugnaret p se vnitati suppositi. sed illō ha beret si deus faceret ipam sine forma. Sed hoc ē falsum. qz hoc nō est aliud dicere q̄ꝟz materiā sine oī additō nō posse ee sine forma. Itē sicut accīti post q̄ꝟ panis transbat nō cōicat aliud ee q̄ꝟ habuit quan do fuit actu informās panē. sed idē sibi conseruatur sicut ꝓbatū fuit in. 4. li. ergo similiter in ꝓposito nō cōicaret materie aliud ee ab illo qō habet dū est sub forma. Et generationes que ibi posite sunt de accī tibus concludūt de materia. Si vo intelligit sic. q̄ materie separate a forma ⁊ sine forma cōicat esse a deo nō actus aliqs. sed negatio ipius esse cōicati a forma. i. q̄ materia sit per se etīs sine ee sibi cōmu nicato a forma ita q̄ ꝑ se ee sit q̄dā negatio talis ee cō municati a forma. qz ex isto ee per se non recipit esse a forma. si inq̄ꝟ sic intelligit pōt cōcedi q̄ materie se parate cōicat a deo hi⁹ ee vel ꝑ se ee negatiue vt di ctum ē. Et ꝓñr etiā posset dici q̄ tale ee nō conuenit sibi in cōpositō. ⁊ eadē rōne sicut supra dictū est quia compositū ꝑm hoc nō cēt vnū. opz. n. ad vnitatem ꝑ se cōpositi materiā recipe formā ⁊ subesse forme. nō q̄ tūc materie detur aliq̄ actualitas noua qī non est sub forma. ¶Posset enim fieri vna rō contra ꝓclu sionē p̄ncipalem sic. ℚMateria videt plus depende re a forma q̄ꝟ forma quecunq̄z a materia. sed forme naturales alique ī p̄nt separari a materia. ergo nec materia a forma. mi. ꝓbo. qz si eēnt separate essent spūales ⁊ sic intellectuales. ⁊ per ꝓñs imateriales. lz formā talē ee intellectualē vel formā materialē esse imaterialē videt includere ꝓtradictionē. ergo nec materia pōt separari a forma. ¶Potest dici vno⁹ q̄ lz entitas materie sit minus pfecta q̄ꝟ forme. non tñ plus est depēdēs imo minus. ⁊ ideo pōt fieri sine forma ⁊ nō ecōuerso. Allio modo pōt dici q̄ for ma est magis ens. nec tñ ē cā ꝓstituēs ee materie. lz ē causa cōcurrēs ad ee cōpositi constituēdi. ⁊ ideo po test separari forma a materia sicut ecōuerso. Et ad p bationē iste forme eēnt spūales. dico q̄ nō opz. qz si cut q̄ꝟtitas ē forma eiusdē nature q̄ñ separat ⁊ quā do ē in subo. sic etiā iste forme eēnt eiusdē nature si se pararent. sicut cū sunt ꝓiūcte. siue cū informāt mate riam nec essent intellectuales. quia hoc repugnat eis ꝑm se.

Ista est distinctio. xii. huius

secūdi libri. In qua magister postq̄ꝟ tractauit de na tura pure spūali. s. angelis. Incipit agere de natura pure corporali. s. de ꝓductione mūdi sensibilis. Et tria circa hoc facit. ¶Nā primo oñdit q̄liter deus mū dū sensibilem p̄mo creauit. Secūdo vbi ipm ꝓduc cēs collocauit. Tertio qualiter ipm distinguēs ordi nauit. ¶Primū facit a p̄ncipio distinctionis vsq̄z ibi De qua re p̄iusq̄ꝟ tractemus. Secūdū ab inde vsq̄z ibi. ¶Nūc supest. Tertiū vsq̄z ad finē distinctiōis. Et tñ in generali. In spāli snia magistri stat in trib⁹ ꝓ positionibus quarū p̄ma est hec. Deus in p̄ncipio materiā q̄ttuor elemētoꝝ informē. i. indistinctā cre auit. ¶Hanc ꝓpositionē magister ꝓbans ꝓponit q̄ di uina sapia simul cum angelica natura materiā in q̄t tuor elemētis confusam ⁊ informē ꝓduxit. quam in sex diebus pfecte formauit ⁊ distinxit. Et subdit qō aliq̄ sci. s. btūs Augustinus ⁊ sui dixerūt oīa simul in materia ⁊ etiam distincta ꝑm formas fuisse ꝓdu cta. Alij vo dixerunt. s. beatus Gregorius ⁊ Beda q̄ p̄mo fuit materia rudis atq̄z informis creata. de qua postmodū per sex dierū interualla res corpora-

les ꝑm ꝓprias ſpēs ſunt formate. quā opinionē magiſter approbat ꝓpter plurimoꝝ doctoꝝ ſententiaz ⁊ ſacre ſcripture auctoritatē. Poſtea dicit q̄ illa informis materia in p̄ncipio Geñ. vbi eius ꝓductio legit diuerſo nomine eſt vocata. Nominatur enim p̄mo terra vt ibi. In p̄ncipio creauit deus celū ⁊ terram. i. illam informē materiam. ⁊ exprimit nomine terre. non quidē ꝓpter terreſtrem ſubſtantiā. ſed ꝓpter ſpecioſitatis carētiā. Secūdo exprimitur ibi nomine abyſſi. ibi cū dicit. ⁊ tenebre erant ſup faciem abyſſi. ⁊ hoc ꝓpter defectū diſtinctionis qua diſtinctione carebat. Etiam notatur ibi aqua cuz ſubditur. Et ſpūs dñi ferebat ſuper aquas. Nam ſicut aqua hz multā fluxibilitatē. ſic materia hz fluxibilitatē ⁊ diuerſaz potētialitatē ad diuerſas formas recipiēdas. Huiuſmodi añt diuerſis nominibus fuit materia appellata. nec crederet vnius forme recep tiua ſi vno noie fuiſſet vocata. Vſitatis etiā nominibus ē vocata ꝓpter ruditatē ꝑſōn cui moyſes ſcripſit ⁊ ꝓtulit manuductōnē. Et ſubdit q̄ēt in Gene. dicit ſup faciē abyſſi. i deſt illius nature erāt tenebre ꝑfuſe. i. lucis abſentia. que tenebre nulle res fūt ſed tm̄ lucis abſentia ſeu p̄uatio. Contra qō videt eſſe illud Dañ. Bñdicite lux ⁊ tenebre dño. vbi tenebre inter res reales notant. Ad qō rñdet q̄ tenebre quā doq̄ dicūt lucis abſentiā. ⁊ ſic nihil ſunt. q̄ñq̄ aerez obſcurū ⁊ ſic ſunt aliq̄ creatura. Secūda ꝓpō eſt hec Deus ꝑfuſam mām elemētoꝝ in eodē loco vbi nūc ē creāda collocauit. Hanc ꝓpōnem magiſter ꝓbās dicit adhuc duo de illa materia eſſe diſtinguenda. Quoꝝ p̄mum eſt quomodo illa materia dicta ſit informis. cū tñ omni forma nō caruit. Ad qō reſpōdet q̄ dicit informis nō ꝓpter carētiā oīs forme. ſed q̄ formā cōfuſam hēbat ⁊ nō diſtinctā. vel q̄ formata non fuit ſicut poſtea formabat. Secūdū eſt vbi fuerit illa materia creata ⁊ quantū ad ſpacium occupauit. Et reſpondet q̄ creabatur in illo loco vbi nūc ē mundus. ⁊ occupabat ſpacium cuiuſlibet elementi ⁊ extendebatur etiam ꝑm aliquos vltra locū firmamenti ꝑm q̄ erat materia illa in parte inferiori ſpiſſiori ⁊ groſſiori. in parte vero ſuperiori rariori ⁊ ſubtiliori. Unde de parte illa rariori aquas que ſunt ſupra firmamētum dicunt eſſe factas. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Deus qui in p̄ncipio confuſam materiaz creauit quam in ſex diebus perfecte mundum complēdo diſtinxit ⁊ formauit. die ſeptimo ab eius ꝓpagatione ceſſauit. Hanc enī ꝓpoſitionem magiſter probans dicit q̄ perfecta rerum ꝓductio ⁊ formatio ſit expedita in dierum ſenario. ita q̄ nihil poſtmodum eſt ꝓductum. quod in p̄mis creatis aliquo modo nō ꝓtineretur. ⁊ illa de cauſa dicitur deus ſeptimo die quieuiſſe. eo q̄ ceſſauit nouas creaturas producere. Sed contra hoc obiicit per dictum dñi noſtri ieſu chriſti. qui ait patrem ſuum ⁊ ſe vſq̄ modo operari ergo vt videt deus non quieuit ab omni opere die ſeptimo. Et hoc confirmatur tali ratione. Si deus die ſeptimo quieuiſſet ab omni opere. tunc nō ꝓduceret amplius de nouo aliquid in rerum natura. ſed hoc eſt falſum. ergo nō quieuit die ſeptimo. Et q̄ hoc ſit verum patet. Nam quia multa ſunt generabilia nondum tamen genita. ſed ſolum in potentia que ē ad maximum determinata. ideo in futuro ſunt aliq̄ ad eſſe ſpecificū in potentia que poſtea actualiter erūt. ideo non ſunt omnia ſeptimo die diuina virtute creatiua ꝓducta. Ad quod reſpondens dicit deuz quadrupliciter operari ad rerum ꝓductionē. Uno modo eternaliter omnia in verbo diſponendo. Secundo temporaliter materiam informem ꝓducendo. Tertio modo materiaz ſex diebus confuſam ꝑz ſpecies diſtinguendo. Quarto ex ſeminibus rebus inditis creata ne pereant reformando. Et licet deus ꝑz tres p̄mos modos operandi die ſeptimo quieuerat quo ad quartum modum tamen ſemper operatur. Et de illo intelligi habet dictum chriſti ſuperius allegatum. Et tm̄ in ſpeciali.

Que fuerit p̄ma diſtinctionis operatio.

p

Rima autem diſtinctionis operatio fuit formatio lucis. ſicut oſtendit ſcriptura Geñ. que cōmemorata rerum informitate earum diſpoſitionez a luce inchoauit ſubdēs. Dixit deus. fiat lux. ⁊ facta eſt lux. ⁊ diuiſit lucem a tenebris. Appellauitq̄ lucem diem. ⁊ tenebras noctem. Et factum eſt veſpere ⁊ mane dies vnus. Cōgrue mundi ornatus a luce cepit. vnde cetera q̄ creanda erant viderentur. Di.iz.

Qualis fuerit lux illa. corporalis an ſpiritualis.

Di queritur qualis illa lux fuerit corporalis. ſ. an ſpūalis. Ad reſpōdem⁹ quod legimus traditum. Dicit en Augu. q̄ lux illa corporalis vel ſpūalis itelligi poteſt. Si ſpūalis accipitur angelica natura intelligitur que p̄us informis fuit. ſed poſtea formata eſt. cum ad creatorem cōuerſa ei charitate adheſit. Cuius informitatis creatio ſuperius ſignificata eſt. vbi dictum eſt. In p̄ncipio creauit deus celum ⁊ terram. Hic vero eiuſdē formatio oſtenditur cum ait. fiat lux ⁊ facta ē lux. Hec ergo angelica natura p̄us tenebre. ⁊ poſtea lux fuit. q̄ p̄us habuit informitatez ⁊ imperfectionem. deīde formationis perfectōez ⁊ ita diuiſit deus lucem a tenebris. Nam vt ait Aug. ſuper Geñ. Huius creature informitas ⁊ imperfectio fuit antequā formaretur in amore conditoris. Formata vero eſt quādo conuerſa eſt ad icommutabile lumen verbi. Si vero corporalis fuit lux illa quod vtique probabile eſt. corpus lucidum fuiſſe itelligit. velut lucida nubes. quod non de nihilo. ſed de preiacenti materia formaliter factum eſt. vt lux eſſet. ⁊ vim lucendi haberet. cuz qua dies p̄ma exorta eſt. q̄ ante luccm nec dies fuit nec lux. lz tempus fuerit.

Augu. De ſpirituali luce.

Hic de corpali luce.

Qualiť diſtigui debeat illō. Et factuz ē veſpe⁊ māe dies vn⁹

Beda.

Augn.

Quod lux illa facta eſt vbi ſol apparet que in aquas lucere poterat.

Di autem queritur vbi eſt facta lux illa cum abyſſus omnem terre altitudinem tegeret. Dici poteſt i illis partibus facta quas nunc illuſtrat ſolis diurna lux. Nec mirum lucem in aquis poſſe lucere. cum etiā nantarum operatione ſepius illuſtrenť. Qui

i profundum mersi. misso ex ore oleo. aquas sibi illustrant. que multo rariores fuerūt i p̄n cipio q̄ modo sunt. q; nōdum congregate fu erant in vno loco. Facta ergo lux illa vicem et locum solis tenebat. que motu suo circūagita ta noctez diemq; discernebat. Ibi ergo p̄mū lucem apparuisse verisimile est. vbi sol quoti diano cursu circūuectus apparet. vt eodē tra mite lux circumcurrens ac p̄mo ad occasū de scendēs vesperam faceret. deide reuocata ad ortum auroraz. ideſt mane illustraret. ⁊ ita di uisit deus lucem ⁊ tenebras. ⁊ appellauit lucē diem ⁊ tenebras noctem.

Di.iz.

Q̄ dies diuersis modis accipit̄.

Hic notandum est q̄ dies diuersis modis accipitur in scriptura. Dicitur enī dies lux illa que illo triduo tenebras il luminabat. ⁊ dicitur dies illuminatio ipa aeris. Dicitur etiam dies spacium vigitiquat tuor horarum. qualiter accipitur cum dicitur Factum est vespere ⁊ mane dies vnus. Q̄ ita distiguendum est. factum est vespere p̄us ⁊ postea mane. ⁊ ita fuit dies vnus erpletus vigitiquattuor horarum. Dies. scz naturalis q̄ habuit vesperā sed non mane. Mane enīz dicitur finis precedentis ⁊ initium sequentis diei. quod est aurora que nec plenam lucem. nec oīno tenebras habet. Mane ergo p̄im⁹ dies non habuit. q; nec dies preceſſerat q̄ se quentis diei initio terminaretur. ⁊ eo preci pue. q; luce apparente mox super terram ple nus atq; p̄clarus dies extitit. q̄ non ab au rora. sed a plena luce inchoauit. ⁊ mane seq̄n tis diei cōsummatus est. Unde Beda super Genesim. Decebat vt dies a luce iciperet. ⁊ i mane sequentis diei tenderet. vt opera dei a luce inchoasse. ⁊ in lucem completa esse signi ficarentur. Reliqui autem dies mane habue runt ⁊ vesperam. Quorū q̄libz a suo mane in cipiens. vsq; ad alterius diei mane tēdebat̄.

Qualit̄ distigui debeat illō. Et factuz ē vespe ⁊ māe dies vn⁹

Beda.

Augu. De spirituali luce.

Augu.

Hic de corpali luce.

De naturali ordine computationis dierū ⁊ de illo qui pro mysterio introductus est.

Hic est naturalis ordo di stinctionis dierum vt distinguantur atq; cō putent̄ dies a mane vsq; ad mane. Postea vero in mysterio factum est vt dies comput- entur a vespera in vesperam. ⁊ adiungatur dies precedenti nocti in computatione. cum iuxta naturalem ordinem precedens dies se quenti nocti adiungi debeat. q; homo a luce per peccatum corruit in tenebras ignorantie ⁊ peccatorum. deinde per christuz a tenebris ad lucem redijt. Unde apostolus. Eramus aliquando tenebre. nunc autem lux in domi

no. Primus itaq; dies non ab aurora sed a plena luce icipiens. ⁊ post vesperam paula tim occidente luce excipiens mane sequētis diei erpletus est. Unde Beda. Occidente luce paulatim ⁊ post spacium diurne longi tudinis inferiores partes subeunte factuz est vespere sicut nunc vsitato cursu solis fieri so let. Factum est autem mane eadem super ter ram redeunte. ⁊ alium diem inchoante. ⁊ di es erpletus est vnus vigintiquattuor hora rū. Fuitq; nox illo triduo omnino tenebro sa. que post creata sidera aqua luce claruit.

Beda.

Cur sol factus est si lux illa sufficiebat.

Solet autem queri quare factus est sol. si lux illa faciē d̄ diei sufficiebat. Ad quod dici potest. quoniam lux illa forte superiores partes illustrabat. ⁊ ad illumina tionem inferiorum solē fieri oportebat. Vel potius ideo. q; facto sole diei fulgur auct⁹ ē. Ampliori enim multo luce radiauit dies̄ po stea q̄ ante. Si autem queritur quid de luce illa factum sit cū modo non appareat. Po test dici aut de ea corpus solis formatum. aut in ea parte celi esse in qua sol est. non q̄d ipsa sit sol. sed sic est ei vnita vt discerni non valeat.

Quomodo accipiēdum sit illud. dixit de us an sono vocis id deus dixerit. an aliter.

Preterea inuestigandum est quomodo accipiendum sit quod ait. di xit deus. Utrum temporaliter vel sono vo cis illud dixerit. an alio modo. Augu. super Gen̄. tradit nec temporaliter nec sono vocis deum locutum fuisse. q; si temporalit̄ ⁊ mu tabiliter. ⁊ si corporaliter dicat̄ sonuisse vox dei. nec lingua erat qua loqueretur. nec erat quem oporteret audire ⁊ intelligere. Bene ergo vox dei ad naturam verbi per q̄d oia facta sunt refert ur. Dixit ergo deus fiat ⁊c̄. non temporaliter. non sono vocis. sed in Ver bo sibi coeterno. ideſt verbum genuit intem poraliter i quo erat. ⁊ disposuit ab eterno vt fieret in tempore ⁊ in eo factum est.

Augu.

Quomodo accipiendum sit quod dicit̄. pater operari in filio vel per filium. vel i spi ritu sancto.

Hic queri solet quomodo accipiendum sit quod dicitur pater operari in filio vel per filium. vel in spiritu sancto. Hoc enim scriptura freq̄nter nobis propo nit. vt Omnia in sapientia fecisti domine. ideſt in filio. Et in p̄cipio. ideſt in filio cre

auit deus celum ⁊ terraz. Et illud. ℙDer quē fecit ⁊ secula. Super illum quoqz psalmi locū Uerbo domini celi firmati sunt ⁊c. Dicē augu. q pater operatur per verbum suum ⁊ spiritum sanctum. Quomodo ergo hoc accipiendum est. ℙDutauerunt quidam heretici q pater velut auctor ⁊ artifex filio ⁊ spū sancto in rerum operatione quasi instrumēto vteretur. Ex predictis verbis errandi occasionez sumentes qđ velut blasphemuz atqz sane doctrine aduersum abijcit pia fides. ℕon ē itaqz intelligendum ideo scripturam frequēter cōmemorare patrem opari in filio vel per filiuz. tanq̄ filius non posset facere si ei nō poreriset pater dexteram. vel tanq̄ aliquod instrumentum fuerit patris operantis. sed. totius illis verbis patrem intelligi voluit cum filio ⁊ spū scō operari ⁊ sine eis nihil facere.

hic ayit ex quo sensu dicat pat opari in filio vel p filium

Contra hanc expositionē surgit hereticus

Sed dicit hereticus hacratione hoc posse dixisse filium operari per patrem vel in patre ⁊ spūm sanctum cum vtroqz vel per vtrūqz. q filius cum patre ⁊ spūs sanctus cum vtroqz operatur. Cui breuiter respondetur. Ideo illud dictum ē ⁊ nō ist vt in patre monstraretur auctoritas. ℕō. n. pater a filio. sed filius a patre operatur. ⁊ spūs sanctus ab vtroqz. Ideoqz etiaz filius p spiritum sanctum legitur operari. q cum spiritu sancto operatur hoc ipsuz a filio habēti vt operetur.

Alia predictorum expositio.

Potest ⁊ aliter illud accipi. vt dicatur pater in filio vel per filium operari. q eum genuit oīum opificem. sicut dicitur pater per eum iudicare. q genuit iudicez ita ⁊ per ipsum sanctum dicitur operari siue pater siue filius. q ab vtroqz procedit spiritus scūs factor omnium. Unde Jo. Chry. i expositione epistole ad heb. sic ait. ℕōvt hereticus inaniter suspicatur tanq̄ aliquod instrumentum patris extiterit filius neqz peū pater dicitur fecisse tanq̄ ipse facere non posset. sed sicut dicitur pater iudicare per filium. q iudicem genuit. sic etiaz dicitur operari p filium. q eum constat opificē genuisse. Si. n enim causa eius pater est secūduzqp pater est. multo amplius eorum causa est q̄ per filium facta sunt. ℍec de opere prime diei dicta sf.

Joan. chryso.

Jrca distinctionem. iz^am quero simul de luce ⁊ lumine. Et c primo quero vtrū lux gignat lumen tanq̄ ppriam spēm sensibilē sui. q nō. Augu. 7. super geñ. c. iz. ad litterā. aia ministrat corpora p lucē ⁊ aerem ⁊c. ℙreterea lumi gignit subam vt pz de igne, ergo est suba. ℙrete rea lumē frangit ⁊ reflectit. ergo ē corpus. quia iste sunt passiones corporis. ℙreterea q nō sit spēs. q denoiat mediū nō sic spēs coloris. Excludit etiā oppositū. s. tenebrā. nō ita spēs. simul enim fūt spēs oppositor vt simul sint spēs albi ⁊ nigri in medio. tertio q hz effectū realem in me° ⁊ organo. s. visuz corrumpe ⁊ gignere calorē effectus realis non conuenit spēi ⁊c. Contra. lux ē de se sensibilis. 2. d aīa ergo habet aliquā spēm sensibilē non aliam a lumine. ergo ⁊c.

quid sit lux

Hic tria sunt videnda. ṕmo qd sit lux. secūdo qd lumen. tertio qualit lumen a luce gignat. De primo dico q lux non pōt poni suba. q est p se sensibilis non sic suba. ergo ⁊c. lux etiā in aliquo ē accñs. ergo in nullo ē suba. qđ enī vere est nulli accidit ex ṕmo phy. añs patet. q si in igne eēt lux forma subalis. vel eēt vltima differentia specifica vel aliq̄ imperfectior q̄ eēt in potētia ad formā specificam. non ṕmo modo q tūc quecunqz haberent lucez eēnt eiusdē spēi nō secūdo modo. q tunc ista forma eēt imperfectior forma specifica ignis ⁊ ita nō eēt forma substantialis alicuius corporis celestis in quo nulla est forma subalis imperfectior forma clemētari. Tertio est ꝓbabile formā subalē corporis celestis cōseq aliquā formā actuā. sic formas subales generabiliū ⁊ corruptibiliū consequūtur qualitates actiue. nō est aūt alia qualitas consequens formam subalem corporis celestis q̄z lux.

Confirmat per Dañ. c. 8. quere. De secundo dico q lumen nō est substantia cōpleta hoc est per se subsistēs. q nec spūalis cum sit extensibilis nec corporalis. q tūc duo corpora eēnt simul. est. n. lux cuz toto aere nec opz aerem moueri localiter adueniente lumine. ⁊ nō moueri recedēte vel nō aduenīēte lumine. q tunc in medio illuminato non eēt aspiratio aeris. si illud corpus eēt localiter motū ꝓpter lumen. nec etiam lumē est forma subalis. q illud cui aduenit manet pfectū in specie illo recedente sicut apparet de aere quandoqz illuminato quandoqz tenebroso. nec est materia pz. nec aliqd ptinēs ad genus subē. nec est verisimile q ad aliquod aliud genus ptineat ṕter q̄z ad genus q̄litatis. Cum autem quantū ad tertiam spēm distinguat q̄litas in sensibilez qualitatē ⁊ in qualitatē que est spēs siue intentio qualitatis sensibilis. Notandū q intentio nō dicitur hic illud in qđ intēdit sensus. q hoc modo ipz obm eēt intentio. sed intētio hic dicit illud per qđ tanq̄z per ṕncipiū formale in obm tendit sensus. et sicut quicqd est signū est res ſm Augu. de doctrina xp̄iana lz non ecōuerso. ⁊ ideo in distinctione rei ⁊ signi res accipitur p illa re que nō est signū. lz illa q̄ ē signū sit ēt res. ita in distinctione rei ⁊ intētionis lz intentio sit res ⁊ forte sensibilis res in quam possit sensus tēdere. tñ illa dicitur intētio que nō est tātuz res in quā tendit sensus sed est rō tendēdi in alterū cuius est ꝓpria similitudo. Hoc modo dico q lumē ꝓprie est intētio siue spēs sensibilis ipsius lucis. qđ p^r. tum q si non eēt intētio tunc positum supra sensum ꝓhiberet sensum. q qđ est tñ sensibile ⁊ nō rō sentiendi si ponatur supra sensum impedit sensationem. quia sensibile supra sensum positum non sentitur. ⁊ ita lumen suprapositū oculo impediret ipsuz videre. hoc aūt est falsum ⁊ cōtra cōmē. super de sē su ⁊ sensato. vbi vult q necesse est lumē ꝓprium in oculo cē ad hoc vt recipiat spēs colox ⁊ videat.

Modus ponit iste q sicut lux vt visibile est ṕus naturaliter colore. ita ⁊ spēs eius naturaliter prior specie coloris. ⁊ ita tā in pficiendo mediū. ita q medium nō illuminatū nō sit capax ad pficiendū colores

lumē p us pfic

me^m cꝫ .ſſ. coloris recipiatur in medio ⁊ p̄ lumē p̄ficit oculū cꝫ. ſſ. coloris recipiatur i eo.

cꝫ in pficiendo viſum, ita q̄ organū nō illuminatum nō ſit viſuū, prime. Et quantū ad tertiū articulū qui declarat iſtū ſecūdum notādum q̄ eſt dare triplicē radiū. Et ꝑm iſtū triplicē radiū gignit lumē a luce, vz radiū rectū ⁊ fractū ⁊ reflexū ꝑm ipſuz Illacen in perſpectiua ſua. rectus radius eſt qui diffunditur a luminoſo in medio eiuſdē diaphoneitatis. quantū durat virt⁹ luminoſi. radius reflexus eſt q occurrente opaco anteꝫ terminet virt⁹ actiua luminoſi diffundit in partē oppoſitā nō ex electiōe. ſꝫ q̄ naturale agēs cuius virt⁹ actiua non eſt totaliter exhauſta in directo agit quantū p̄t. ⁊ qō non p̄t in directū agit in obliquū. Radius fractus ē q occurrente medio alterius diaphoneitatis. nō tñ omino opaco multiplicat in illo medio, ſed nō ꝑm lineam rectū. ſed incidit ibi angulus. quādo aūt occurrit mediū denſius frangit radius ad ꝑpēdiculare. q̄ ex quo ē ꝑpēdicularis eſt fortiſſim⁹ in agēdo. vnde cū frangit ad agēdū in mediū denſius reqrit ſit⁹ ꝓpinquor ꝑpēdiculari radio talis eſt ſit⁹ radij fracti ad ꝑpendicularē. quādo aūt occurrit mediū rarius frangit radius a ꝑpēdiculari ꝓpter oppoſitā cauſā.

ꝑz hoc i ex⁹ ſi p̄ taſ de nari⁹ in ſcutella ſine aq̄ ñ videbit q̄re radi⁹ in directū cā tur ſꝫ ſi apponaſ aq̄. videbitur ga frāgit radij appēdiculari. q̄ ſi videret. ſſ. a⁹ in ſpeculo illa poſ ſꝫ videri i quo q̄ ſitu. q̄ tñ eſt falſum

Dico tunc q̄ lumē multiplicatū ꝑm iſtos tres radios imediate gignit ab ipſa luce ⁊ etiā imediate ē ſpēs ſenſibilis ipius lucis de recto ꝑz. de reflexo ꝓbaſ. tum q̄ per illū radiū videt res in ſe. nō autē aliqua ſpēs impreſſa ſpeculo reflectēte. tum q̄ que re concluſionē de hoc que ē. Eodē modo etiaz ꝑ radiū fractū videt ipſa res multiplicās ſe ⁊ nō ſpēs aliqua ipſius rei viſe. ⁊ ſicut iſta luminaria p̄maria multiplicatione diffuſa ſunt imediate ſpēs luciſ gignētis: forte ita imediate gignunt in radio reflexo ⁊ fracto ab ea loquēdo de imediatione ad cauſaz non excludēdo ordinē effectuū ordinatoꝝ reſpectu eiuſdem cāe. Sed ꝓter iſta eſt aliud lumē ſecūdarium. qō dicit lumē accītale quale eſt vbi ē vmbra. in hoc enim diſtinguit vmbra in actu a tenebra. q̄ tenebra eſt ꝓuatio luminis tam p̄marij cꝫ ſecūdarij vmbra eſt ꝓuatio luminis p̄marij. Iſtud autē ſecundariū lumē lz q̄ñq̄ diffundaſ p reflexionē. nō tñ a corpore polito. q̄ reflexio a tali corpore ē gignitō radij p̄marij. q̄ eſt imediata ſpēs ipſius lucis gignētis. non aūt ſic iſtud lumē ſecūdarium immo gignitur ab ipſo lumine p̄mario. ita q̄ ſi per impoſſibile reflexio remaneret in lumine radi in primentis gigneret ſperice vel emiſperice iſtud lumē ſecūdariū non ſic aūt gigneretur lumē reflexū a radio p̄mario qualis eſt reflexio a corpore polito. eſt ergo oē lumē ſpēs. ſed lumē p̄mariū eſt ſpēs lucis gignētis. lumen ſecūdariū ſpēs luminis p̄marij. Et ex hoc ꝑz ad argumēta que p̄t fieri cōtra iſtā partē. q̄ cuz lumē videaſ nō erit ſpēs viſibilis. ſ⁹ ſpēs aliq̄ i tenſa nō obſtāte q̄ ſit intētio ⁊ ſpēs alterius viſibilis. p̄t tñ in ſe ē viſibilis. ſicut dicit cōmē. ſup de ſenſu ⁊ ſenſato. c. primo. q̄ quando lumē reflectitur ad virides plantas colorant parietes. ſimilit ſpēs non ſunt viſibiles niſi quando terminātur ad opaca. ita q̄ non contiguate opacis nō p̄t gignere ſpēs ſui quibus videant ſicut ſpēs coloris dum eſt in medio non videt. ſed quando contiguaſ opaco tūc videri p̄t. ſicut ꝑz de radio tranſeūte per vitrum coloratū apparet color in pariete. vbi terminaſ radius ille. ⁊ videtur colorat⁹ ſimiliter ſicut vitrū. ⁊ tamen in medio nō erit ille radius coloratus viſibilis. nec tñ ꝓpter hoc negaſ ille rubor eſſe ſpēs. q̄ apparet in pariete. q̄ oculus ibi exiſs cui ſi ſupponeretur ille rubor videret rubeū vitrū vel ruborē vitri ⁊ eodē modo lumen non terminatū ad opacū nō videtur. qnod ꝑz. tum q̄ radij ſolares de nocte nō apparent. qui tñ intercipiāt̄ inter nos ⁊ celū ſup̄a co

num pyramidis vmbre terre. tum q̄ exiſs in carcere opaco ⁊ tenebroſo. vbi per oppoſita foramina tranſiret radius ſolaris nō videret. ita q̄ niſi cꝫ reflectēte ſe ad opacū nō videret illum radiū ſi corpuſcula illa nō frangant. Similiter ſi mediū illuminatum eēt infinitū ⁊ non terminatuz ad corpus opacū ſole exiſtēte ſup orizontē nihil videret. q̄ nō eēt terminās. eandē ergo conditionē habet lumē quā hnt alie ſpēs p̄ncipales colo⁹ quantū ad videri ⁊ non videri. ⁊ ſicut p̄ncipales ſpēs colo⁹ que. ſ. radioſe multiplicant p̄nt generare alias ſecūdarias accidē tales non radioſe multiplicatas ⁊ p̄ illas videre. et tñ non negaſ illas ꝑmas eē intētiones ꝓ eo q̄ ſimpliciter ſunt ſimilitudines illo⁹ p̄imo⁹ colorum gi gnentiū. ita in ꝓpoſito. vnde hec eſt falſa. illud qō ē intētio obiecti viſibilis nō eſt viſibile. ſed iſta ē vera. oīs intētio non tñ ē viſibilis. ſed ēt rō videndi. vnde forma illuminās lumā lumē eſt ⁊ nō lux. q̄ nō eſt corpus terminatū in luna. ⁊ tñ eſt ſenſibilis ⁊ ſpecies lucis. ſimiliter per Ariſt. in de ſenſu ⁊ ſenſato. fulgor emiſſus ab oculo moto in tenebris viſibilis eſt. ⁊ tñ eſt ſpēs lucis tñ.

li. 7. ſ. gen. ad traz. c. 15.

Ad argumēta Ad p̄imū dico quod Aug. accepit ibi lucē ꝓ corpore ſubtili. puta forte ꝓ igne q̄ ē corp⁹ ſubtilius in mixto. vel ꝓ aliquo corpore ſubtili multū cōueniente cum igne in natura. ſicut ⁊ ſcriptura dicit lucem factā fuiſſe prima die. nō q̄ tunc fieret accidēs ſine ſubiecto. ſed tūc fiebat corpus luminoſum cuius forma notior erat lux. ⁊ ideo deſcribit ſubiectū ignotū per terminū notiorē. Ad ſecūdū dico q̄ alterans in fine alterationis generat. nō aūt illa qualitas qua alterauit. Ad tertiū dico q̄ iſta ſūt metaphorice dicta de lumine. ſicut ꝑz per Aluic. 6. naturaliū. nō enim aliquid idē ꝓcedit recte quaſi motu locali. ⁊ tñ quādoqz obliquaſ frangēdo vel refrāgendo. ſed q̄ñ virtus actiua nō eſt totaliter exhauſta. i. nō tñ cāuit quantū p̄t cāre. tunc vlteri⁹ ſi nō p̄t ꝑm lineā rectā agere ꝑm quā natura marie agit quia illa eſt breuiſſima ⁊ efficaciſſima ad opandum agit ꝑm aliā lineā iſti ꝓpinquorem. ⁊ hoc fractaz vel reflexam. ſi nihil p̄t agere vlterius reagēdo i idez paſſum in qō prius egit cāndo tñ ibi cū illo ꝑus cauſato aliqd ſimplr imperfectius. Et ſi obijcias q̄ cū pfectiori cauſato priori nō p̄t eē cātum imperfecti⁹ poſterius. ⁊ ita cū toto medio illuminato radio primario non p̄t eē lux. nec etiā cū medio illuminato radio recto p̄t eē radius reflexus. Dico q̄ falſitas ꝯcluſionis apparet ad ſenſum. ꝑz enim ſi radi⁹ ſolis incidat in aquam ⁊ reflectaſ in aliquē locum tenebroſum. vbi nō eſt radius rectus ſenſus dicē reflexionē fieri vſqꝫ in locū illū tenebroſum. nō autez illis fieret niſi prius eēt radius reflexus in medio illuminato radio recto. eodē modo dicit ſenſus lumīs ſecūdariū ſiue ſpēm luminis primarij diffundi a lumine p̄mario ꝓtinuato alicui corpori opaco vſque ad oculū. alioqn nō videret illud lumē primariuz ⁊ tñ p totū illud mediū eſt lumē p̄marium. Tūc ergo illa ꝓpoſitio ē neganda vbi ē forma pfectior ibi non p̄t multiplicari aliqua impfectior ſiue ſpēs q̄ ſit forma impfectior. Ad alia que ſunt cōtra ſpēz ſiue intētionē dico q̄ ad p̄imum q̄ oē accidēs forte poſſet denoiare ſubiectū ſuum in quo eſt ſi eēt denominās uel nomē impoſitum quod ſignificaz denominationē conuenientē forme reſpectu talis ſubiecti. hoc modo nō eſt denominatiua ꝓpoſitū a ſpeciebus colo⁹. q̄ denominatiua impoſita a coloribus denominat ſubiectū habēs colores ſm eē reale. ſi autem eēt denominatiuum impoſitū q̄ denominaret ſubiectū habere formā ſm eē intentionale

Dic deus oēm creaturā ſicaia oēz corpoream creaturaz nāe dignitate pcellit p lucē tñ ⁊ aerē q̄ i ꝓquo qz modo pcellentia ſūt cōpora magis q̄ hnt facied̄i ꝓpulētiā ſicut humō ⁊ tra tāqꝫ p ea que ſpūi ſiliora ſūt corp⁹ ad miſtrat Et i ꝓn⁹ ti. dic̄ q̄ aīa agit i mēbris corpis ſicut i organis et nihil eorū ē ipa. ſꝫ vnificat ⁊ regit oīa ⁊ pb̄ corpori ꝓſulit ⁊ hunc vite i q̄ fact⁹ eſt hō i aiaz viuētē.

non ſm eſſe reale bñ poſſet mediũ denominari a tali nomine albi. ⁊ tale eſt impoſitũ a lumine. ⁊ forte magis hic q̃ in coloribus ꝓpter maiorem pfectionem ⁊ euidẽtiam huius intẽtionis q̃ aliarũ intentionum uiſibiliũ. Quod additur ſecũdo de oppoſito dico q̃ lumẽ ynũ non excludit aliud lumen alterius rationis. ſicut lumẽ ſolis nõ excludit lumẽ lune ĩ eadẽ parte medij uel alterius ſtelle. ſicut nec ſpecies nigri excludit ſpẽm albi uel ecõuerſo. in eadem parte medij. ſed ſicut lumẽ quodcũq̃ excludit a medio tenebrã q̃ eſt eius ꝑuatio non cõtrariũ uel deſperatum. ita ſpẽs cuiuſcũq̃ coloris excludit ꝑuatiõẽ illius coloriſ in medio. Ad tertiũ ꝓcedo q̃ res eſt ⁊ effectũ reale habere põt. non tñ ita res q̃ nõ poſſit eſſe intẽtio. qr cũ rõne ſua ſtat q̃ ipſa per ſe ſit rõ tendendi in obm. ⁊ hoc ſufficit ad rationem intẽtiõis. Quod aũt totus radius gignat immediate ab ipſa luce. ⁊ nõ pars radij a parte ꝓbat. qr ſi ponat q̃ lumen in aliqua parte medij gignat lumẽ er ſe glubet punctus lucis multiplicat ſe ſperice. qr omne actuum naturale agit in mediũ circũſtans ſperice ſi ſit ex omni parte eque diſpoſitũ. ⁊ ſi habeat opacũ in ſtans ex yna parte ſui ſaltẽ multiplicat ſe emiſpice. ergo eodẽ modo ſi lumẽ eẽt gignẽs reſpectu alteri⁹ luminis ex quo nõ hz opacũ impediẽs ex aliqua pte ſui ſperice ſe multiplicat. ⁊ ita ſicut lumẽ ꝓncipale gignit aliud lumẽ viterius ſecũdariũ indirectum. ita gigneret ex omni parte radij diſtantis quod eſt contra ſenſum. ¶Preterea aliq̃ luminare põt agere i diſtans localiter. qr ſi nõ poſſet agere niſi vbi ẽ localiter tantũ poſſet illuminare aliq̃ indiuiſibile. q̃ ſi ꝓns eſt in rõne agẽtis alicui diſtãti localiter. ergo et pari rõne toti medio vſq̃ ad tantã diſtantiã quantã ſufficit virtus eius. ⁊ ſi ꝓns ẽ illi toti ⁊ põt in toto cãre lumẽ. ergo cauſat. qr ipm lumẽ genitũ ab ipſo dato q̃ poſſet cauſare aliud lumẽ. tñ luminare ꝓns eſt maioris virtutis q̃ lumen genitũ. ⁊ ita ꝑuenit ipm lumen in agendo in partẽ remotam.

Iſta ẽ diſtinctio. xii. huius

ſecũdi libri. In qua magiſter poſtq̃ egit de ope creationis qñ factum eſt añ oẽm diem. agit de ope diſtinctionis quod factum eſt in ꝓmo die. ſ. de lucis ꝓductione. Et tria facit. Nam ꝓmo agit de lucis actuali ꝓductione. Secũdo de ꝓducẽtis locutione. Tertio de cuiuſdam ꝓpoſitionis exp̃one. ¶Primus facit a ꝓncipio diſtinctionis vſq̃ ibi. ¶Preterea inueſtigandũ. Secũdũ ab inde vſq̃ ibi. ¶Dic queri ſolet. Tertiũ vſq̃ ad finẽ diſtinctionis. In ſpũlu ſentẽtia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarũ prima eſt hec. Deus prima die fecit lucẽ diſtinguẽdo tempus in diẽ ⁊ noctẽ. ¶Hanc magiſter ꝓbans ꝓponit q̃ ꝓmum a quo oĩum reruz ꝓncipiũ incepit fuit lux. ⁊ hoc cõgrue qr lux cetera habet manifeſtare Circa quod vlterius mouet tres queſtiones. quaz prima eſt. Utrum lux illa prima die diſtincta vl ꝓducta fuerit coꝛporalis vel ſpũalis. Et reſpondz q̃ vtroq̃ modo accipi põt. Si aũt accipiaſ ꝓ luce ſpirituali. tunc ſignificat formationem angelice nature p gram gratũ facientẽ. que vt ſupra dictũ eſt quo dãmodo ſub noĩe celi fuit ꝓducta. Si autem ꝓ luce corporali accipiaſ tunc ſupponit ꝓ aliqua nubecula lucida de ꝓiacenti materia formata ⁊ ꝓducta. Tunc ſecũda queſtio eſt. Ubi facta fuerit lux illa. Et rñdet q̃ ibi vbi ſol iam moueſ. imo lux illa vicẽ ſolis in tribus primis diebus tenẽs motu ſuo diez et noctem faciebat. nec ab aquis impediebaſ ne lucere. ꝓpter raritatẽ aquarũ tũc vnde ⁊ nũc quando ꝓ olei imiſſionẽ aqua rarificaſ quodãmodo illuſtraſ. quare naute in ꝓfundo maris ſe immergẽtes mittunt ex ore ſuo oleũ ad centrũ ſeu ꝓfundum maris. ⁊ ſic aque clariores fiũt. Et ſubdit ibidẽ q̃ dies põt accipi diuerſimode. ſ. vel ꝓ ipſa luce que ĩ illo triduo tenebras illuminabat. vel ꝓ ipſa illuminatione aeris. vel ꝓ ſpacio vigintiquattuor horarũ. Tertia queſtio eſt. Quare ſol factus eſt quarto die ſi lux illa ꝑma die ꝓducta ſufficiebat ad dies faciendũ Et reſpondet q̃ lux illa tñ ſuperiores ꝑtes illuminabat. ⁊ tñ non ita clare ſicut nũc ſol. ideo congruit ſolẽ fieri ad lucis clarioris diffuſionem. Et ſubdit q̃ corpus ſolare formatum eſt de illa luce vel inſeparabiliter habet eam ſibi cõiũctã. Secũda ꝓpoſitio eſt hec. Deus non tp̃ali vocis ſono. ſed verbo ſic ab eterno dixit oĩa efficiendo. ¶Hanc magiſter ꝓbãs querit qualiter deus dixit. fiat lux. ſ. an hoc temporali ſono ꝓtulerit. vel ab aliquo alio modo. Et reſpondens dicit ſm Aug. q̃ nõ tp̃aliter qr dato q̃ ſic tũc deus fuiſſet locutus mutabiliter. nec etiam ſono vocis coꝛporaliter cũ deus careat inſtrñs naturalibus qbus talis ſonus hẽat cãri. Sed in vbo ſono ſibi coeterno dixit. fiat lux. i. verbũ genuit intemporaliter in quo erat diſpoſituz ab eterno. vt fieret lux in tempoꝛe ⁊ iam in eo factuz eſt. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Quãuis ſm ſcripturã deus operatuſ ſit per filiũ. nõ tñ vt per miniſtrũ ſed ꝓ illũ quẽ genuit ſibi coequalẽ ommũ opificẽ. ¶Hãc ꝓpoſitionem magiſter ꝓbãs q̃rit. quomodo pater dicit operari per filiũ vel in filio. ſicut per miniſtrũ. ⁊ qr hoc eſt erroneũ. Ideo dat duplicẽ intellectũ catholicũ huiꝰ ꝓpoſitionis. ¶Primus ẽ q̃ qñ ꝓ dr opari ꝓ filium ſeu etiã ꝓ ſpũm ſcñ ſignificet inſeparabilis opatio ꝑſonarũ cũ auctoꝛitate. ꝓ exinde ꝓuenit qꝑ dicitur opari ꝓ filiũ ſed nõ ecõtra. qr filius non hz reſpectu ꝑris auctoꝛitatẽ principij. ſicut pater reſpectu filij. Secũdus ẽ q̃ pater dicit opari ꝓ filiũ. qr filium genuit opificem. Et tñ in ſpeciali.

De opere ſecunde diei qua factum eſt firmamentum.

dñi. XII

Dixit quoq̃ deus fiat firmamẽtũ in medio aq̃rum ⁊ diuidat aquas ab aq̃s Diuiſitq̃ aquas que erant ſub firmamento ab his que erant ſup firmamentum. Sciendum eſt q̃ illius celi deſcribitur hic creatio. ſicut ait Beda ſuper Gene. in quo fixa ſunt ſidera cui ſuppoſite ſunt aque in aere ⁊ in terra. ⁊ ſuperpoſite alie. de qbus dicitur. Qui tegis aq̃s ſuperioꝛa eius In medio ergo firmamẽtum eſt. ideſt ſydereum celũ. quod de aq̃s factum eẽ credi põt. Cryſtallinus enim lapis cui magna ẽ firmitas ⁊ perſpicuitas de aq̃s factus eſt. Si quẽ vero mouet. quomodo aque nature fluide ⁊ ſi mma labiles ſuper celum poſſint cõſiſtere deo ſcriptum eſſe meminerit. Qui ligat aq̃s in nubibus ſuis. Qui enim infra celum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium retentas. poteſt etiam ſuper celi ſperam non vaporali tenuitate ſed glaciali ſoliditate aquas ſuſpendere ne labantur. Quales autem et ad quid condite ſint ipſe nouit qui cõdidit. Ec ce oſtenſum eſt his verbis quod celuz factũ

Beda. q̃ celuz dr creari.

De q̃ mã ſit factum illõ celũ.

Quõ aq̃ põt eẽ ſuper celũ ⁊ q̃les ſit ille aq̃

ſ.illud in quo ſunt fixa ſidera.ideſt quod excedit aerem.⁊ de qua materia ſcilicet de aqs ⁊ quales ſint aque que ſuper illud celum ſunt ſcilicet vt glacies ſolidate.

Alij putant celum illud eſſe ignee nature quibus conſentit Auguſtinus.

Quidam vero celuz quod excedit aeris ſpacia ignee nature dicunt. aſſerentes ſuper aerem purum ignem eſſe qui dicitur eſſe celum. de quo igne ſidera ⁊ lumināria facta eſſe coniectant. Quibus auguſtinus conſentire videtur. Utrum vero nomine firmamenti celum quod excedit aerem an ipſe aer hic intelligatur. idem Auguſtinus querit nec ſoluit. Ad agis tamen approbare videtur celum illud hic accipi quod ſpacia aeris excedit. Aquas autem que ſuper illud celum ſunt dicit vaporaliter trahi ⁊ leuiſſimis ſuſpendi guttis. Sicut aer iſte nubiloſus exalatione terre aquas vaporaliter trahit. ⁊ per ſubtiles minutias ſuſpendit ⁊ poſt corpulentius conglobatas pluuialiter refundit. Si ꝙ poteſt aqua ſicut videmus ad tantas minutias peruenire vt feratur vaporaliter ſuper aerem aquis naturaliter leuiorem. Cur nō credamus etiam ſuper illud leuius celum minutioribus guttis ⁊ leuioribus immanare vaporibus. ſed quoquo modo ibi ſint. ibi eſſe non dubitamus.

Auguſtinus ſup Geñ.

Que ſit figura firmamenti.

Queri etiam ſolet cuius ſigure ſit celuz. Sed ſpiritus ſanctus q̄uis auctores noſtri ſciuerint per eos dicere noluit. niſi quod proſit ſaluti. Queritur etiam ſi ſtet an moueatur celum? Si moueatur inquiunt quomodo eſt firmamentuz? Si ſtat. quomodo in eo fixa ſidera circumeunt? Sed firmamentum dici poteſt nō propter ſtationem. ſz propter firmitatem vel terminum aquarum intranſgreſſibilem. Si autem ſtat. nihil impedit moueri ⁊ circumire ſidera.

Utrum ſtet an moueatur celū

Quare dicatur firmamentuz

Quare tacuit ſcriptura de opere ſecunde diei quod in alijs dixit.

Poſt hoc queri ſolet quare hic non eſt dictum ſicut in aliorum dieruz operibus. vidit deus ꝙ eſſet bonum. Sacramentum aliquod hic cōmendatur. Ideo.n. fortaſſis non eſt hic dictum quod tamen ſicut in alijs factū eſt. qz binarius principium alteritatis eſt ⁊ ſignum diuiſionis.

De opere tertie diei quando aque cōgregate ſunt in vnum locum.

Sequitur. Dixit deus. Cōgregentur aque in locum vnum ⁊ appareat arida. Tertie diei opuſ eſt congregatio aquarum in vnum locum. Congregate ſunt enim omnes aque celo inferiores in vnam matricem. vt lux que preterito biduo aquas clara luce luſtrauerat: in puro aere clarior fulgeat. ⁊ appareat terra que cooperta latebat. ⁊ que aqs limoſa erat fieret arida ⁊ germinibus apta. Eodem enim die protulit terra herbam virentem lignumq; faciens fructum. Si autez queratur vbi congregate ſint aque que totuz texerant ſpacium vſq; ad celum. Potuit fieri vt terra ſubſidens concauas partes prebere vbi fluctuantes aquas reciperet. Poteſt etiam credi primarias aquas rariores fuiſſe que ſicut nebula tegerent terras. ſed congregatione eſſe ſpiſſatas. ⁊ ideo facile in vnum poſſe redigi locum. Cumq; multa conſtet eſſe maria ⁊ flumina. in vnum tamen locum dicit aquas congregatas propter continuationem omnium aquarum que in terris ſunt. qz cuncta flumina ⁊ maria magno mari iungūtur. Ideoq; cum dixerit aquas congregatas in vnum locum. deinde dicit pluraliter. congregationes aquaruz propter multifidos ſinus earum quibus omnibus ex magno mari principium eſt.

Beda.

Vbi cō gregate ſūt aq̄

Quomō oēs aq̄ ſint i vnum locum congregate cuz multa ſint maria ⁊ flumina

Circa diſtinctionez

c decimāquartā. quero primo. vtrum corpus celeſte ſit eſſentia ſimplex. Reſpondeo alia videt reſponſio danda ſ theologos. alia ſm philoſophos. ſm intentionem phi cum omnis potētia paſſiua mere ſit potentia contradictionis ex. 9. metaphy. ⁊ ibidē cuz quodcūq; ſempiternū ſit neceſſariū. ⁊ ita nullo modo in potētia contradictionis ⁊ celū ſm ipſuz ſit ſempiternum ſequitur ſm ipſuz ꝙ nihil ſit in ipſo quod ſit in potentia cōtradictionis vel corruptionis. ⁊ per cō ſequens nec habens materiā. qz ſi haberet materiaz eſſet formaliter corruptibile. ſicut ignis. dato.n. ꝙ non eſſet aliquod agens extra quod poſſet ipſum corrumpere. qz non haberet contrariuz hoc nō tolleret quin intra haberet principiū corruptionis. ſ. materiā qua res poteſt eſſe ⁊ non eſſe ſicut ignis. ⁊ in hoc videtur ille Auer. in tractatu de ſubſtantia orbis melius habere intentionez philoſophi quaz alij ponentes in celo materiā. Ad oſtendendum tamen incorruptibilitatez celi ex ſe que hic ſupponitur oportet procedere ſm viaz Ariſt. primo ce. ⁊ mun. ⁊ in hoc oſtendere qz nō ſit alicuius nature elementaris. qua incorruptibilitate oſtenſa oſtendet carentia materie. niſi forma incorruptibilis poſſz neceſſario actuare materiā poſſibilē de ſe carere illa forma. ita ꝙ habitudo non eſſet vtriuſq; neceſſaria. ſed tantuz ex parte forme econuerſo. quantum eſt ex parte materie eſſet contingens. quare non eſt ſimile de neceſſaria inherentia alicuius accidentis ſubiecto vbi neceſſitas non eſt ex parte vtriuſq; extremi. Quod ſi dicatur materiam illaz non eſſe eiuſdez rationis cum materijs receptiuis diuerſa

rũz formarũ.ꝛ ideo non posse quantuz est ex se transmutari ab vna forma ad aliaz. ¶Hoc videtur inconueniens. Et primo quidẽ quia tunc essent due materie prime alterius ꝛ alterius rõis. ꝯsequens est falsuz. ergo ꝛ antecedens. probatio falsitatis cõsequentis. non sunt duo fines primi nec duo efficientes primi alterius ꝛ alterius rationis. ergo nec similiter due materie prime alterius ꝛ alterius rationis. Itez videtur difficile assignare vnde sit ista alteritas rationis in hac materia ꝛ in illa. Secundo data hac alteritate saltez ista materia est in potentia ad hanc formã. ꝛ ad priuationez huius forme. ita ꝙ ista materia de se est in potentia contradictionis. licet non ponatur in qua potentia forme est nunc autẽ non est materia per se ratio corruptibilitatis inquantũ est in potẽtia ad formam aliaz ab ea quaz habet. sed inquantũ est in potẽtia ad priuationez forme quã habet. Similiter pbs non ponit materiã nisi propter potentialitatẽ ad mutationez in celo nõ est potentialitas mutationis nisi ad vbi.

Si dicatur ꝙ materia in celo non est in potentia contradictionis. ꝙ forma eius complet totum suuz appetitum. Contra. nulla forma complet totuz appetitũ materie sue respectu alterius forme nisi det actuz opposituz priuationi illius forme. forma celi non dat actuz opposituz priuationi cuiuscũque forme alterius a se. puta forme ignis. ergo priuatio forme ignis ibi manet. probatio mi. nulla forma dat actum opposituz priuationi cuiuscunqz forme nisi in se contineat omnes formas saltẽ virtualiter. sed forma celi nõ sic cõtinet omnes formas. ꝙ non aiam intellectiuã. Ex hoc sequitur vlterius quod ſm pbos celuz non posset esse animatũ formaliter. quia tunc vel celũ erit essentialiter anima tantum. ꝛ hoc intellectiua. quia ipsi nõ posuerũt ibi animã nisi intellectiuã. ꝛ ita solus intellectus erit quantus. quod nõ est intelligibile. quia celuz vt pz est quantũ formaliter. vel preter animã que est de essentia celi erit aliquid aliud per se perfectibile per animam. ꝛ ita erit ibi potentia passiua. ꝛ potentia contradictionis. ꝛ ita celuz nõ erit sempiternum ꝛ necessariuz. vnde siue philosophus siue cõmen. ponat celũ animatũ formaliter anima que sit per se de essentia celi videt statim recedere a prĩa positione prehabita. Quicquid sit de auer. non dicamus Arist. recessisse a positione ꝑma. nec verba eius cogunt hoc sibi imponere. ꝙ vbicunqz vocat animã celi exponatur quantũ ad conditionem qua anima est motrix. non qua est forma. ꝛ illa aia est intelligentia ꝓpria motiua huius orbis cõiũcta huic vt motrix propria. talis nõ est nisi vnica vniꝰ. Ita probaretur ab Aluic. qui plane distinguit inter primã inteam productaz ꝛ animaz primi orbis. sed na est necessitas tante pluralitatis. ¶Pro hoc est philosophus. 8. phy. qui motũ ex se distinguit i duo quorũz vnuz est motuz tantũ ꝛ reliquuz mouens tãtuz illud distinguibile est composituz ex duobꝰ vnitis. s. mouẽte ꝛ mobili. ꝛ hoc vere mouet ꝛ illud vere mouetur. sed in nobis anima non mouet sed est ratio mouendi tantuz. ideo mouetur per accidens ꝙ est forma moti. ibi autem mouens nec per accidens mouetur. nec ſm se.

Secundum theologos ponẽda ẽ materia ibi. ꝙ illud chaos quod ponitur ab eis attigisse vsqz ad celũ empireuz erat materia omnium corporaliuz cõtentorũ a celo empireo. ꝛ etiã ponetur materia secunduz se ꝛ quantũ est se eiusdez rationis in quocunqz. ꝛ ita habent ipi discordare a philosopho in hac propositione. celuz est necessariuz ꝛ incorruptibile. quantuz enim est ex

natura sua esset simpliciter corruptibile. ꝙ sibi inesset illa potentia ad contrariũ. ꝙ tamen forma celi nõ habet contrariũ potens vincere istaz formam ideo non potest corrumpi ab agente naturali a quo recipiat istã formã vel etiã corrumpi in ignẽ vel aquaz. Sed tunc videtur ꝙ saltẽ celũ posset corrũpere ꝛ cõuertere ignẽ in celũ. ꝙ virtus actiua celi excedit formã ignis ꝛ est a forma celi. est etiã capax forme celi. ergo potest transmutari ad esse tale ab agente tali. Forte celũ non potest alterare elemẽtuz ad qualitates cõuenientes tali corpori celesti. ꝛ tamen forma illa in tantũ dominatur illi materie vt non possit ab aliquo alterari recipiẽdo peregrinas impressiones. ꝛ per ꝑns nec corrumpi. Quãtuz ad aiationẽ videt esse dubiũ. ꝙ Aug. in ench. c. 42. vel. 43. loquit dubitatiue. nec illud certũ habeo vtrũ ad ciuitatẽ supernã ptineat sol ꝛ luna. ꝛ aiata sidera ꝗzuis nõnulla corpora lucentia nõ tamen intelligentia videant. Si sint aiata celestia corpora pertinẽt ad societatez angelorz eorũ aie ibidem.

Silr. 2. sup gen. c. vltº. ꝛ prio retractõuz. c. 18. quere vbi facit mẽtionẽ de eo qđ dr. c. 5. Celos eẽ aiatos libris sanctis. siue veteris testamẽti. siue noui nullomodo põt esse aduersuz. videtur dicere celuz habere animã. qđ. c. 10. dicit nõ retractat tanq̃ falsuz vbi dicit animal esse mundũ istũ nec auctoritate nec ratõe indagare potuit. nõ tamẽ propter hoc negat. vnde videt manifeste ꝙ in nullo libro scripto ante libꝝ retractatõum asseruit qđ in libro retractatõum retractet. ergo illa auctoritas que adducit de li. Aug. de agnitõe ve vite nihil valz q aũt dic celos eẽ rõales ipi merito sũt irrõales. oñdit ẽt illũ libꝝ nõ eẽ Aug. vl ꝙ illũ fecerit post libꝝ retractatõum. ꝙ nusq̃z vr Aug. asseruisse qđ in li. retractatõum est negatũ. Sed alius grecus. s. Dam. asseruit celos nõ esse aiatos. rõ ad hoc ponit. quia illa anima frustra vniret tali corpori. ex quo nõ habet sensuz. nec per ꝯsequens aliquã perfectionẽ ex corpore acquirit. Sed illud nõ videt ꝯgrue dictuz vt potentia vniat materie vt perfectõem accipiat a materia. sed magis vt perfectionez cõicet materie. ĩmo ꝓncipalius vt ex eis totũ cõpositũ sit perfectuz. Rndeo forma vnita materie ab ea recipit aliquã perfectõem. alioquin anima beata frustra vniret corpori. ex quo ex corpore non acquiret perfectõem. Breuiter si celi sunt animati hẽ est creditũ ꝛ nõ rõne conclusuz. ꝙ nulla est conditio in corpore illo ita perfecto manifeste apparens repugnare animatõi corporis. hoc de isto.

Jdẽ sẽtit basilius. ¶Hie. vz dze celos aiatos supra illõ eccle. pꝰ lustrãs vniuersa tra p circuituz pgit spiritus origẽ. iõ sentit. Anar. ut augº. refert. viij de ci. dr fcũs ẽ reus apud athe. ꝙ dixit solẽ eẽ lapidẽ ardẽtẽ. negãs vtiqz ipz esse deũ. vl aliqđ aiatũ. platonici vo posuerũt corpa celestia aiata.

Quere tho. pª p te. q. 70. ar. 3.

De opere quarte diei quando facta sunt luminaria.

Sequitur. dixit deus. Fiãt luminaria in firmamento celi. ꝛ diuidant diem ac noctem. In precedenti triduo dispositа est vniuersalitatis huius mundi machina ꝛ partibus suis distributa. Formata enim luce prima die que vniuersa illustraret. duo sequẽtes dies attributi sunt supreme ꝛ infime parti mundi firmamento. s. aeri terre ꝛ aque. Nam secunda die firmamentuz desuper expansum est. Tertia vero aquarum molibus inter receptacula sua collectis terra ẽ reuelata atqz aer serenatus. Quattuor ergo mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt ꝛ ordinata. Tribus autẽ sequentibus diebus

Qđ triduo ꝓcedẽti fcã ẽ dispositio ꝛ distinctio q̃tuor elemẽtorũz ꝛ triduo seq̃nti ornatus est mũdus.

ornata sunt illa quattuor elementa. Quarta enim die ornatum est firmamentuz sole ⁊ luna ⁊ stellis. Quinta aer in volatilibus ⁊ aque in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta ⁊ reptilia ⁊ bestias. post que omnia factus est homo de terra ⁊ in terra. non tamen ad terraz nec propter terraz. sz ad celum ⁊ propter celum.

Ante alia de ornatu celi agitur sicut prius factum est.

Quavtilitate facta sunt ei lumiaria.

Quia ergo celum ceteris elementis speciem prestat. priusqz aliis factū est. ideo ante alia ornatur in quarto die quo fiunt sidera. Que ideo facta sunt vt per ea illustretur inferior pars ne esset habitantibus tenebrosa. Infirmitatiqz hominuz prouisuz est vt circumeunte sole potirentur homines diei noctisqz vicissitudine propter dormiēdi vigilandiqz necessitatem. ⁊ ideo ne nox i decora remaneret. sed luna ac sideribus consolarentur homines quibus in nocte operandi necessitas incumberet. ⁊ quia quedam animalia sunt que lucē ferre non possunt. Quod autez subditur. Et sint in signa ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos. quomodo accipiendū sit queri solet: Ita enim dictuz videtur quasi quarto die cepissent tempora. cum prius triduuz sine tempore non fuerit. Ideoqz tēpora que fiunt per sidera non spacia morarum sed vicissitudinem aeree qualitatis debemus accipere. quia talia motibus siderum fiunt. sicut dies ⁊ anni quos vsitate nouimus. Sunt enī in signa serenitatis ⁊ tempestatis. ⁊ in tempora. qz per ea distinguim⁹ quattuor tempora anni. scilicet ver. estatem. autumnuz hyemez. Uel sunt in signa ⁊ in tempora. id est in distinctionez horarum. quia priusq̄ fierent. ordo temporum nullis notabatur indicijs vel meridiana hora vel qualz hora. Hec quarta die facta sunt.

Quo accipiēdū sit qđ ait vt sint i signa. ⁊ tēpora.

Secundo quero de motu celoruz vtrū aliquod sit celuz mobile aliud a celo stellato. q̄ nō geñ. io. dicit de stellis. q̄ posuit eas de us in firmamento celi. ꝯ omnes stelle sunt in vno firmamento. Similiter per rationē continuū est cuius motus est vnus ſm plm 5. metaphy. motus aūt cuiuscunqz celi inferioris vnus est in celo superiori. quia quodcunqz celuz inferius si ponatur mouet motu diurno. ⁊ etiā. alijs motibus proprijs celi superioris si ponat alijs ergo qđlibet inferius si ponat est continuū cū toto celo superiori. Itez totū celuz pter stellā a se. ⁊ ſm se ē vniforme. ergo propter ipm nō esset ponere aliquem mo^m. quia idez facit vna pars ps qđ alia. non est ergo necessarius motus nisi motus stelle. sed mot⁹ stellarū proprij vident posse saluari in vno celo. sicut ⁊ multi motus proprij possunt saluari in aqua vel aere. ergo ⁊c. Oppositū stelle diuersimode mouent. ergo habent diuersos celos. quia si nō stellē monerent ꝓprio motu suo siue motu orbis. ⁊ ita vel esset in celo vacuuz vel scissio orbis vel duo corpora simul.

Ad videndum de numero celorū primo ostendēdū est illō in quo omnes astrologi concordant. Secundo videndū est de illo in quo alij ab alijs discordant.

Quantum ad primum hoc supponendum quod nulla stella habet ꝓpriuz motū localē. s. q̄ moueat motu alio ꝙz motu orbis in quo locatur. si. n. ipsa ꝓtez illaz orbis in qua est relinqueret aliquādo. ⁊ ad aliquā aliaz partez moueret. vel sibi nihil succederet. ⁊ ita esset vacuuz vel aliquid aliud sibi succederet. ⁊ ita corpus celeste esset refactibile ⁊ cōdensabile. vel posset scindi. ⁊ recedente corpore scindente rursuz continuari vel si nulluz istoz concedat sequitur q̄ stella mota semper sit simul cuz alio corpore mouēte. hec est intentio Ari. 2. de ce. ⁊ mun. Si natura dedisset virtutē progressiuā. ⁊c. Hoc supposito sequitur q̄ quecunqz stelle non sint inter se eque distantes nō sunt in eodē celo. nā distātia alia ⁊ alia diuersis tēporibus nō potest esse per proprijū motū stelle. sed tantū per motū celi in quo ipsa est. ⁊ si distet difformiter stella a stella. ergo celuz huius difformiter mouetur a celo illius. ⁊ ita aliud est celuz huius ⁊ illius. mouent aūt. 7. stelle difformiter ita q̄ nō semper eque distant a stellis illis fixis. que ideo dicunt fixe. qz semper inter se eque sunt distātes. ⁊ eundē situz ⁊ figuram seruantes. ⁊ ideo respectu omnium illarum fixaruz nō oportet ponere nisi vnuz celuz. nec ille septez inter se semper eque distant. Ista duo de inequali distantia planetaz iter se ⁊ ad alias que dicuntur fixe supponant ꝑm considerationē astronomoz. possibile est. n. de locis planetarū certificari per instrumēta de quoz vno. s. armilaro vel annullaro tractatur ꝑtolomeus in almag. di. 5. c. 2. Et si obijciatur q̄ radius visualis frangitur propter diuersitatē modoz̄. ⁊ ideo nō certificatur de vero loco stelle. saltem certificabit de loco visuali stelle. ⁊ si stelle ꝑm locū visibilem coz equaliter distent. ergo ⁊ ꝑm locuz verum. qz loca visibilia nunc ⁊ tunc proportionabiliter se habent ad loca coz vera nūc ⁊ tunc. aut saltē nō ita improportionabiliter vt posset esse tanta distantia locoz visibiliuz sine aliqua distantia locoz̄ verorū. ⁊ ista distantia sufficit ad propositum. Ad minus ergo preter celū quod ponitur oīum stellaruz fixarū que semper vniformiter distant ponuntur. 7. celi proprij. 7. planetarū qui difformiter mouēt ⁊ ab istis ⁊ inter se sunt. ğ. 8. celi. Ulterius etiā cōmuniter conceditur nonuz celuz superius celo stellato. qz vnius corporis celestis tantū est vnus motus ꝓprius. motus autē diurnus nō est motus proprius celi stellati. cum illud celuz moueatur alio motu sicut probatuz est ex cōsideratiombus. nec. n. quecunqz stella fixa semper eque distat a pollis īmobilibus. nec etiaz semper in temporibus equalibus eque distat a capitibus arietis ⁊ libre. ergo iste motus diurnus est proprius alicuius alterius corporis. ⁊ nō nisi superioris. qz hoc motu mouet celū octauū non autē mouetur aliquod celū motu proprio alterius nisi illud alterū sit superius. Erit ergo aliquod mobile qđ vniformiter mouetur motu diurno superius celo stellato. hoc dicit Aluic. 9. metaphy. ⁊ ꝑtolome⁹ in almag. quere.

De secundo in quo nō ꝓcordant oēs tractantes de ista matia dubiū est an sufficiat vnū celū vnicuiqz planete. ⁊ sic sufficiat tm̄ ponere nouē celos. triplex qppe in motib⁹ planetaz apparet differentia. vna in latitudi-

ne.qz nõ semper planeta eque distat a polis īmo-
bilibus.alia in longitudine.qz diuersi nõ equaliter
percurrunt zodiacũ ʒ^a in eleuatione ⁊ depressione.
qz idẽ planeta quandoqʒ plus appropinq̃t ad centz
terre.quandoqʒ plus distat sicut probat ℘tolome
us in almag.qz circulus cuius diameter visualis
in longitudine longioz in longitudine breuioz est
tanta.apparet etiã de marte qui quãdo est in auge
apparet notabiliter parue quãtitatis respectu illi⁹
quã habet quando est in opposito augis.ꝑbaf etiã
de luna qz ipa ⁊ sole existentib⁹ eque prope caudã
⁊ caput dracõis nõ semper eclypsis eque durat.ſz
ꝙdoqʒ diutius quandoqʒ minus. hoc est impossi
bile nisi quia luna qñʒ plus qñʒ minus in vmbra
terre intrat.ita qꝫ vbi trãsit diameter lune diuti⁹
moraf vmbra pz eo qꝫ est diameter vmbre lon-
gioz quã alibi inf conũ.si etiã vlr negaref ista eleua
tio ⁊ depressio solis ⁊ lune.nec ex parte vnius nec
ex parte alterius posſz assignari diuersa quantitas
vmbre.semp.n. vmbra equa in altũ porrigeref.⁊
ibi esset equalis quantitas ⁊ semp luna quando eq̃
liter esset ꝓpe conũ eque esset inf ⁊ ꝓpe vmbrã.Ex
bis ⁊ alijs ꝓsiderationib⁹ ptolomei supponaf ele-
uatio ⁊ depressio. ℘rimas duas differẽtias.ſ.
longitudinis ⁊ latitudinis posset quis forte saluare
attribuendo planete vnũ celũ per exitũ poloz̃ illi⁹
celi.quõ nisus est Alpetragius saluaf in libello suo
de qualitate motuũ cellestiũ qui ponẽs polos celi
stellati exire polos noni celi.⁊ p ꝓsequẽs circa illos
polos īmobiles describere paruos circulos ponit
celũ octauũ sup suos polos.ſz nõ ꝓtrario motu mo-
ueri motui celi noni.ſz ad eandẽ partẽ. ⁊ qõ polus
octaui celi minus efficaciter recipit influentiã quã
ipſuʒ celũ nonũ.⁊ ideo ipse polus nõ ꝓplet circuluʒ
duʒ punctus aliquis in ce°.ꝑ° ꝓplet circulũ.⁊ quod
polus inferioris celi deficit a ꝓpletõe circuli vocat
intercisionẽ ꝓmã quã ꝑm eũ supplet motus celi in-
ferioris super illũ poluʒ.⁊ in celo octauo pfecte sup-
plet quantũ ad longitudinẽ.ſz quantũ ad latitudinẽ
necessario est differentia.nã polus exit polũ.nã mo
tus factus sup polũ celi inferioris ſz cõpleat motuʒ
celi illius circa polũ supioz̃. quãtũ ad longitudnez
tũ nõ põt esse verus circulus alicuius stelle mote i
celo inferioz.ſz spera qz nõ redit ad eundẽ punctũ
a quo incepit mot⁹. Ita vlr per diuersitatẽ poloz̃
quoꝝndã celoꝝ ab alijs ⁊ per intercisionẽ ꝓmaʒ ⁊
ſuppletõez eius.⁊ specialiter in quibusdã stellis per
hoc qꝫ nõ situanf in medio sui celi nitif dare funda
menta ad saluandũ differentias longitudinis ⁊ la-
titudinis in motib⁹ planetaꝝ.⁊ hoc nõ ponẽdo ali-
quod celũ inferius moueri ꝓ motũ celi superioris
qz talis.ſz ponendo celuʒ superius moueri ad eanꝺez
partez ad quã inferius.ſz tñ minus efficaciter.
qz naturale est qꝫ virtus recepta in aliquib⁹ adinui
cez ordinatis efficacius recipiaf in ꝓmioribus

Ista traditio satis videf cõsonare cũ principijs
naturalibus si possent per eaʒ saluari oĩa apparen-
tia ꝑm longitudinez ⁊ latitudinẽ.forte.u.p eaʒ pos-
sent saluari statões ⁊ retrogradationes.⁊ proceſſio-
nes planetaꝝ sicut ⁊ ipse nitif saluare in quibusdaʒ
polis in li°.suo. Sed tertiã differentiã vʒ eleua-
tionis ⁊ depressionis impossibile est saluare ponẽ
do omnes celos esse concentricos.quia tunc si pla
neta nõ exit celũ suũ.ſz tantũ partẽ sui celi ⁊ illa pars
celi sui qualitercunqʒ moueaf semper eque distat a
centro pz eo qꝫ totuʒ istud celuʒ circulariter rotatũ
est concentricũ.ideo vbicunqʒ stella fuerit semper
eque eleuabif ⁊ eque deprimef per respectuʒ ad
suuʒ celũ.⁊ licet nõ esset necessariũ ꝓpter duas pri-
mas differentias ponere ꝓcentricos ⁊ epiciclos ſz

℘tolomeũ ⁊ alios astronomos.tamen propter ter
tiã differentiã est necessariũ.Et hoc supponẽdo ad
propositũ concludif nulli planete sufficere ad mo-
tuʒ suuʒ vnicũ celũ. Accipiaf ḡ exempli gratia celũ
saturni si ponaf concentricũ mundo duʒ celũ octa-
uum sit concentricũ mundo moueatur celuʒ satur-
ni.succedit ḡ aux istius celi augis opposito si aux isti
us non intranit celuʒ stellatũ.qz duo corpora essent
simul.ſz tantuʒ attingebat oppositã augis.aut mi-
nus est distans a centro terre quã aux non attinget
superficiem concauaʒ celi stellati.⁊ ita erit ibi va-
cum ergo non põt vitari inconueniens de incisiõe
vel simlitate corpoz̃ vel vacuo nisi atribuendo cu-
iuslʒ planete ad minus tres celos circundantes ter
ram quoꝝm duo extremi valet superioz ⁊ inferioz
habeant superficies vltimas concentricas scilicet
superius conueram ⁊ inferius concauã'. habeant
autez ille due superficies alias duas valet superi-
us concauaʒ ⁊ inferius conueraʒ centricas mundo
⁊ inter illas duas superficies sit tertius orbis qui
dicatur deferens.centricus quidez terre.concen-
tricus autem illis duabus superficiebus deferen-
tibus ita quod illi duo reuoluentes ad quancunqʒ
partem moueantur non sequitur vacuum semper
enim spissioz pars vnius est contra partem minus
spissaʒ alterius.⁊ eꝑ°.similiter qualitercunque mo
ueatur deferens inter istos duos reuoluẽtes supe-
riozem ⁊ inferiozem ex motione eius non sequitur
vacuum nec scissio.quia superficies sunt ambe cõ-
centrice illis superficiebus inter quas continetur
⁊ mouetur.⁊ ita stella fixa parte vna illius defferen
tis qñʒ erit in auge quando scilicet illa pars deferẽ
tis in qua est ipsa directe supponitur spissioꝛi parti
inferioris reuoluẽtis.⁊ supponitur minus spisse p-
ti superioris reuolentis.quia tũc maxime distabit
a centro terre.erit autem stella in opposito augis
quando illa pars orbis deferẽtis ⁊ vbi ipsa fixa est
supponitur tenuisse parti superioris reuoluentis.⁊
supponetur spississime parti inferioris reuoluentis
quia tunc minime distabit a centro terre. Istius
imaginatio patet expressius in figura.


Alur.



Oppositum augis.

Ulterius cũ mercurius habeat deferens cuius
centruʒ mouetur ⁊ nõ circa terrã sicut centruʒ lune
sed ex vna parte describẽdo circuluʒ paruum.sicut
patet in almagestis sequitur qꝫ orbis deferẽtis non
sit concentricus reuoluẽtibus.supremo.ſ.⁊ ifimo.
⁊ ideo necesse est ad minus ibi ponere quinque or-
bes quattuor reuoluentes ⁊ quintum deferentez.

Theorica Mercurij.



Preter istos autē necesse est ponere epiciclos q nō sunt orbes circundātes terrā. sz parui orbes situati indeterminata parte orbiū circundantiū terrā. t hoc qr maior est elevatio stelle quandoqz qz alias que elevatio nō posset esse ex solo deferente. ꝓcessio etiā t statio t retrogradatio facilius saluant ꝑ epiciclū. sed qcquid sit de epiciclis saltē celi mobiles circundātes terrā erunt. 55. s. 33. planetax. t preter hos celū octauuz t celū nonuz. Ad argumentū ad ꝑmū dico q scriptura accipit firmamētū pro toto celo inter empireuz t elementa. Ad 2m dico qō illa cōformitas motuū nō ꝓcludit ꝓtinuitatez

Ad tertiū dico q nō pōt celū cedere stelle mote sicut potest aqua vl aer corpori impositō moto per ipsaz. qr corpus nāliter in corruptibile est naturalit indiuisibile. si sit incorruptibile tā ſm partes quaz ſm totū quale ponit esse celū. t ita nō pōt esse mot⁹ alicui⁹ in celo nō moto ꝑ aliqō agēs naturale.

c **Jrca tertiuz** scilicet vtruz stelle agāt in hec inferiora arguit qō nō ſm phz 7° phy. oportz mouens t motū esse sil vel ĩmediate vl mediāte me°. sz stelle t hec inferiora nō sunt simul. patz qr multū distāt. nec possunt esse quātū ad agere mediante medio. qr illud mediū esset aliqs orbis vel aliq orbes. hi⁹ aūt orbes nō recipiunt impressiones tales quibus. s. hec inferiora alterant t generant t corrumpunt. ℊ. Preterea si stelle agerent in hec inferiora cū ipse determinate agant t nō ꝓtingenter in istis inferiorib⁹ quantū ad motū t alterationē siue quantū ad generationē t corruptionē ipsoruz nō essz aliqua cōtingentia nec cōtingenter ibi aliquid eueniret.

Preterea si agerent in hec inferiora hoc esset per aliquē motū localez. vl per aliquā formā pmanētē nō primo modo quia mot⁹ localis nō est qualitas actiua nec ꝓncipiū agendi cū trāſit vbi fluens. t sic nō videt dicere formā absolutā sōalez nec accidentalez. nec etiā per formā permanentē sōalē vl accidentalē. qr tūc stante motu. s. si starent possent agere t per ꝓns stante celo t cessante motu possent esse alterationes. t hi⁹ mutationes t motus in istis inferioribus. qō est ꝺ Alri. qui vult q ꝑmo motu cessante impossibile est esse aliquē aliū inferiorē. Contra gen̄. ꝑmo dicit de stellis q posite sunt in firmamento vt sit in signa t tēpora. t nō soluz aeris t terre vt exponit materialiter. Preterea secūdo phy. dicit Alriſt. hō generat hominē t sol. Et secūdo de gene. dicit q motus solis in circulo obliquo est causa ꝓpetue gnātōis t corruptōis i istis inferiorib⁹. Ꝺ. rōe sic. si stelle nō hērēt aliquā actionē in hec inferiora frustra poneret varius motus in orbibus. nā orbis i se vniformis ē. t mot⁹ orbis vniformis. t iō oz varietatē effectuū reduci i varietatē nāe stellax.

Dico ad questionē q stelle habēt actionez in hec inferiora in elementa. in mixta in aiata t aiata irrōalia. Jn ela habent actionez duplē. t quo ad alterationē t quo ad generationez. Accedēte. n. sole t alijs stellis calidis ad zanith alicuius regionis elementa superiora. s. ignis t aer augent t inferiora. s. terra t aqua minuunt t ꝑuertunt in superiora. t eo°. recedente sole t accedētib⁹ stellis effective frigidis vt saturnus t mercurius accidit generatio eloy aque t terre. Et si dicatur q tūc spera aque erit aliquando minor aliquando maior. t etiā videt esse vacuum si non tantum augmentatur vnum esse vacuuz si non tantū augmēta tur vnū etiā qz tū aliud minuit. Dico q sicut accedente planeta. puta sole ad zanith vnius regionis generatur ibi per ei⁹ accessuz plus de igne t minuitur ꝺ aqua ita per eius recessuz ab alia regiōe generatur plus proportionabiliter de elementis frigidis t minuitur de calidis. t sic generat ibi equalitas quo ad totuz. Preterea 2° stelle habent actionē quo ad loci mutationē. superior. n. pars aeris fertur circulariter ad motū celi. qō pz. qr impressiōes ignite vt comete. t hi⁹. que in illis locis generant videmus transferri circulariter t multomagis spera ignis que est propinquior celo mouet motu circulari ad motū corporis celestis. Preterea corpora celestia nō soluz causant motuz in istis elementis sibi ppings. sed in remotioribus vt in aqua. Jlā luna cāt motū in mari q vocat flurus t reflur⁹. t ex h supponunt astrologi per experimentū q luna habz dominiū super humida. sicut sol super sicca. Super qz cunqz enī regionē elevat luna aqua maris ascendit directe tanqz versus causaz suā. ita q aqua maris in illo loco qui directe supponit centro lune est altior qz in quocunqz alio loco. Jste autē locus habetur per lineaz ductā a centro. illa enim linea necessaria transibit per locū illuz qui est eminentior in aqua. t vocatur tumor aque. Quomodo autē ista elevatio fiat effective a luna diuersimode dicit. Quo modo ponit q luna habet virtutē quandā sibi cōnaturalē ad attrahēdū ad se aquas maris. sicut magnes trahit ferrū. Alio modo dicit q hoc sit propter diuersitatē angulorum quos faciunt radij lune super aqs in principio ortus lune t in medio celi existētis. ponitur exemplū de pulmēto in olla super ignez. t de vapore resoluto a cibo faciente animal dormire. ꝺ hoc nihil ad presens. Prima opi. fuit Albumasar. 2. li. maioris introductorij in astronomia. sed secundo viā illā que cōmunis est vtriqz. s. q tumor ille semper est in directo lune vbicunqz sit luna sequitur q ille tumor circuit totā terrā in tanto tempore quāto luna circuit suū orbē per motū firmamenti. s. 25. fere horis. qr luna ab ortu eius vsqz ad ei⁹ iteratū ortuz consumit plus temporis qz sit dies naturalis habēs. 24. horas per spaciū temporis in quo oriuntur. 3. gradus equinoriales. qr in vna reuolutione firmamenti rantuz pertransit luna de spatio motu suo proprio qui est ad orientē contra motū firmamenti. sed elevatio. 5. graduz equinoxialis facit horā vnaz. ideo ferunt q luna percurrit orbez suuz in. 25. horis minus duobus gradibus. t tumor aque in totidez horis circuit totuz oceanuz regulariter. t si tamen irregulariter accidat flurus in maribus mediterraneis t fluuijs. ratio est qr inundatio alioꝝ mariū venit ex isto tumore oceani in directo alicuius regionis t tumore oceani in directo

Jstō spaciū q ꝓtinet aerē t ignē dicit rabanꝰ i. 4 ꝑtes. s. in regionez ignis superiorē t inferiorē t silr ꝺ aere. 2ª. ps superior ignis dr celū igneuz inferiorē vocat olympū supremū aerē vocat celuz etherēū t inferiorez celuz aereum.

motu lune. pars autē aque eiusdē tumescentis in oceano fluit ad locū ⁊ alueos humiles vicinos p̄o pter naturā grauitatis aque ⁊ fluunt tūc maria mediterranea. ℟ecedēte autē luna ab illo aspectu vl̄ situ recedit tumor p̄dictus. ⁊ per p̄ns in loco oceani vbi p̄ius fuit aqua eminentior q̄z in mari ⁊ ī fluminibus mediterraneis iā per recessuz illi⁹ tumoris fit aqua ibidē humilior terra. ⁊ ideo aque inundantes ad loca illoruz fluuiorū p̄opter loci humilitatem ex eadez lege nature fluunt ad oceanū. ⁊ hec est cā in generalis fluxus ⁊ refluxus maris. Sed mare mediterraneū magnum q̄ decurrit ab occidente in orientem diuidens Italiaz ex Egypto ⁊ ex alijs regionibus africe ⁊ asie nō fluit ex illa causa ita sensibiliter. q̄ oceanus ingreditur mare illud per angustuz introitū ex parte orientis versus hispaniaz qui vocat̄ angustia maris. regulariter tū nō accidit in alijs marib⁹ sicut in oceano. q̄ maria quanto ꝓpinquiora sunt oceano tanto citius fluunt. sicut maria septentrionalia p̄cipue mare inter norm̄adiam siue norwegiam ⁊ scotiam. ⁊ inter hyberniaz ⁊ hispaniam. maria autem distantia tardius.

Sed quare bis in die fluit ⁊ refluit. Albumasar vbi supra dicit q̄ luna in quartis celi hz effectū cōsimilē in quartis terre oppositis. ita q̄ sicut in quarta orientali inter oriētē ⁊ meridiē dū luna est in ascendendo super emisperiū tunc habet fluxū in hac q̄rta ⁊ descēdēte luna a puncto meridiei ad occidētē cōtinue incipit mare descēdere in illa quarta ī qua p̄ius creuit ⁊ fluit in alia quarta occidētali. ⁊ descēdente luna ab occidēte sub terrā vsq̄z ad angulū medie noctis fluit mare in quarta orientali super terrā illi quarte opposite in qua tūc est luna. ⁊ ita iā bis in illa die fit flux⁹ in illa quarta. ⁊ ita de alijs. Sz que sit cā huius ipse nō dicit. Mā videt̄ q̄ radij lune nō possit penetrare terrā. ⁊ ideo videt̄ q̄ eundē effectū quē cāuit per radios incidētes dū esset ī q̄rta orientali sub terra cūdē tūc cāet p radios suos reflexos a firmamēto dū est in quarta occidentali.

Sc̄dō dico q̄ planete ⁊ stelle hūt actionē sup mixta. nā mixta ip̄fecta vt ip̄ressiones quedā generant̄ ab illis. nā mā illaz ip̄ressionū que est vapor nō elenat̄ ad locū generatōis illaz nisi per calorē in corporatū. vel virtute alicuius stelle. ⁊ hoc marie pz in stellis comatis que nō tūi mouent̄ ab oriente in occidēs sequēdo motū celi. sed ab aquilone ī austrū sequēdo. s. determinatū motū alicuius planete a quo generat̄. Sed dices ex quo hūt talē causalitatē stelle ⁊ orbes super inferiora que quidē causalitas est determinata ⁊ necessaria quare nō iudicāt determinate astrologi de effectibus eoz. Dico q̄ causa huius ē. q̄ nō sciūt pfecte qualitates ⁊ virtutes celoz ⁊ stellaz cōcurrentiū ad talē effectū. q̄s si cognoscerēt possent de his iudicare. ⁊ ideo credo q̄ angeli habēt haz pfectaz notitiā. ita q̄ possunt de his bene iudicare ⁊ quo ad tēpus quando venturi sunt illi effectus ⁊ quo ad qualitatē eorū vel q̄titatē. ⁊ etiā si talis effectus sit impedibilis per aliam stellā. poterūt. n. scire q̄d nō eleuabit̄ nisi tantū de materia vel sic. ⁊ possunt scire si erunt venti dissipantes. ⁊ in quo situ ⁊ vbi dissipabunt̄ ⁊ cadunt. hec vero oia q̄ non plene nouerunt astrologi. ideo nec plene nec pfecte nec secure de his possunt iudicare. tot. n. cās opz ibi cōcurrere q̄ nimis est difficile iudicare de talib⁹. Tertio dico q̄ habēt actionez in mixtā pfecta ianiata vt sūt metalla que in q̄busdā regionibus generant̄ ex ꝓstellatione habente respectū ad illā regionē. ⁊ nō ad aliā. nā terra non est actiua huius diuersitatis. 4. dico q̄ habēt actionē sup aiata alterādo. s. corpa mixta ad qualitatez ꝓuenientē vl̄ disconuenientē aīe pficienti tale corpus ⁊ ita possunt agere ad generationē ⁊ corruptionē. ⁊ ita simil̄ in sensitiuus. nā organa sensuuz que sunt corpora mixta possūt imutari ⁊ alterari ad aliquē gradū ꝓuenientē illis vt nata sunt esse organa sensuū ⁊ etiā. ad disconuenientē sensui. ⁊ ita posset organ̄ corrumpi ⁊ ledi. ⁊ per ꝓsequēs p̄nt habere aliquā actionē quo ad ītellectionē quodāmō. q̄ si deordinat̄ sensus in actu suo per ꝓsequens deordinat̄ ītellectus. vtputa in freneticis ⁊ lunaticis in quib⁹ est imaḡatio ꝓfusa. ⁊ etiā quo ad hoc p̄ōt esse causa deordinationis in volūtate. pōt enim appetitū sensitiuū alterare vt magis. inclinet̄ ad hoc q̄z ad illō ⁊ q̄ in viatore voluntas rōnalis iclinat̄ ad ꝓsequē duz qō efficaciter appetit̄ ab appetitu sensitiuo. iō hoc mō inclināt voluntatez planete ⁊ alia corpora celestia. in nullo tū necessitat̄ absolute voluntas propter hoc. sed ex sua libertate potest cōtraire ⁊ propter istā ꝓnitatē ad sequendū appetituz sensitiuuz contra dictamē rōnis quā cusant corpora celestia accidit frequenter astrologos vere p̄nosticare de moribus hominuz. puta q̄ erunt luxuriosi vel huiusmodi per ꝓstellationes natiuitis. nō q̄ ita eueniat necessario q̄ nō possz alter esse de his que dependent a voluntate rōnali si hō vellet magis sequi pervoluntatē legē rōnis q̄z sensus. sz cogitationes hoīum pne sunt ad malū. geñ. 8. ⁊ eccl̄. 1. peruersi difficile corrigunt̄. ⁊ stultoz infinit⁹ est numerus.

Ad p̄mum argumentū dico qō agēs ⁊ patiens sunt simil̄ ꝑm cō tactū mediante aliquo medio. Et ad probationē in oppositū dico q̄ nō opz q̄ me^m sit capax actionis ꝑm eandē rationē cū extremo in quo perfecte dicit esse alteratio. sz ꝑm aliaz rōem hui⁹ actionis alteri⁹ rōis. puta sub rōe lumis bene est capax celū oīs. n. pars celi que potest esse sub septem pyramidibus potest esse tenebrosa. patet de luna ⁊ alijs que patiunt̄ tenebras. ⁊ hi⁹. Et pz per exemplum cōmen. de pisce qui per recte mediū facit stupor̄ē qui tamē stupor nō est in recte. Ad 2^m dico q̄ circūscripto omni li. ar. humano angelico ⁊ diuino oia euenirēt de necessitate ⁊ nihil cōtingenter eueniret. ⁊ nihil esset in entib⁹ in potentia ad ꝓtradictoria. Di. n. aliqua cā nata ect eleuare vapoꝛez de necessitate generaret pluuiā. Si vero fortior ēā in opposituz eueniret de necessitate impediret̄. ⁊ hoc notuz est angelo. ⁊ ꝑm hoc q̄cquid ex talib⁹ cāis euenit ꝓ illo instāti in quo euenit ⁊ in sensu diuisionis nō euenit cōtingenter. ita q̄ posset non euenire. Sed quid de infirmitatib⁹ agant ne ad hoc. dico q̄ sic. habēt enim aliquā actōem dispositiuā in remittēdo ⁊ ītendendo qualitates. ⁊ hi⁹. ⁊ sic est conueniēs ⁊ necessariuz qō bonus medicus hēat scientiā astro^e. possunt. n. ꝓpinare aliquo tēpore medicinā que iterficit. ⁊ tamē alio tēpore liberaret. Ad 3^m. dico qō nō p̄nt tantū p motū loalē. q̄ oīs forma absoluta est perfectior respectiua. ḡ opz q̄ sit per formā absolutā subalez vl̄ accētalē. qō ꝓcedo. Tu dicis ꝓtra. ga tunc si planeta vl̄ corpus celeste staret ca usaret cōce^o cāret quātū de se essz. nec eius motus localis faceret ad actōem suā. latio. n. vl̄ motus solū requirunt ad hoc vt adducat agens. pz secūdo de ge. nec vz illud cessante p̄mo motu. ⁊c̄. quod. n. est p̄imū soluz ꝑm eminentiā ⁊ nō essentialiter respectu aliorū nō opz q̄ ipso destructo alia destruant̄.

Ista est distinctio. i 4. huius secundi libri. In qua magister posteaz egit de operibus p̄me diei. s. de ꝓductione lucis. incipit agere de operibus subsequētiū diez. s. de ꝓductione corporis firmamēti ⁊ elemētoz. Et tria facit. Mā p̄imo

agit de firmamenti productione. Secūdo de aquarū supcelestiū congregatōe. Tertio de solis ⁊ lune ⁊ aliaꝝ stellaꝝ collocatione. ¶Primū facit a principio distinctionis vsqꝫ ibi. Sequit dixit. Secūduꝫ ab i de vsqꝫ ibi. Sequit dixit deus fiant. Tertiuꝫ vero vsqꝫ ad finē distinctionis. Et trīn in generali. In speciali autē sīa magistri stat in tribus ppositionibus quaꝝ prima est hec. Deus secūdo die fecit firmamētū. ideſt. celuꝫ sidereū in medio supercelestium ⁊ subcelestiū aquaꝝ ¶Hāc eniꝫ ppositionē magister probans dicit. ꝙ deus secūdo die fecit firmamētū ꝙ sīm Bedā celū sidereū dicitur habēs aquas supra se ⁊ infra se. qō nō est mixꝫ diuinā virtute esse factū. cū videmus aquas vaporabiliter eleuari in celuꝫ. Unde ⁊ super firmamētū glaciei soliditate aq̄ suspendunt ne labant. ¶Postea querit tres questiones. quaꝝ prima ⁊ vltima omissis secūdā ponit. s. Utꝝ celū stet vel moueat. Quod nō moueꝫ arguit sic. qꝛ si sic tunc nō esset firmamētū. Si autē semper stat tunc nō mouent sidera fixa in eo ꝙ est falsuꝫ. Ad qō respondēs neutrā partē determinate ponit. sed soluit argumētū dicens. ꝙ si moueret adhuc posset dici firmamentū propter sui firmitatē in substantia. ⁊ nō propter stabilitatē in situ. Si autē stat possibile ē sidera moueri i eo ipo stante. Secūda ppositio ē hec. Die tertia die per aquaꝝ supercelestiū adunationē serenauit aerē ⁊ fecūdauit terrā ad pductiōez arboꝝ ⁊ herbaꝝ. ¶Hanc eniꝫ ppositionē magister probando dicit ꝙ opus tertie diei sit cōgregatio aquaruꝫ in vnū locū que sub celo sunt. Ex qua cōgregatione terra ⁊ aer clarioꝛ apparuerūt. Un ⁊ i eodē die herbe viroꝛē ⁊ ligna fructū fecerūt. Si autē querat vbi sunt cōgregate aque que totū tererunt spacium vsqꝫ ad celū. Dicit ꝙ illa congregatio fieri potuit. vl qꝛ aq̄ cōcauitates terre subintrauerūt. Uel qꝛ aq̄ que prius erant rariores terrā per modū nebule tā gentes inspissate fuerūt. ⁊ dicunt cōgregate in vnū locū. nō obstante ꝙ sunt in multis locis. ⁊ hoc propter contiguitatē eaꝝ adinuicē qꝛ omnia flumina ⁊ oia maria in mari magno ad minus occultis meatibus iunguntur. Tertia ppositio est hec. Deus quarto die sole ⁊ luna ⁊ stellis ornauit firmamentuꝫ vt essent i signa horaꝝ ⁊ tēporꝫ. ¶Hāc eni ppositiōez magister probans assumit qō in tribus diebus dispositā est vniuersalis mūdi machina. ⁊ partib⁹ suis distributa. Quare etiā primo die facta est luxꝙ vniuersa illustrat. Secūdo vero die firmamētū seu celuꝫ sidereū. Tertia vero die facta est distinctio superioris partis mundi. s. nature elementaris. Unō tres dies que sequunt spectant ad ornatū eoꝝ que i tribus primis diebus sunt distincta. qꝛ quartus dies spectat ad ornatū celi. i. firmamēti. Quintus ad ornamentū aeris ⁊ aque. Sextus ad ornamentum terre. Celū autē ante alia quarto die ornat: eo ꝙ dignius est omnibus elementis. Imponunt qꝫ sibi ad ornamentū sol ⁊ luna ⁊ sidera ad inferiores partis mundi illuminationē. ⁊ etiam ad animaliū seu hominuꝫ vtilitatē ⁊ noctis ⁊ diei decorē. Et subdit etiā ꝙ sunt facta in signa ⁊ in tempora. In signa quidez eo ꝙ aeris qualitatē vel aeree qualitatis vicissitudinē sicut serenitatē aut tempestatē significant. In tempora vero qꝛ partes tēporis distinguunt. videlicet veris. estatis. autumni. hyemis. que sūt q̄t tuor anni tēpora. Uel eniꝫ sunt in signa ⁊ tēpora. id est in distinctionē horaꝝ ⁊ temporum. qꝛ ante motum ipsorum ordo temporis nullis notificabatur indicijs. Et tantum in speciali.

De opere quinte diei quando creauit deus ex aquis volatilia ⁊ natatilia.

Crit etiam deus. ¶Producat aque reptile anime viuētis ⁊ volatile sup terrā. ⁊c. Opus quinte diei est formatio piscīū. ⁊ auiū. quib⁹ duo elemēta ordinātur. ⁊ de eadē materia. i. de aquis pisces ⁊ aues creauit volatilia leuans in aera ⁊ natatilia remittens gurgiti.

De opere sexte diei quādo creata sunt animalia ⁊ reptilia terre.

Sequitur. dixit deus. Producat terra animam viuentem. iumenta et reptilia ⁊ bestias terre. sm̄ species suas. ⁊c. Sexte diei opus describitur cum terra suis animalibus ornari dicitur.

Utrum post peccatum venenosa animalia noxia facta fuerint an propter peccatum nocere ceperint prius facta innoxia.

Queri solet de venenosis ⁊ perniciosis animantibus vtrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint. an potius creata innoxia peccatoribus nocere ceperint. Sane dici potest. ꝙ creata nihil homini nocuissent si non peccassent. ¶Puniendorum nanque vitiorum ⁊ terrendoruꝫ. vel probande vel perficiende ⁊ perfruende virtutis causa nocere ceperunt. Fuerūt ergo creata innoxia. sed ppter pctm̄ facta sunt noxia.

Utꝫ minuta animalia tunc creata fuerūt.

De quibusdam etiaꝫ minutis animantibus questio est. Utrum in p̄mis conditionibus creata sint. an ex reb⁹ coruptis postea orta sint. ¶Oleraqꝫ. n. de hūoruꝫ corpoꝫ vitijs vel exalationibus terre siue de cadaueribus gignunt. Quedā etiā de corruptione lignoꝫ ⁊ herbaꝝ ⁊ fructuū. ⁊ dūs auctoꝛ oīum est. ¶Dōt aūt dici ꝙ ea que d̄ corporib⁹ aialiū maxime mortuoꝝ nascunt cū aiabus creata nō fuerīt. nisi potētialiter ⁊ materialr. Ea vero que ex terra vel ex aquis nascunt vel ex eis que terra germināte orta sūt. tūc creata fuisse nō incōgrue dici potest.

Quare post omnia factus est homo.

Omnibus autem creatis atqꝫ dispositis nouissime factus est homo tā q̄ dūs ⁊ possessoꝛ. qui ⁊ omnibus preferendus erat. vñ sequit. Uidit deus ꝙ eēt bonū ⁊ ait. Faciamus hoīez ad imaginē. ⁊c. Sed anteq̄ de hoīs creatōe tractemus. qō supra

Nōqꝫ d factura hois agat de mō prie cōdcōis rerꝫ vnō s̄ breuit tetigit plenius agit vbi viri catholici ei dissentire videntur.

breuiter tetigimus plenius versantes clariꝰ faciamus. In hac enī rex distinctiōe catholici tractatores, dissentire vt supra dixim⁹ inueniunt̄. Alijs dicētibus res creatas atqz distinctas sm spēs suas per interualla sex dieruz. Quoꝝ sniē. qz līa genī. magis inseruire vī atqz catholica ecclesia magis approbat. iō hactenus studiose docuimus qūo ex illa cōi mā prius informiter facta postea corporaliū rex genera per sex diex volumina distīctuz sint formata. Alijs autē videt qz nō per interualla tēporuz facta sint. sed simul ita formata ad esse prodierunt. Quod Aug⁹. super genī. pluribus modis nititur ostēdere. dicens elemēta quattuor ita formata sicut modo apparent ab initio extitisse. ⁊ celū sideribus ornatū fuisse. Quedā vero nō formaliꝝ sed materialiter tunc facta fuisse. Que post per temporis accessuz formaliter distincta sunt. vt herbe arbores ⁊ forte animalia. Omnia ergo in ipso tēporis initio facta esse dicunt. sed quedaz formaliter ⁊ sm spēs quas habere cernimus vt maiores mūdi partes. qdā vero māliter tm̄. Sed vt dicūt moyses loquēs rudi ⁊ carnali populo locutiōis modū tēpauit de deo loquens a simili hoīs qui per moras tēporū opera sua pficit. cū ipse simul sua opa fecerit. Unde Aug. ideo inquit moyses diuisim refert deū illa opera fecisse. qz nō potuit simul ab homine dici qđ a deo simul potuit fieri. Itē potuit diuidere scriptura loquendi tēporibus. quod deus opandi tēporibus nō diuisit. Illi qui his auctoritatibus. ⁊ alijs huiusmodi inherētes. dicūt quattuor elementa atqz celi luminaria ita formata simul esse ⁊ habuisse illos sex dies quos scriptura cōmemorat sex rerum genera. i. distinctiones appellant que simul facte sunt. partim formaliter partim causaliter.

Alijs dicētibus mundū i mā ⁊ fōma ita fuisse sīl alijs vo p̄terualla tpm ⁊ diex p̄z q̄ expositio p̄missa hucusqz deducta est.

Quomodo intelligendum sit deum requiesse ab omni opere suo.

Jam de septime dici re/ quie aliqd nos eloqui oportet. Scriptū est. qz cōpleuit deus die septimo opus suū. ⁊ requieuit die septimo ab vniuerso ope qđ patrarat. Requieuisse dr̄ deus die septimo nō quasi operādo lassus. sed ab vniuerso ope requieuit. qz nouā creaturā facē cessauit. Requiescere enīz cessare dr̄. Unde in Apoc. dr̄ Non habebāt requiē dicētia Sanctus sanctus scūs. i. dicere nō cessabāt. Requieuisse ergo deus dicit qz cessauit a faciendis generib⁹ creature. qz vltra noua nō cōdidit. Usqz nūc tm̄ vt veritas in euangelio ait. operatur pater cū filio. s. administrationē eorūdē generuz que tūc instituta sunt. Creatoris enīz virtus cā subsistēdi est oī creature. Qđ ergo dr̄ Dr̄ mensꝰ usqz mō opatur. ⁊ ego opator. illud vniuerse creature ꝓtinuā aministrationē ondit. Die ergo septimo requieuit vt nouā creaturā vlterius nō faceret. cuiꝰ materia vel similitudo nō p̄cessierit. sed usqz nūc opatur. vt qđ cōdidit continere ⁊ gubernare nō cesset.

Qualiter accipiendū sit qđ dicitur deus complesse opus suum septimo die. cuz tunc requieuit ab omni opere suo.

Sed queritur quomodo se

ptimo die dicatur deus cōplesse opus suum cuz ab omni ope illo die requieuerit. nec aliqđ genus nouū rex fecerit. Alia translatio habz Consumauit deus die sexto opera sua que nihil questionis affert. qz manifesta sunt que in eo facta sunt ⁊ omniuz ꝓsumatio eo die perfecta est. sicut scriptura oñdit cuz ait. Uidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona. Omnia quidē naturaliter bona erant nihil que in sui natura vitij habētia ⁊ sunt bona q̄ condidit deus etiā singula. Simul vero vniuersa valde bona. qz ex ommib⁹ cōsistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. in qua etiā illud quod maluz dicitur bene ordinatū ⁊ loco suo positum eminentius cōmendat bona. vt magis placeant ⁊ laudabiliora sint dū comparantur malis. Sexto ergo die facta est operum cōsumatio. Ideo premissa oritur q̄stio quomodo dicat̄ deus die septimo op⁹ suum complesse. quod hebraica veritas habet. in quo tamen nihil nouū creasse dicitur. nisi forte dicatur die septimo cōpleuisse op⁹ suum. qz ipsuz benedixit ⁊ sanctificauit sicut subjcit scriptura. Benedixit diei septimo ⁊ sanctificauit illum. Opus enīz est benedictio ⁊ sanctificatio sicut Salomon aliquid operis fecit cum templum dedicauit.

Sed m alia līaz nihil ibi est qōis quā seqt Aug.

Illic redit ad q̄stōez positā. s. qꝰ mō vex sit dū sexto die cōplesse opꝰ suuz

Que sit bñdictio ⁊ sāctificatio septīe diei.

Illum autem diem sancti/

ficasse ⁊ benedixisse dicitur. qz mistica p̄ ceteris benedictione ⁊ sanctificatione euz donauit. Unde in lege dicitur. Memento sanctificare diem sabbati. Et inde est qz numerando dies. usqz ad septimū procedimus ⁊ dicimus septem esse dies quorum repetitione omne tempus agitur. nō qz alius sit ab illis dies octauus ⁊ nonus. ⁊ sic de ceteris. Sed qz in sex diebus rerum genera distincta sunt ⁊ in septimo ꝯz nō fuerit nouuz genus rerum institutum. fuit tm̄ in eo quasi quidaz nouus status sanctificatōis operum ⁊ requietionis opificis. Potest etiā sic exponi illud. Completum ⁊ consumatum vidit.

Opinio cōmē.

Jrca distinctionem

c 15[am]. quero vtrū in mixto remaneant elemēta ꝑm subam in actu. q nō videtur. nam aīalia aliqua ꝓducebant siue generabant ex aqua. ꝑ hoc geñ. ꝓmo. ꝓducāt aque reptile ⁊ viuentia sup terrā. sed generatio vnius est corruptio alterius. ergo aqua corrūpit cū ex ea generat piscis. ergo ⁊ similiter alia elementa corrūpuntur ⁊ nō manēt. Item si aliqđ el'm ꝑm subam maneret in mixto eadē ratione ⁊ oē el'm maneret. ⁊ tūc cum inclinatio illoꝝ sit ad loca cōtraria mixtum ex illis violēter moueret ⁊ gesceret in quocunq; loco.

Item oē habēs in se cōtraria necessario corrūpit a cā intrinseca. sed nō oē mixtum corrūpit a cā intrinseca. vt ꝑ de lapidibus ⁊ metallis. vt auro ⁊ hi[9]. q non nutriunt. ergo nec corrūpuntur a cā intrinseca. oīa enim inaīata que nō recipiūt alimētū nō marcescunt ex se nec corrūpunt nisi ab extrinseco. ergo non mixtū hꝫ in se ela ꝑm subam. Contra ꝓmo de generatione. c. de mixtione. mixtio est alteratoꝝ vnio ex hoc dupliciter arguo si est alteratoꝝ. ergo non est corruptoꝝ. Similiter si mixtio est vnio miscibilium. ⁊ vnio nō est corruptoꝝ sed entiū. ergo miscibilia manent. Jtē qualitas el'i nō est sine elo. ſz q'litas elemēti apparet in mixto. ergo ⁊c. p[a] ma. scdo de aīa dixit Ari. q corpora nō pūt se tangere in aere vel aqua nisi intercipiat aer vel aqua medius. qđ ꝓbat. q humida sunt in supficiebus cōtingētibus. ⁊ humiditas aque nō est sine aqua. Item ꝓmo celi ⁊ mū. mixtum mouet ꝑm naturā elemēti ꝓdominantis. sed si effect[9] est cā ē. ergo si graue mixtū monetur deorsum in eo ē terra actualiter. Jtē Arist. li. de morte ⁊ vita. Jn oibus corruptibilibus duplex est corruptio. marcedo que est corruptio interior. ⁊ extinctio que est corruptio exterior. sed nō eēt corruptio intrinseca nisi a ꝓtrarijs intra exītibus. ꝑ quo ad ꝓmam corruptionē necessario est dare aliqđ intrinsecū actiuū qđ agit ad corruptionē. ⁊ aliqđ passiuum corruptū. vbi aūt in transmutatione substātiali est dare actiuū ⁊ passiuū est ibi saltē dare duas substantias in actu vnam corrumpentem ⁊ aliam que corrumpitur. ergo ⁊c.

Dicit est vnā opinio Aluic. quā recitat cōmentator. 3. cc. ⁊ mū. cōmēto. 66. ⁊ ꝓmo d generatiōe. c. de mixtione. q elemēta manēt i mixto ꝑm subam nō remissa. sed ꝑm q'litates sūt remissa. Contra illud arguit cōmē. q si remittant ꝑz q'litates q ēt remittant ꝑm subam. ꝓmo q: idē est iudicium de toto ⁊ de parte. ergo si q'litas pōt remitti ꝑm partē manēte suba elemēti oīno nō remissa eadem rōne pōt elemētū remanere ꝑm subaz amissa tota qualitate. ⁊ posset eē ignis ⁊ nō calidus. Jdeo ponit ipse subam elemēti remitti sicut ⁊ qualitatez ꝓbat autē q elemētum aliqualiter manet. sed tam ꝑm subam remissam. sic ꝓmo. Elementū est ex quo cōponitur res ⁊ in ea manet. 5. metaphy. ergo suba elemēti manet hꝫ remissa. 2° sic. si elemēta nō manerent in mixto. sed omnino corrūperent aduenīte forma mixti sequeret q materia ꝓma imediate suscipet oēm formā sine ordine. Sed ipse arguit ꝓtra se tripliciter. ꝓmo sic. q: tūc forma mixti aduenīret enti in actu cōposito ex materia ⁊ forma elemētari. ⁊ sic eēt forma accītalis. Jtez ꝓtra hoc q dicit formam subalē remitti arguit. q: nulli forme intendi ꝓuenit ⁊ remitti nisi accidentali. ergo forma elemētaris accītalis eēt. Jtem q nō maneat forma elemētaris ꝓbat sic. q: opz receptiuū denudari a nā recepti. ergo opz mām carere oi for[a] suba. i ad hoc q possit aliam recipe vt formā mixti. Ad vltimuz rīdet q non opz ipm denudari a toto genere recepti. sed opz denudari a natura specifica recepti. Contra. tūc mā sub forma aque exīs posz recipere formā ignis. Sed ad hoc innuit rēspōsionem in fine cōmēti. q: oēs forme elementares sunt eiusdem ordinis in subalitate. sic autē non sunt forme elemētares cū formis mixtoꝝ. ⁊ tūc maior debet intelligi q necesse est receptiuū denudari ab oi forma eiusdē ordinis ad hoc q aliquam illarū recipiat. sed nō opz q denudet ab omni forma alterius ordinis. vnde dicit q nō opz recipiens denudari a toto genere eius qđ dz recipe. sed tm̄ ab eis que sūt eiusdē generis. primi nō aūt remoti. ⁊ ideo non pōt materia manēte forma vnius elemēti quantūcunq; remissi recipe aliā formā elemētarē. q: tūc nō eēt mixtio. ⁊ ideo dicit q opz mām denudari ab omni forma eiusdē generis. primi ⁊ eiusdem ordinis si dbeat aliquod eoꝝ recipe hi[9] sunt forme elemētares inter se non in cōparatione ad mixtū. Ad aliā obiectionem rīdet q forme elemētares sunt sicut medie inter formas subales ⁊ accītales. ideo vtriusq; hūt ꝓprietates. ⁊ ideo pūt intēdi ⁊ remitti. hoc nō tractabiē modo. Qđ aūt necesse sit ipsas intendi ad intētionē qualitatum nō cōcludit rō cōmē. Maz cum dicit eadē est rō totius ⁊ partis qualitatis. verum ē inter se cōparata. sed non opz respectu tertij. Nam quantū ad eē in subo necessario vel ꝓtingēter vel ꝓcomitare subiectū nō ē eadē rō totius caloris. ⁊ partis caloris. subm enim sine el'm hꝫ talē q'litatē in q̄dam latitudine. sed nō ꝑcise sub tali vl' tali gradu. vñ sicut nō vz hoc corp[9] pōt eē sine hoc loco ⁊ sine illo. ergo pari ratione sine omni. sic in ꝓposito ñ videt valere ratio cōmē.

Opinio cōmē.

Dico ergo ad questionē tenēdū oppo[m] vtriusq; q elemēta nō manēt in mixto ꝑm subam siue remissam sicut dicit comē. siue non remissam sicut ponit Aluic. cuius rō est. q: nō ē ponenda pluralitas sine necessitate. nihil aūt cogit ponere pluralitatē elemētoꝝ vel formarū substantialiuz manere in mixto. q: nō opatio que maxime concludit formā. nō enim opatio mixti est eiusdē spēi cum aliqua opatōne elemēti. nec trāsmutatio. nā forma elemēti ⁊ mixti habēt sufficientē entitatem vt vna sit terminus vnius generationis ⁊ alia alteri[9]. vel vt hec sit termin[9] a quo corruptionis. ⁊ illa terminus ad quē generationis. ergo sicut nihil pōt esse simul sub forma aeris ⁊ ignis. sic nec sub istis ⁊ mixti. Jtē forma elemētaris nata est ꝓstituere suppositum per se subsistēs in genere substātie. ergo si sint plures forme elementares in mixto quelibet constituet suppositū. ⁊ sic in omni mixto eēnt plura supposita. quia ibi erit suppositū aque ⁊ suppositū ignis quoꝝ qlibet natū est per se subsistere. Jtem omnez subam corporalē ꝓsequitur quātitas q̄ est ꝓpria passio substantie corporee. sed forma elemēti quantūcūq; remissa cū materia ꝓstituit substātiā cōpositā. ergo ipam ꝓsequitur ꝓpria quātitas sicut passio ꝓpria. sed eadem ꝓpria passio nō est pluriū subiectoꝝ. ergo in vno subiecto erunt plures quantitates. vt alia quātitas mixti. ⁊ alia elementi. Et ita vel duo corpora erunt simul. vel quecūq; pars mixti nō erit mixta. ⁊ nō erit mixtio nisi iuxta positio. Jtē mixtum generat ex elemēto vel elemētis ⁊ corrūpit in illa. ergo talis ē incōpossibilitas inter formā mixti ⁊ formaz elemēti qualis ē inter terminū generationis a quo ⁊ terminū generationis ad quē. ergo nō cōpatiunt se in eodē susceptiuo simul forma mixti ⁊ forma elementi. vnde sicut impossibile ē q̄n ex aqua fit ignis mām ꝑfici simul forma aque ⁊ forma ignis. ita in ꝓposito. Sed tm̄ ꝓpter vba Ari. qui videt dicere

q̄ elementa manēt in mixto op̄z dicere quomodo manent. dico ergo q̄ in oi genere est inuenire medium eiusdē rōnis cū extremis. vt p̄z ex. 10. metaphy. ⁊ mediū dicit cōponi ex extremis vt rubor ex albo ⁊ nigro. ⁊ ista cōpositio nō est nisi cōuenientia naturalis medij cū extremis que nō est extremi ad extremū. non ita q̄ media qualitas habeat extremas ptes sui. immo est ita simplex sicut extremum ⁊ ideo sicut qualitates extreme dicunt manere vel habere esse in medio. ⁊ non dicit q̄ extremum sit in extremo. ita dico de forma mixti q̄ in mixto dicuntur manere forme substātiales elementor̄ ppt̄ naturalē cōuenientiā que est forme mixti cū elemētis que nō est vnius elemēti ad aliud. Item Arist. vult q̄ forma generati siue mixti est actualior ⁊ pfectior for⁹ eli. ita q̄ for⁹ eli iferior ⁊ potētialior est. iō dicūtur elemēta virtualiter manere in mixto. sicut imperfecta ⁊ inferiora manent in supiorib⁹ in quib⁹ non manent nisi virtualiter. vndē Arist. postq̄ dixit q̄ elemēta manent in mixto subdit. saluat̄ enim vtus eor̄. dico ergo q̄ elemēta nō manēt in mixto p̄z subam. nec op̄z dicere q̄ maneāt ꝑm qualitates suas sicut nec qualitates extreme manent in medio. manēt ergo in mixto sicut si diceret̄ q̄ sensitiua ⁊ vegetatiua manent in intellectiua. Sed quomodo generat̄ mixtū ex elemētis. dico q̄ nō op̄z necessario quattuor elemēta cōcurrere ad cōpositionē mixti. aliq̄n enim mixtū fuit factum ex vno elemento. p̄z per ſram gen̄. vbi supra. pducāt aque reptilia ⁊c̄. Quando etiā ꝯcurrūt elemēta ad generationē non generat̄ mixtum p actionē illor̄ corrūpētium se mutuo. Quia quero de instāti in quo generat̄ mixtum. vtrū̄ in illo sint oīa corrupta vel adhuc manēt. si oīa sint corrupta. ⁊ in illo instāti in quo inducit̄ forma substantialis mixti ē vera actio ⁊ pductio ⁊ generatio ergo mixtū generat̄ ex nō ente si aliq̄d illor̄ maneat ergo nō corrūpūt se mutuo in generatōne mixti. ⁊ t̄ē etiam nō generaret̄ mixtū nisi ex illo vnico. Ꝑterea cā equoca. nobiliorē suo cāto. sed elementa instāti in quo corrūpunt̄. ⁊ in quolibet instāti sūt imperfectiora ipso mixto. ergo nō cānt nec generāt ip̄z mixtū per actionē suam. Dico q̄ q̄ttuor elemēta manent in vno mixto virtualiter habēte formā substantialē cōtinētē in virtute formas elemētor̄. non tū ꝑm subam vt ptes sui. sed ppter p̄dictā cōuenientiam ⁊ ptinētiam virtualē. ⁊ p̄ hoc videt̄ esse p̄bus qui dicit q̄ manēt potētia ⁊ virtate. Ad p̄mū in oppm dico q̄ alteratorē p̄teritū passiū. ⁊ verū est q̄ mixtionē eor̄ que fuerāt alterata. sed q̄d dicit̄ q̄ ē vnio debet sic intelligi. q̄r ois mixtio ē q̄dā generatio. ⁊ per p̄ns corruptio alterius. In generatiōe autem illius forme mixti dicunt̄ elemēta vniri ꝑm vtutē nō ꝑm subam ita q̄ aliqua forma pducat̄ ex illt̄. que ptineant vnitiue q̄litates illor̄ in virtute ⁊ non ſbas in actu. manent ergo in mixto sicut si diceret̄ q̄ sensitiua ⁊ negatiua manēt in intellectiua. Ad aliud cū dicit̄ qualitates elemēti nō sunt sine elemēto. dico q̄ in mixto sunt q̄litates similes qualitatibus elemēti non eedē. Ad aliud dico q̄ dominiū elemēti in mixto attendit̄ ꝑm ꝯuenientiā in qualitate naturali q̄ qualitas est p̄ncipiū mot⁹ vt grauitas moueri deorsum nō q̄ elemētū sit ꝑm substantiam vnde ꝑm diuersam mixtionē elemētor̄ concurrentium in generatione illa aliq̄n mixtum magis conuenit in forma cū vno elemēto q̄z cū alio. ⁊ sic in q̄litate simili que est q̄litas mixti ⁊ nō elemēti. ⁊ iō habet silem mom̄ p̄ntē ⁊ silem actionē. Ad aliud dico q̄ dubiū est vtrū̄ ista corpora que nō nutriuntur. nec fluit aliq̄d ex illis vt aurū ⁊ hi⁹ inalata habeant corrūptionē intrinsecā que vocat̄ marcedo. sed de

oibus viuis manifestū est q̄ hāt corrūptionē intrinsecam q̄r nutriunt̄ ppter restaurationē depditi. ſz huiusmodi cā non est q̄r hāt in se cōtraria elemēta ī actu. q̄r extrema vt sunt in medio non agūt ad corruptionē sui sicut cū sunt in seipsis. nō enim rubor ī quo dicunt̄ extrema manere corrūpit se magis q̄z albedo vel aliud extremū. Sed quomodo tūc dico q̄ aīalia hāt partes multas organicas ⁊ diuersas. ⁊ in istis partibus organicis diuersis nihil ꝓhibēt esse: qualitates cōtrarie alterantes se inuicē. cor enim ē calidū ⁊ cerebr̄ est frigidū ⁊ epar etiā. vñ calor ī corde pōt alterare frigiditatē epatis siue cerebri. quando aūt vltra debitā ꝓportionē auget̄ q̄litas actiua vnius organi supra qualitatē ⁊ virtutē alterius accidit infirmitas in animali si sit pars minus principalis ⁊ mors si sit p̄ncipalis nisi ei apponat̄ medicina tuāas partē debiliorē. non solū aūt sic accidit corruptio ab intrinseco ppter contrarietatē partiū organicarū verū etiam ppter corrūptionē que pōt accidere in eadē parte vt in digito sunt diuerse q̄litates. nam vna pars fluit ⁊ alia refluit que ꝓuertitur in carnē per virtutē caloris nālis que debilitatur ī agendo cū sit actiuū naturale ⁊ caro secūdo genita nō est ita pura sicut p̄ma. ⁊ ideo magis est disposita ad iterū fluendū. ⁊ ita etiā tandē reddit̄ imꝓportiōabilis anime. ⁊ sic ex ista actione cōtraria accidit corruptio intrinseca in oībus illis q̄ nutriunt̄ ſz nō haberent partes organicas diuersarum complexionum

Ad dictū cōmentatoris de diffinitione elementi. dico q̄ diffinitio illa elemēti posita in. 5. metha. conuenit soli māe p̄me generaliter. nā illa manet in re que componit̄ ex ea. Ad aliud cū dicit q̄ nō eēt ordo formarū si elemētū nō maneret. q̄r ꝛmediate q̄libet pficeret mām p̄mā. dico q̄ nihil ꝓhiberet formam mixti eque ꝛmediate pficere mām p̄mā sicut formā elemēti. ⁊ hoc loquendo de ꝛmediatione pfectionis. s. q̄ pficiat mām nō mediāte alia forma. ſz nō pficit ꝛmediate ꝛmediatione trāsmutationis. nā enim seruat ordinē in trāsmutādo q̄r vna forma p̄cedit aliā in materia q̄ztū ad fieri ⁊ trāsmutari. Nā p̄us est mā sub forma seminis q̄z sanguinis ⁊ sāguis q̄z carnis ⁊ carnis q̄z bois ita q̄ obseruatur ordo formarū in transmutādo sed nō in cēndo ⁊ pficiendo. ⁊ sic dico de formis elemētor̄ respectu forme mixti. forma. n. mixti nō pficit māz mediāte forma elemēti ſz sit ordo in transmutari. q̄r p̄us mā transmutat̄ ī formā elemēti q̄z mixti ita q̄ nō inducit̄ forma mixti nisi precesserit forma elementi.

Ista cē distinctio. xv. huius

secūdi libri. In qua q̄dē distinctione magister post q̄z egit de ornatu firmamēti. agit hic ꝑ̄r de ornatu aeris ⁊ aque. Et tria facit. Nam p̄mo agit de ornatu aeris. ⁊ silr̄ de ornatu aque seu etiā de ope quinte diei. Secūdo agit de ornatu terre. seu etiā de opere serte diei. Tertio de septime diei rege. Primū facit a p̄ncipio distinctionis vsq̄ ibi. Sequitur dixit deus ꝓducat. Secūdū ab inde vsq̄ ibi. Jam de septimo diei requie. Tertiū vsq̄ ad finē distinctiōis. Et tm̄ in generali. In spāli aūt sm̄a magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarū p̄ma est hec. Deus quinto die volatilib⁹ ⁊ natatilibus de aqua factis aerē ⁊ aquā adornauit. Hanc magister insinuās dicit q̄ opus quinte diei est ornatio duor̄ elementor̄ s. aque ⁊ aeris. per volatilia ⁊ natatilia que de aqua tanq̄z ex materia sui sunt creata ex quibus aues seu volatilia eleuauit deus in aerē pisces aqs ad ornatū relinquēs. Secūda ꝓpositio est hec. Deus sexto die iumentis reptilibus ⁊ bestijs terie de terra formatis terrā decorauit. Hanc magister insinuās di

cit q ope sexte die ornata fuit terra fumẽtis reptilibus ⁊ bestijs ⁊ alijs cõsimilibus. ¶Postea mouz duas qõnes quarũ prima hec est. ¶In noctiua aialia aut venenosa etiã tũc a deo facta fuerũt. Et respondens dicit q illa aialia fuerũt creata inmoria sed homine peccante facta sunt nociua vt per ea vitia punirent. ⁊ vt virtus probaret. Secũda questio ẽ. ¶In minuta aialia que ex putrefactione nascũtur etiam tũc ꝓducta fuerũt. Et rñdens dicit. q illa q̃ putrefactione nascunt cũ alijs aialibus ꝓducta nõ sũt nisi materialiter. Et subdit q nouissimus omniuz aialiũ fuit homo tanq̃z oiuz dñator. Addens q circa rerũ creationẽ due solẽnes opiniones fuerunt. q̃rum ꝑma dicit. q per sex dierũ interualla oia eẽ formata ⁊ per spũz sanctũ esse distincta. ¶lia dicit oia simul esse cõdita ⁊ distincta. Tertia ꝓpositio est hec. De⁹ septimo die dicit quieuisse ⁊ opus suũ copleuisse. q⁹ vlterius nouã creaturã non cõdidit que in se mãliter vel in suo siti nõ fuerit Iz tñ res productas bñdixit ⁊ sanctificauit. ¶Hãc ꝓbãs q̃rit. Cur deus dicat cõsumasse opus p regem die septimo cum tñ cõpleuerit ipm die sexto. ¶ld qõ rñdens dicit deum opus suũ cõpleuisse ⁊ sexto die ⁊ septimo. sexto qdẽ q⁹ tũc oia pfecit. Septimo aũt q⁹ vltimũ opus scificationẽ. s. adhibuit. Unde ⁊ septimus dies mystica quadam ratione sanctificatus consueuit appellari. Et tñ in speciali.

De hominis creatione vbi considerãduz est quare creatus sit homo. ⁊ qualiter sit institutus. que duo supra tractata sunt. ⁊ qualis factus ⁊ qualiter lapsus. postremo quomodo sit reparatus. que discutiẽda sunt.

di. 16.

Is excursis que supra de hominis creatione ꝑmisimus effectui mancipare atq̃z ordine explanare nũc suscipimus. vbi hec consideranda videntur. s. quare creatus sit homo. et qualiter institutus. ⁊ qualis ⁊ quomodo factus. Deinde qualiter sit lapsus. postremo q̃liter ⁊ per que sit reparatus. ¶Horum autez ꝑmo ⁊ secundo posita. i. causam creationis humane ⁊ modum institutionis superius pro modulo nostre facultatis tractauimus. Ideo q̃z supereſt vt qualis vel quomodo fact⁹ sit discutiamus. ¶In Gen̄. legitur. Faciam⁹ hominem ad imaginem ⁊ similitudinem nr̃az ⁊c. ¶In eo quod dicit faciamus. vna operatio trium personarum ostẽditur. in hoc vero, q dicit ad imaginem ⁊ similitudinem nostraz vna ⁊ equalis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hic dicitur ad filium ⁊ spũm sanctum. Non vt quidam putant angelis. quia dei ⁊ angelorũ nõ est vna ⁊ eadem imago vel similitudo.

Beda. Nuõ intelligendum sit faciamus hominẽ ad imaginẽ ⁊ sititudinẽ nostraz

Quod imago ⁊ similitudo hic a diuersis accipitur varie. a quibusdam increata. et ab alijs creata ⁊ increata. vel essentia trinitatis vel filius ⁊ spiritus sanctus.

c **Arca** ſm arguiť q; ſic hec nã añq̃z aſſumaťť ab aliq̃ ꝓſona ẽ aſſũptibiľa q̃cũq̃z diuiſiz agãt igit oẽs ſimľ i codẽ iſtãti ad aſſũptõnẽ eiꝰ aut igit aſſumeťť ab oĩbꝰ ⁊ habebiť ꝓpoᵐ aut a nulla: q; ẽ inc̃ueniẽs ſi agãt ad aſſũptõez eiꝰ inq̃ztũ poſſũt q; ẽ ipfecta obia eaz aut ab aliq̃ vna ſola ꝓſona. qõ ẽ icõueniẽs q; nõ ẽ maior rõ q̃re ab hac magis ſumiť q̃z ab iſta cũ eq̃liť quelz agat ad hẽ. Preterea añ aſſũptionẽ cuiꝰ nãe a filio ipa fuit aſſũptibiľa patre igit ⁊ mõ. pbaº ꝓpõtie. q; ꝑus fuit aſſũptibiľ pẽ q; fuit i poª obediẽtiali ad ꝓſonã pr̃is: ſz illã nõ euacuat aſſũptõ ad ꝓſonã filij. q; ꝓſonalitas filij nõ ẽ euſdẽ rõnis cũ ꝓſonalitate pr̃is. aut ſi fuit euſdẽ rõis nõ tñ eſſet eadẽ poª obediẽtialť ad ꝓſonalitatẽ pr̃is ⁊ filij: ſiẽ nec ꝓſonalitates ad q̃s ſũt iſte poᶜ. igit pẽ q; vna reducit ad actũ nõ reducit alia. Preterea. nã extis in vbo hz iclinatõez ad ꝑſuz ſuppoſitũ: q; illa iclinatio ſibi ẽ nãlis. ḡ hz iclinatõez ad qõcũq̃z potens ſupplere vicẽ ꝑſonꝰ filij ſuppoſiti tale ẽ ꝓſona pr̃is. igit cũ hẽ q; ꝓſonať a filio ſtat potẽtialitaſeiꝰ vt perſoneť a pr̃e. Preterea idẽ accñs põt eẽ in duobꝰ ſubiectis. ḡ ea dẽ nã in duobꝰ ſuppoſitꝰ. ꝓña ꝑbať. q; hitudo accñtiſ ad ſbm ẽ ſimilia iſti dependẽtie: vt dictũ ẽ in. q. ꝓcedẽte. vt pbaº añtis: ſil poſſũt eẽ corꝓ gloriosũ ⁊ non gloriosũ igit hñt idẽ vbi: qõ vbi ẽ accñs locati ſiue vbitati q; aũt ſit idẽ vbi ꝑbať. q; ẽ idẽ locꝰ idez locꝰ hz vnã circũſcriptionẽ actiuã. igit ſibi corrñdet vna circũſcriptio paſſiua q̃ ẽ vbi. Cõtra Anſel. de icarnatõe vbi. c. 7. ⁊. 2. cur deꝰ hõ. c. 9°. plures ꝓſone eundẽ hoiez aſſumere oĩo neq̃unt Preterea multiplicato ſuppoſitocreato multiplicaťť nã. ḡ ſilr ⁊ icreato ꝓpõtia ꝑbať. q; icreatũ ſupplet vicẽ ſuppoſiti cr̃ati. igit ita diſtinguit ſiẽ creatũ diſtingueret. Preterea. qõ ꝓuenit alicui vt diſtinguiť ab alio nõ põt ineẽ alij. Incarnatio ꝓpetit filio vt diſtinguiťť a pr̃e ḡ nõ põt ꝓpete pr̃i. boꝛ pz q; ꝓuẽit ſibi ſcdz ꝑpetatẽ eiꝰ ſcdz q̃z diſtinguiť. a patre:

Hic dr q; ſiẽ ꝑus põt eẽ ſine poſterioze abſqz contradictõne: ita põt manere idẽ plurificato poſterioze ꝓpr. aũt ẽ rõ ſingularitaťť ſiue indiuiduationis in nã creata q̃z rõ ꝓſone. qõ apparet. q; vbũ aſſũptũ nãm atome, nõ tñ ꝓſonatã igiť põt manere eadẽ idiuidua nã: ſz plurificent ꝓſonalitates extriſece reſpectu illiꝰ nãe. Preterea diſtinctio relatõis nõ ẽ cã ſufficiẽs diſtinguẽdi abſoluta. ſicut pz iductiue. igiť cũ diſtinctio ꝓſonaz diuinaz ſit relatiua. nõ oz ꝓpter eã naturã abſolutã diſtigui põt igiť aſſumi a trib ſine diſtinctione ſui. Dicit igiť q; ſicut anima eadem põt eſſe in diuerſis partibus corꝓris. ⁊ idem corꝓ miraculoſe in diuerſis locis ita põt vna natura ſimľ eſſe in duobus ſuppoſitis. quãdo iſta ſuppoſita ſunt extrinſeca ⁊ non eadem illi nature. Contra hẽ obijcitur ſic. q; eſſentia diuina concluditur eſſe infinita. ex hoc q; ipſa eadem põt eſſe in tribus perſonis. igitur iſta natura infinita ſi poſſet eẽ in pluribus ꝓſonis ꝑbať ꝓña. q; qua rõne poſſet eẽ in duabus perſõis pari rõne ⁊ in infinitis. Si etiã ſimul poſſet aliq̃ habere plures perſonalitates perfectas increatas. igitur poſſet habere perſonalitatem creatam ⁊ increatam vel plures creatas. quia non magis repug nãt ſimul eſſe perſonalitas creata et increata in natura vna: q̃z due perſonalitates increate quarum vtraq̃z perfecte ſupplet vicem perſonalitatis create.

Ad ꝓmam iſtarum rationum dicitur q; eſſentia diuina eſt idem illis tribus perſonis ⁊ ex iſta identitate ſequitur q; ſit finita. non autem ex hoc q; abſolute eſt in illis tribus ſimul. Illa autem natura aſſumpta non eſſet eadem illis tribus perſonis ſed aduen

Uarro li°. 3. q. 5. di. ꝑ ª Tho. i 3ª parte q. 3. ar. 6.

titia lz simul esset in eis. Similiter ad argumentuz secundum natura diuina fundat tres relationes et tres personalitates increatas. ⁊ ex hoc sequitur eius infinitas: illa autem natura aduētitia nō fūdat eas.

Cōtra istud obiciē sic. qz sic forma sbalis q̄ sbaliē pficeret plā opposita eēt actualr illimitata: ita accns ꝑsōs qō accntalr pficēt cadē suppositā eēt illimitatur ex^{m} sic aīa ē illimitata ad pficiendū plēs ptes corpis sbales. ita scia ē accns illimitatū respectu ptiū corpis igiē sic eēntia dīna qz ē eēntialr nā triū suppositoz ē infinita. q. nā sbalis eoz. ita natura hūana eēt infinita lz q. natura aduētitia plib^{9} suppositz. Cōfirmaē istud qz ita ipossibile vī vnū accns cē i duob^{9} sbis: sic vnā formā sbalē eē i duab^{9} matijs. igiē si nēcario sequtur infinitas ex hō q̄ vna forma sbalis ē i plib^{9} matijs nēcio sequtur infinitas ex hō q̄ vnū accns ē i multz sbijs. añ ꝑz qz accns adequaē ꝑmo sbo sic forma matie ⁊ magis qz quertiē cū eo. 2^{a} rō peccat. ꝑz de volūtate q̄ pōt fūdare rlones diuersas ⁊ alīs^{9} rōis ⁊ tñ ē finita. silr idē az^{m} multas silitudies. ⁊ idē pz multas pnitates sine infinitate. ⁊ eadē natura multas psonalitates creatas. imo infinitas. qz nō magis repugnāt infinite quā due: ⁊ tñ infinitas nō sequiē.

Ad questionem igiē dici pōt distīguo qz aut pōt itelligi primus ēmin^{9} isti^{9} vnionis eē psona aut eēntia sbsistēs cōis trib^{9}. p^{mo}ñ vī q̄ vna natura possit sil assūmi a trib^{9} psonis qz ī oī depēdentia eēntiali vnū depēdens nō depēdet ꝑcise nisi ad vnū qō toralr ēminat ci^{9} dependētiā. Jn ista vnione ē dependētia eēntialr vni^{9} nature ⁊ vna p^{a} ēminat totalr eā. igiē nō pōt idē dependere hō mō ad plēs tales psonas. maioz ꝓbaē i oī dependētiā cāti ad cām. q̄ ipossibile ē idē cātū hīe plres cās totales ī imo gñe cāndi a qb^{9} dependeat. seqrē. n q̄ eēntialr dependeret ab illo vt a cā quo nō exīte nihilomin^{9} eēt. si. n. hēat. a. p totali cā efficiēte. ⁊ cū hō b. silr. a. sufficiēter efficeret ipm quocūqz alio circunscripto. alīs ñ eēt ei^{9} totalis cā. igiē effect^{9} eēt ab. a. b. ñ exīte. ⁊ ita ñ dependet. a. b. ꝓsilr arguiē ep^{o} de. a. si. b ponit cā ei^{9} totalis. igiē si. a. sit cā total. ⁊. b. silr vtrūqz erit cā totalis. ⁊ neutrū erit cā totalis ita vī in oibus dependētijs ēt que nō sūt cātoz ad cās q̄ cū dependētia alicui^{9} fuerit totalr ēmiata ad aliqd ipz nō pōt dependētia eiusdē rōnis dependē ad aliō. Cōfirmatur hō de accnte respectu plīū sboz ꝑmoz. minoz probaē. qz psonalitas creata totalr ēminaret ipam. ⁊ illa state ñ posset sil eē in alia p^{a} creata vel increata. nō min^{9}. n. ēminat nām ⁊ dependētiaz eiusdē psonalitas q̄cūqz p^{a} dīne q̄z ēminaret in se. igiē ⁊c. Obiciē contra ista qz nō vī icōueniēs plēs rlones eiusdē rōis eē in eodē sbo. sic si idē az^{m} plib^{9} albis sit sile. igiē silr in ppōsito nō erit icōueniēs plib^{9} dependētijs eiusdē rōnis idē absolutū dependē ad plēs psonas q̄ si ponaē dependētie ille alīs^{9} rōnis magis hēbiē ppositū. Rn. sic nō ois rlo vñ rlo ē eadē fūdamēto lz aliq̄ sit talq̄. s ē ꝑma in fūdamēto ad ēminū sine quo ipossibile ē fūdamētū eē aliquo mō sic dcm ē di. j. li. s. di. de rloni b^{9} creature ad deū. Jta nec rloni. vñ rlo repugnat sibi q̄ plēs eiusdē rōnis sint ī eodē. q̄z aliqb^{9} spālib^{9} rlonib^{9} repugnat puta dependētijs eēntialib^{9}. talis enīz si ē vna ad ēminū totalr ēminātē nō relingt fūdamētū dependēs dependētia sil ī ad qōcūqz aliud. qz tūc nō eēt dependētia determinata. Si itelligaē scdo mō q̄ ꝑm^{a} ēmin^{9} vnionis sit ipsa natura in trib^{9} p se subsistēs vī possibile q̄ vna natura assumaē a trib^{9}. q. mediāte vna eēntia exīte in trib^{9} sic vna albedo pōt eē ī trib^{9} corpib^{9} si vna superficies in q̄ ē eēt in eis. Nō autē ipsa eēntia p se exīs possz eē ēmin^{9} prim^{9} illi^{9} vnionis vī qz ipsa nullū eē hz a psona. sed ē pus si natura luter q̄z sit in psona ⁊ dat eē psone. ē enī natura de se h ⁊ p se subsistēs lz nōicōicabilr vī aūt q̄ incōicabilitas nō sit necessario rō ppria terminandi istam dependētiam. sed subsistentia singularis.

Ad argumēta ꝑncipalia. Ad ꝑmuz dico q̄ si oēs tres agerēt hz vltimū potētie sue ad assūptionē illi^{9} nature nō possent agere ad assūptionē ei^{9} a trib^{9} sz ad assūptionez ei^{9} ab aliq̄ vna q̄ terminet ita q̄ lz tres agat vna tamē ēminat eā. ⁊ cū q̄ris a q̄ igiē sumeē. dico q̄ ab illa ad quā tres vniūt actiue. Et si dicas q̄ pōt sil agē q̄libet psona ad vniēdū eā sibi nego qz ipossibile ē vt sil vniaē plurib^{9}. qz ipossibile ē totaliē dependere dependētia eiusdē rōnis ad plures psonas cū sit nata terminari ad vnā personā ⁊ ad icōpossibilia nō pōt pone sil agē. Ad 2^{m} ⁊ 3^{m} sil dico q̄ si vna pō obedientialis ē in natura qua pōt vniri trib^{9}. hē cuicūqz triū disiūctim. vna illa reducta ē ad actū p hoc q̄ vbū eaz sustētat. si aūt sint tres potētie ꝓcedo q̄ p hō q̄ vna reducta ē ad actū nō reduciē alia. ⁊ pōt reduci illa alia sed nō cū actu alterius potētie ꝓpter incōpossibilitatē actuū sic pō adalbedinē nō pōt reduci ad actū cum nigredine. ⁊ ita natura nūc psonata a vbo si dimitteret ab eo posset assumi a pre. sed stāte actuali assumptione a vbo lz sit in potētia assūptionis a pre nō pōt tñ reduci ista pō ad actū ꝓpter icōpossibilitatē illi^{9} act^{9} ad istū. Ad 4^{m} nego assūptū de accnte ⁊ subis.

Ad ꝓbationem dico q̄ sūt duo vbi. ⁊ tñ ab vno loco circūscribēte. Et cū dicit q̄ vnius locati erit vna circūscriptio actiua. dico q̄ si locus sit aliqd absolutum formalr in quo fūdaē nō actio sz rlō illa q̄ significaē p modū actionis vt circūscriptio actio due circumscriptiones pnt fundari in eodem absoluto ad duo corpora circūscripta ⁊ ad duas circumscriptiones passiuasq̄ dicūtur vbi. Si autē locus dicat formaliē respectū ad locatum ⁊ materialiē fundamentū in quo fundaē iste respectus tūc est vnus locus ꝓpter vnitatem materialem. sed due locationes formaliter. ⁊ vtroqz modo cōmultiplicatur circumscriptio actiua ⁊ passiua.

Ad ꝑmum in oppositum pōt dici q̄ Ansel. loquiē si ꝑmus termin^{9} vnionis sit persona quo modo nunc natura est assūpta. qz sic tres persone nō possunt eandem naturam assumere. Ad aliud hoc includit quādo suppositum increatū est ꝑmus ⁊ primus terminus vnionis. nō autem quādo mediatus. qz tunc natura assūpta vna potest esse in multis ꝓpter vnitatem persone nature illius cui ꝑmo vnitur nec nature assumpte de se ⁊ immediate cōuenit esse in tribus. sed tñ per illā naturam infinitā cui ꝑmo vniē. Et si hic arguiē sicut arguitur cōtra ꝑmam opinionē q̄ accidēs existēs in pluribus est limitatum. sicut substātia existēs in pluribus est limitata dici pōt q̄ hoc verum est. quando accidēs dat aliquē actum formalē illis quoz est accidens. Jsta aūt natura assūpta si ꝑmo vniaē essentie nullum actū dat psonis nec eēntie. sed tñ dependet ad eēntiam vt ad vnū terminū ꝑmuz. cui vt sic accidit esse in tribus sicut modo oēs creature dependent dependentia causati ad causam ad tres psonas vt sunt vnum in natura. nec ꝓpter illam dependentiam causati ad tres psonas ponitur causatū illimitatum. vnde nec illa ratio multum valet contra ꝑmam opi. Ad tertium dico q̄ tunc nō conueniret filio sustentificare naturam inquātum distinguiē a patre. sed inquantum hic deus existens.

Ad argumenta ꝓ ꝑmam opi. lz indiuiduatio posset eē sine psonatione. nō tñ sequiē q̄ ī diui duatio posset eē eadē ⁊ vna cū plib^{9} psonalitatib^{9}. tūc. n. posset hō ꝓcludi ō psonalitatib^{9} creaz respectu q̄rū ī diuiduatio ē ꝓior

nālit. vñ nō qđcūqz ꝑus pōt manē idistinctū cū distinctione cuiuscūqz posterioris maxime qñ distinctio posterioris ꝓcludit in ꝑte aliqd sibi repugnās si fit idē

Ad aliud dico q̄ distinctio relatiua si nō eēt distinctionē absoluti fūdātis rl̄onē pōt tñ cāre distinctōez absoluti sequētis nālit rl̄onē ⁊ dependētis ab ea. q̄ distinctio ꝑoris sufficit ad cāndū distinctionē posterioris ista aūtnā absoluta assūpta nō ꝓcedēt rl̄ones ſz seq̄retur. ⁊ iō ꝑm eas distingueret. Exēpla aūt de aia in diuersis ꝓtib⁹ corꝑis ⁊ vno corꝑe in diuersis locis: nō sūt ad ꝓpm. q̄ nō icludit ibi aliqd incōpossibile aie informāti vel corꝑorali locato sicut h̄ includit.

Sed contra 1m mēbrū solōnis arr. q̄rit n. ad quā vnitatē eēt assūptio in illo mēbro nō ad vnitatē nāe. q̄ tūc eēt eadē nā assūpta cū assumēte: nec ad vnitatē pe. q̄ pa nō ē tmin⁹ illi⁹ vnionis ꝓpositū sed cēntia. igit ad nullaz vnitatē eēt assūptio. ℞n. dico q̄ eēt ad vnitatē nō idētitatis vel cōpōnis ſz vnionis nāe bui⁹ ad illam. ⁊ ista vnio eēt ſpālis dependētia nāe ad nām filis illi q̄ nūc ē nāe ad psonā. q̄ igit dicis. si eēt ad vnitatē nature. igit eēt vna nā assumēs ⁊ assūpta dico q̄ nō est ꝓcedēdū q̄ sit ad vnitatē nāe. ſz tñ ē ibi vnio ad nāz vel ad vnitatē vnionis nāe cū nā. q̄ cuz dr vnitas nāe accipit ibi vnitas nāe ex vi ꝓstructiōis ꝑ vnitate idētitatis vel cōpōnis neutra ē ibi. nō sic aūt accipit vnitas cū dr aliqd assumi i vnitate psone. q̄ ibi ex vi ꝓstructionis accipit vnitas ꝑ vnitate vniōis

Cōtra sicut sequit psona ē ꝑm⁹ tmin⁹ vnionis. ergo assūptū vnit in vnitate psone ita vr seq̄ hic. nā est ꝑm⁹ tmin⁹ vnionis. igit assūptū vnit in vnitate nature. ℞n. ſz ꝑma ꝓnia teneat qđ idē significat. ꝓns qđ añs ex vi cōstructionis vnitatis cū ly psone. tñ secūda ꝓntia nō tz. q̄ añs significat nām eē terminuz vnionis. ſz ꝓns significat vnitatē idētitatis nāe ad nām vel cōpōnē ex nā ⁊ nā. vñ ꝑpō tacita in ꝑmo enthimemate ꝑa ē q̄ vz qđ vnit psone vnit ad vnitatē vel in vnitate psone. ꝑpō aūt tacita in 2a ꝓnia falsa ē hec. ſ. qđ vnit ad vnitatē vel in vnitate nāe. nec ē h̄ difficultas realis ſz tñ grāmaticalis. in re enim vnitas psone nō cōicat formalr nāe assūpte. sed tñ vt tmin⁹ dependētie sicut nec vnitas nāe cōicat formalr nāe assūpte si nā eēt tmin⁹ vnionis. neqz ēt ex psona assumēte ⁊ nā assūpta fit tertiū cōpm. sic nec ex nā ⁊ nā: sed tñ modus loquēdi ē ali⁹ dicēdo vnitatē nāe ⁊ vnitatē psone. q̄ in ꝑmo mō loquēdi notat vnitas idētitatis vl cōpōnis in ſcō nō notat nisi vnionē ad psonam vt ad terminū.

Jrca tertium arguit q̄ ñ c q̄ aut esset vnus hō aut plēs. nō vn⁹ hō q̄ nō vna nā tñ nō plēs. q̄ nō pla supposita. ꝑma ꝓnia ꝓbat ꝑ oppositū. q̄ tres psone sūt vn⁹ de⁹. 2a ꝓbat per h̄ q̄ hūs plēs scias ꝓpter vnitatē suppositi ē vn⁹ sciēs. ℙreterea nā hz numerationē ⁊ vnitatē a supposito. q̄ nā vt abstracta ab idiuiduis nō numerat. igit si vnū suppositū ⁊ vna natura. Cōtra alia nā potuit assumi ista nō assūpta. igitur ⁊ mō pōt. ꝓbatio ꝓnie. q̄ nec pō alteri⁹ nāe est reducta ad actū ꝑ hoc q̄ hec ē assūpta. nec rl̄o ex pte v̄bi assumētis hz istā nām adeq̄tā sibi in rōne tminati dependētis ad tminās idependēs. q̄ ⁊ si vnū cātuz nō posset dependere totalr ad plēs cās totales. tamē bñ pōt vna causa totaliter terminare dependētias multoꝝ causatoꝝ. igitur ⁊c.

Rñdco cū aliq̄ nā posset hz dependētiā ciusdē rōnis cū ista ⁊ ēt sil cū ista. q̄ ñ ē repugnātia respectu nārū. actualis. n. dependentia vni⁹ nāe nō repugnat dependētie alteri⁹ nāe nec ē repugnātia ex pte v̄bi. q̄ per h̄ nō ponent in eo nisi plures rl̄ones rōnis. vel nulla rl̄o rōis. ſz tñ q̄ ipſz tminer plures rl̄ones reales ad ipm. h̄ aūt nō ē ipossibile. sic tota trinitas terminat oēs rl̄ones reales creaturarū. nulla ē igit cā ipossibilitatis vel icōpossibilitatis assumptionis alterius nature etiam ista natura manente vnita.

Ad ꝑmū argumētū dr q̄ nec eēt vn⁹ hō nec plures. Sz ꝓ vnū ⁊ multa sūt opposita immediate diuidētia ens. igit a sili circa h̄ ens q̄ ē hō vnuz vel alterū ē immediate verū. vt si ē hō neče ē q̄ sit vn⁹ hō vel plēs alr nō eēt hō. ꝓbat ēt h̄ ꝑ vnū ⁊ nō vnuz q̄ circa q̄ cūqz icludūt ꝓdictionē ⁊ nō vnū in ente est multa nečio. Alit dr q̄ eēt vn⁹ hō ab vnitate suppositi sicut vn⁹ sciēs ſz sciret plures scias. Sz ꝓ h̄ est q̄ tūc ꝓpter plurificationē suppositoꝝ dz plurificari tale ꝓcretū ⁊ nā. ⁊ ita plēs psone diuine eēnt plēs dij

Ideo dico tertō mō sicut dictū ē di. i. ꝑ. li. q. 7. qđ ꝑ ⁊ fili⁹ sunt vn⁹ spirator. nō tñ vn⁹ spirās ſz duo spirās ſz duo spirātes. q̄re ibi. Ad aliud dico q̄ fic singularitas ꝓcedit rōnē suppositi: ita pōt pluralitas naturarū stare in eodem supposito.

Jrca quartum arguitur q̄ sic. q̄ c maioꝝ ē ꝓportio illi⁹ nāe create ad suppositū creatū q̄z ad suppositū increatuz. tū q̄ h̄ vtrūq̄z finitū. ibi alterū ifinitum alterū finitū. tū q̄ hic psona absoluta ⁊ ita filis illi psone q̄ nata eēt eē bui⁹ nāe psona diuina est relatiua. igit si psona relatiua pōt sustētare aliā nām q̄z suam: vel multas nās creatas ita multo magis h̄. ℙreterea oēm pfectionē limitatā pōt de⁹ dare creature que nō repugnat sibi. sed suppositū vni⁹ nāe posse sustētare aliā nām creatā nō ponit infinitatē in eo. igitur nec repugnātiā. minor ꝓbat q̄ illud supposituz ⁊ illa nā sunt finita. ⁊ finitū additū finito nō facit ifinitū. ℙreterea supius ꝓtinet inferi⁹ in nā finita. igitur perfectio supioris cōtinet pfectionē nāe inferioris. igit pōt supplere vicē suppositi inferioris. Cōtra nā creata ⁊ suppositū creatū sūt adeq̄te ꝓportiōabilia. igit neutrū excedit alterū. igitur sicut natura ñ potest esse eadem plurium suppositoꝝ, sic nec ep⁹

Respondeo sustentare nām pōt accipi dupliciter effectiue ⁊ formalr sine tminatiue. ꝑmo mō trinitas sustētificat naturā humanā in xp̄o. i. facit eā sustētificatā. ſcō mō soluz v̄bū sustētificat vnionē nāe create ad ipm. ꝑmo mō dico q̄ suppositū creatū nō pōt sustētificare aliquam aliā nām a sua. q̄ nā alia ad talē vnionē cū ipso nō ē in potētia nisi tñ obediētiali q̄ aliter eēt violēter sūb ꝓprio supposito sic graue sursū pō obediētiali si creatura respic effectiētiā ꝑmi efficiētis nō aliā potētiam actiuā. 2o dr q̄ nō pōt sustētificare q̄ nō ē illimitatū suppositū. ⁊ iō nō ꝓtinet in se pfectionē alteri⁹ suppositi creati. ꝓtinere enī eminēter totā pfectionem suppositi creati nō ꝓuenit nisi infinito. q̄ ſz finitum vnū sit eminētius alio nō tñ vnū ꝓtinet totā pfectionē alti⁹. q̄ entia ordinata eēntialr tñ distingui viderent ꝑ negationē q̄ inferi⁹ deficeret a supiori cōtra determinare dependētiā cāti ad cām ē maioris perfectionis q̄z ista q̄ ꝓuenit deo illa pōt sine illimitatōe ei⁹ cōpetē creature vt sūba respcū accītis. Sz ista rō ñ vz ꝓcludē q̄ v̄bū ñ ē ifinitū ſz rōez psōalitatis sue: ſz quā sustētat nāz assūptā igr ñ regrit illimitatio vl ifinitas i illo suppo⁹ qđ sic sustētificat assūptū ꝑz q̄ tē aliq̄ pfcio ifinita fōlr dcisz pōi q̄ ē i filio. Alia rō appr q̄ solus de⁹ pt illabi creature illapsu gñali g ⁊ isto illapsu spāli. Sz ista rō nō ꝓcludit q̄ illapsus generalis icludit in se ꝑmitatē cāe efficiētis in illabēte nō sic aūt ista sustētatio nature a supposito. ꝑz in exēplo cui ē hec sustētatio maxie similis accītis vz a sbo q̄

Uaroli. 3. q. 2.

ꝛsi ſbm ſuſtẽtet ppriũ accẽs: nõ tñ hz primitatẽ effectiue reſpectu eiꝰ nec aliqz cãlitatẽ inqztũ ꝑcise ſuſtẽtificat illõ vel inqztũ ẽ ſbm ꝑcise.

Potest ꝯ dici q̃ nature create nõ ſũt vnibiles in eodẽ ſuppoſito niſi altera ſit actꝰ ꝛ altera potẽtia ꝛ tũc nõ remanet vtraqz natura in ſe ĩ cõfuſa cũ reliq̃ qõ tñ ptiet ad iſtã vnionẽ. ſ. q̃ natura ppria ſuppoſiti aſſumẽtis ita remaneat in ſe nõ ꝓfuſa alteri nõ ꝓpoſita ſicut ſi nature extranee non eſſet vnita. vl' dici põt q̃ oz q̃ ſuppõitũ cui fit iſta vnio ſit ſimplr indepẽdẽs qz iſta depẽdẽtia nõ terminat' ad vnũ ſuppoſitũ mediãte altero: nõ ẽ. n. ordo eẽntial' in iſta depẽdẽtia q̃lis ẽ i ordine cãti ad cãm. vel põt dici tertio mõ q̃ oẽs nature ſbales create directe de ꝑdicamẽto ſũt ſimplr incõpoſſibiles in eodẽ ſuppoſito ita q̃ altera iſtaꝝ fit natural' illi ſuppoſito. qz tẽ p ſe ꝓuenirt illi: ꝛ p ꝓñs nec p ſe nec p accñs ei poterit reliq̃ ieẽ nõ ſic ãt ſũt icõpoſſibiles due nãe create ſi ꝓparent' ad ſuppoſitũ diuinũ cui ãbe ſũt accñtales ꝛ aduẽticie qz neutra ꝓuenit ei p ſe. ℑz ꝑmũ iſtoꝝ. ſ. q̃ nulle due nature poſſũt vniri in. z. difficile ẽ ꝓbar 2m. ſ. q̃ terminãs depẽdẽtiã iſtã oporteat eẽ idependẽs: nõ vr̃ vez: qz depẽdẽtiã aliquã terminat aliqd vt ſbm depẽdẽtiã accñtis q̃ tñ nõ ẽ oio indepẽdẽs.

3m nõ vr̃ ꝓbabile qz ſi ſit formal'r repugnãtia naturaꝝ creataꝝ ĩ eodẽ ſuppoſito ita nõ vr̃ poſſe eidẽ cõpetere ſil' p accñs. ſicut nec ſil' p ſe. ſicut. n. nõ põt idẽ p ſe eẽ albũ ꝛ per ſe nigrũ ita nec per accñs album ꝛ per accidens nigruz. ℑicut. n. nullus idez color põt eſſe albedo ꝛ nigredo ſimlr: ſic nec idez corp põt eſſe albũ ꝛ nigrũ ſil' qz que formaliter er ſe eſſe ſimul repugnãt in quolibz repugnabũt ſimul eẽ. ſi igit nulla inueniat' rõ ipoſſibilitatis q̃re ſuppoſitũ creatũ non poſſit ſuſtẽtare naturã ſibi extrancã deo tñ efficiẽte illã depẽdẽtiã in natura ſic vnita ꝛ ſuſtẽtata ꝛ in ſuppoſito alteriꝰ nature nõ vr̃ ponẽdũ ꝫ eſſe ipoſſibile abſqz omni rõne.

Si tenetur pars negatia. Ad ꝑmũ arm dico q̃ ꝓportio ꝓuenietie nõ req̃rit ad iſtã vnionẽ ſz ꝓportio nature depẽdẽtis ꝛ ſuppoſiti idependẽtis q̃lis forte nõ eſt in natura creata ad ſuppoſitũ creatũ alterius nature ſz ſolũ ad ſuppoſitũ increatuz. Et ad ꝓfirmationẽ illã de abſoluto dico q̃ abſolutio nõ facit ſuſtẽtificationẽ ſz tñ q̃ ipſa ꝑſona ſit indepẽdẽs nõ nata eſſe actꝰ vl' potẽtia reſpectu alteriꝰ vnibilis. Ad aliõ dico q̃ ꝛ ſi vtrunqz oppoſitoꝝ ſit limitatũ tñ nõ poſſũt ſil' ambo eſſe in eodẽ qz lz ꝫ nõ ꝓcludat in eis formalit illimitationẽ põit tñ incõpoſſibilitatẽ: ita in ꝑpoſito vna natura crẽte inſuppoſito p ſe repugnat alij eẽ in eodez p accñs iſta duo nõ poſſũt ſimul fieri ꝑpt icõpoſſibilitatẽ coꝝ nõ tñ ꝑpter ꝫ arguit q̃ ſint illimitata. Ad 3m dico q̃ ñ oẽ ſuperiꝰ ꝓtinet totã pfectionẽ inferioris.

Si tamẽ teneat' alia ps. Ad arm in oppoſitũ põt dici q̃ nõ eſt ibi ita preciſa ꝑportõ gn ſuppoſitũ creatũ poſſit terminare dependẽtiã alteriꝰ nature nõ tñ natura põt ſil' depẽdere ad plura ſuppoſita terminãtia ga vniuerſalit in dependẽtijs cãe ꝛ cãti lz vna cã poſſit terminare depẽdẽti as pluras cãtoꝝ: nõ tñ plures cãe in eodẽ genere ꝛ ordine cãe poſſũt terminare depẽdẽtiã vniꝰ cãti quia pl'alitas ꝑoꝛũ arguit plitatẽ poſterioꝝ nõ ecõuerſo.

Arca quintum qõ ſupponit poſſibilitatẽ incarnatiõis ꝛ q̃rit de facto. ſ. de termino formali incarnatiõis. vtz. ſ. formal'r terminãdi vnionẽ nature humane ad verbũ fit ꝑpr̃ietas eiꝰ relatiua arguit q̃ nõ duplicit primo q̃ nulla ꝑpr̃ietas ꝑſonalis ſz eſſentia terminat qz p illã rõez ꝓuenit vẽbo terminare vnionẽ per quã ꝓuenit ſibi cõ

c

tiere perfectionẽ ſuppoſiti creati ꝛ per q̃z natura ẽ creata eſt in potẽtia obediẽtiali ad vbũ. Iſte. n. aſſignãt eſſe rõnes poſſibilitatis incarnationis ex parte aſſumentis ꝛ nature aſſumpte: ſz iſta ꝓueniũt verbo per eſſentiã nõ per aliq̃z rõez perſonalẽ q̃ nõ ẽ formalit infinita. ꝛ iõ nõ ꝓtinet formalit perfectionẽ ois ſuppoſiti. Silr potẽtia obediẽtial' in creatura reſpicit oĩpotẽtiã faciẽtis q̃ nõ eſt ppr̃ietas perſonalis ſed eſſentialis. ℙreterea aſſumẽs cõicat eſſe nature aſſũpte ſz eſſe ĩ diuinis ẽ eſſentiale igit aliqõ eſſentiale qõ ꝑcise ẽ rõ eſſendi ẽ rõ terminãdi vl' cõmunicãdi humane nature depẽdẽtia ad verbũ. ℙreterea q̃ ñ ppr̃ietas verbi relatiui qz eo verbũ termiat formaliter vnionẽ ſi ꝑſona ẽ primus terminꝰ vnionis qꝰ verbũ formaliter ẽ hec perſona ſz nõ ppr̃ietate relatiua ẽ hec perſona qz tũc eſſet perſona per accñs qz cõſtitueret peraliud alteriꝰ generis ꝯ ẽ. ꝛ q̃ hec ppr̃ietas relatiua nõ ſit illud quo verbũ ẽ hec perſona ꝑbo per illas rõnes que adducte ſũt di. xxvj. ꝑmu li. ꝑ illa opi. q̃re ibi. Cõtra perſona vna aſſumit ꝛ non alia. igit̃ per illud quo ẽ hec perſona diſtincta ꝛ determinata. ſz hꝫ tñ ẽ ppr̃ietas relatiua ſm Anſel. de pceſſione ſpũs ſcti. vbi volẽs oñdere ſpñ ſãctũ eſſe ꝺ filio argut per diuiſionem aũt. n. ſpũs ſãctꝰ ẽ de patre q̃ de deo: vl' ep°. i. vl' eſt de patre rõe eſſẽtie qua ẽ deꝰ vel rõne relationis q̃ eſt pater. ſi iſta ẽ diuiſio ĩ mediata hr̃ ꝓpoſitũ qz nihil hr̃ in perſona diuina niſi ppr̃ietas ſuppoſiti ꝛ cõiseſſentia ſi diuiſio eſt mediata tunc ad deſtructionẽ vniꝰ mẽbr̃i iferẽdo aliud facit fallaciã ꝓñtis. Si dicat' q̃ ſicut per vnũ mẽbr̃ ſ. ꝑꝫ q̃ eſt eẽ de deo itelligit' aliqd cõe tribꝰ perſõis puta vĩ ſpiratiuã q̃ fuit ppr̃ietas ignota tpe ſuo ſicut cõmuniter exponũt eũ doctores ita p aliud. ſ. per relationẽ itelligit ipe q̃ qd ẽ ppr̃ũ perſõe pr̃is ſiue ſit relatiũ ſiue abſolutũ. ꝛ ita ſi ponat' ꝓpetas abſoluta nõ itelligit' per illõ mẽbr̃ũ de relatõe pr̃is ſpñ ſãctũ ſpirari de abſoluto ꝓprio pr̃is ſil' q̃ ſit ſicut nec de ꝓpetate pr̃is. Cõtra. Aug°. vij. tri. c. ix. ſub eſſentia põit q̃ qd ẽ ad ſe ſine ſit eſſẽtiale cõe tribꝰ ſiue ꝑſonale. ꝫz n. ibi q̃ eodẽ dr̃ aliqd ꝑſona ẽ deꝰ lz ꝑſona accipiat' p ꝑma ſba nõ aũt eo ẽ deꝰ quo pr̃ ſm eũ. ſz alio ẽ deꝰ ꝛ pr̃. igit̃ nõ itelligit' ꝑſonale ſi ſit abſolutũ ſub relatione ꝑſone ſz magis ſub ipo cõi q̃ eſt ad ſe. ℙreterea ſi aliquo abſoluto ꝓſtituat' ꝑſona vbi. q̃ rõ arrij eſt demõſtratio. cũ. n. arguit q̃ ingẽitũ eſſe ẽ vnũ ꝛ genitũ eẽ eſt aliꝺ. ſi vtrũqz dr̃ ſcꝺm ſbaz igit̃ ꝑſona ꝑma eſt alia ſz ſbaz a 2a. Cõcluſio neceſſario ſeq̃t ſi ꝑſona ponat' eſſe abſoluta. ita. n. ꝓſtituit ſbaz ꝛ nõ relationẽ vl' reſpectũ ꝛ ita illud q̃ ẽ aliꝺ ſm iſtã ppr̃ietatez ẽ aliꝺ ſm ſbam. igenitũ aũt eſt aliꝺ ſm ppr̃ietatẽ igitur ꝛ ſm ſbam. Si dicat' q̃ rõ arrij eſt ſophiſtica figure dictõis duplr. tũ qz cõmutat' id aliqd i qd arguendo igenitũ eſſe ẽ illꝺ a genito vel hꝫ ẽ aliꝺ inqztũ in genitũ. q̃ ẽ aliud ſm ſbam. cõmutat' enĩ ad aliqd in qd. qõ oñdit Aug°. qz igenitũ dicit formalit ad aliquid lz negatiue. tũ qz ſi nõ accipiat' igenitũ p ipa ppr̃ietate q̃z ſignificat ſz p iſta ꝑpetate absoluta quo ẽ ſubſternit' ſi ponat' dicat'. a. ꝛ arguit' igenitũ ẽ aliꝺ a genito ꝑſonalit igit̃ ẽ aliꝺ ab eo ꝫ ſbam. ẽ figura dictiõis cõmutãdo hꝫ aliqd in qd. ĩ ꝑmiſſa. n. itelligitur ſba p ſba ꝑma i ꝓpõte iferr̃ p ſba 2a ſiue p qdditate qz ita itellexit arriꝰ i rpõ dixit enĩ ipe q̃ filiꝰ dei ẽ creatura pura ꝛ hz aliã ſbaz ꝛ aliã nãz a pr̃e. ꝛ ibi obuiat ſibi Aug. ſ. tri. c. vj. q̃ ſi ẽ aliꝺ. ſ. tres ꝑſone ſm ſbaz nõ itelligit' niſi de ſba 2a q̃ ẽ qdditas. ꝛ hꝫ mõ tã Aug° q̃z alij heretici ꝺ quos loquit' accipiũt ſbam. ꝛ iõ et alietate ſuppoſiti q̃ ẽ ſba ꝑma iferre qõ ẽ aliꝺ ſz ſubſtãtiã ſicut ipi loquũt ẽ cõmutare hꝫ aliqd i qd Si altero iſtorum modorum reſpondeatur ad rationem arrij quod ſit ſophiſtica. Contra ſubſtantia ꝑma

ẽ marie ſba igit ſi pſona ꝓſtituat̃ p abſolutũ. per illud erit marie ſba. ⁊ ita ſi ꝟz hoc ſit aliud erit marie alĩ ſm ſbam. Preterea ad iſtã ꝓclonẽ ſunt aliq̃ rões tacte. di. xxvi. i. li. pro parte iſta q̃ relatiões ꝓſtituunt

In iſta qõne. ſũt duo arti. ꝑmus que ſit ꝑpria etas ꝓſtituẽs perſonã. 2° an iſta ſit rõ terminãdi iſtã vnionẽ. De ꝑmo tactũ ẽ in ꝑmo li. di. ꝑdicta. Quantũ ad aliũ articulũ ꝑncipalẽ q̃ſtiõis ſ. de rõe formali t̃minãdi iſtã vnionẽ q̃ diceret iſtaz eſſe ꝑꝓ ꝓtinẽtiã pfectõis realitaz ſuppoſiti creati in ipo aſſumẽte ⁊ ꝑꝓ potẽtiã obediẽtialẽ in nã aſſũpta hr̃et dicere q̃ eſſentia eſſet ꝑpria rõ terminãdi iſtaz vnionẽ: ſicut argutũ fuit di. iſta. q. ꝑma ſed illud ſuppoſitũ vr̃ eſſe falſũ. q̃ iſta depẽdẽtia ẽ alterius rõnis ab oi depẽdẽtia cãti ad cãm ꝓtinẽtia aũt virtualis q̃ ẽ in termio ⁊ po[a] obediẽtialis in depẽdẽte vel ꝓtẽto ꝓtinet ad depẽdẽtiã cãti ad cãm. vñ ꝑpter iſtas rõnes nõ poſui in ꝑma. q. verbũ poſſe termiare illã dependentiam ſed ꝓpter ſubſiſtentiam indepẽdẽtem. Dico g̃ q̃ eſſẽtia nõ ẽ formal'r rõ terminãdi iſtã vnionẽ. ſed ꝑprietas pſonalis q̃ ꝑbo ſic. In quocũque ſuppoſito eſt rõ formalis terminãdi iſtã vnionẽ ipm termiat eã ꝓr: in quo eſt eſſẽtia diuina nõ termiate eã igit ⁊c. ꝑba° maioris ſuppoſitũ nõ terminat niſi q̃ hz rõem formalẽ termiandi ſicut nõ creat niſi q̃ ꝓuẽit ei formaliter rõ creãdi ⁊ ꝑꝓ hoc in quo cũq̃ ẽ rõ formalis creãdi ꝓrima creat. vñ neceſſe ẽ tres pſonas ſimul creare. Diceꝯ forte q̃ ꝑprietas ẽ rõ terminãdi vt ſine q̃ nõ. Cõtra hoc in quocunq̃ ẽ formalis rõ agẽdi ⁊ ꝑus natura q̃z actio ei⁹ ſit elicita actu vel termin⁹ ꝑduct⁹: illõ ẽ ei rõ ⁊ ꝑncipiũ agẽdi ſicut frequẽter declaratũ eſt in ꝓmo li. quõ paꝯ ⁊ filius ſpirẽt. ſ. ſ. q̃ habẽt viz ſpiratiuã ⁊ vterq̃ ꝓr: us origiez q̃z. ſ. ſ. ſpireꝯ ⁊ ꝑpter hoc etiã tres pſone creãt. ita q̃ potẽtia creãdi ẽ cuilz rõ creãdi q̃ glibet hz eaz ꝓr⁹naliter q̃z creatura ꝑducaꝯ igit a ſimili: illud q̃ ẽ rõ terminãdi iſtã vnionẽ erit habẽti ꝓrius rõ terminãdi. ſi ꝓrius nãlit̃ habeaꝯ q̃z ipa vnio terminet ſz certũ eſt q̃ ipa nã habeꝯ a trib⁹ naturaliter ꝑus q̃z iſta vnio facta ſit igit ⁊c. Alit̃ põt rñderi ad rõnem q̃ tres pſone alio ⁊ alio mõ hñt eſſentiã ⁊ ꝓpter iſtũ aliũ modũ hñdi cã vna põt terminare ita q̃ eſſentia ſit ſibi rõ terminãdi ⁊ nõ alij. Contra hoc dupliciter põt argui ꝑmo ſic. q̃ ſi iſta vnio ſit realis hz terminũ realẽ ⁊ ſub rõe reali igit relatio rõnis nõ ẽ formalis rõ terminãdi vnionẽ: iſte aũt mod⁹ hñdi eſſẽtiã ẽ tñ relatio rõis i ipa eſſẽtia q̃ alias eſſẽtia realit̃ refert ad ſe vel ad pſonã igit eſſẽtia vt ſic hita nõ eſt formalis rõ terminãdi eã ita q̃ ſic haberi ſit ꝓrima ra° terminãdi eã. 2° q̃ nõ ẽ diſtinctio in mõ hñdi eſſẽtiã niſi ꝓtinẽs ad originẽ: ſz ꝑpter iſtã nõ terminat vnionẽ vna pſona ⁊ nõ alia q̃ iſta diſtinctõ eſſet eadẽ ſi pater fuiſſet ĩcarnat⁹ ⁊ nõ fili⁹ ⁊ tñ tũc nõ terminaſſet fili⁹ ſicut mõ. igit ꝑꝓ illã diſtinctionẽ que neceſſaria eſt nõ ẽ eſſẽtia rõ terminãdi vni ⁊ nõ alij qõ terminare ẽ ꝓtingẽs pz g̃ ſolo. q. ex duobus arti. ſ. ꝑprietas vbi ẽ rõ terminãdi ⁊ iſta ſecũdũ auctes videꝯ eẽ relatiua ſiue r'lo originis lz rões adducte ꝯ nõ ꝓcludant.

Ad argumẽta Ad ꝑmũ pz q̃ illa maior eſt falſa. nec ille ſũt rões ad ꝑbãdũ poſſibilitatẽ ĩcarnatiõis Ad aliud dico q̃ cõmunicare ſic eẽ nõ ẽ idẽ q̃ eẽ diuinũ iformare formalr̃ nãm hũanã nec etiaz effectiue cõmunicare q̃. ſ. pſona aſſumens effectiue det aliq̃ ẽ nãe aſſumpte ex ꝯ q̃ aſſumẽs eſt: ſz iſtõ cõmunicare ẽ terminare depẽdentiã exiſtẽtie actualis nãe aſſumpte. ⁊ tũc ꝯ nõ q̃ exiſtẽtia realis nãe aſſumẽtis ſit rõ terminãdi ſz ſbſiſtentia. i. incõicabilis exĩtia. Ad formã. tũc ꝓcedo q̃ cõicat eẽ ꝯ ẽ exĩtia ſua ĩcõicabilis vt exĩtia incõicabilis nõ ex alio puta ex nã ẽ rõ terminãdi depẽdẽtiã nature aſſũpte. Ad aliud. ꝓcedo maiorẽ: ⁊ minor negeꝯ ꝟz cõem opinionẽ tenẽdo pſonas eẽ relatiuas ⁊ ad ꝓbatões illas dictuz eſt di. xxvi. ꝑi. li.

Hic incipit tertius liber ſniarũ. In quo magiſter poſtq̃z egit de deo ſm ſe ſeu ſm rõez ſue naturalis pfectionis. ſ. in ꝑmo. ⁊ ſm q̃ ei⁹ potentia relucet in effectu mũdane creationis. puta in ſecũdo libro. Algit ꝑinr de eo inquãtũ eius ſapĩa reſplẽdet in effectu mũdane reſtaurationis. Et diuiditur iſte tertiꝰ liber ĩ tres tractat⁹ ꝑncipales. In ꝑmo agit de vbi eterni incarnatione. ⁊ ille extẽdit̃ a ꝑncipio libri vſq̃z ad decimãquintã diſtinctionẽ. In ſcõo tractat de eiuſdẽ vbi incarnati paſſione ⁊ ꝓtẽdit̃ a decimaquinta diſtinctione vſq̃z ad vigeſimãtertiã diſtinctionẽ. In tertio determinat de donoꝝ ⁊ virtutuz ꝑfectione. ⁊ hoc a vicesimatertia diſtinctione vſq̃z ad finẽ libri. In ꝑma inquã diſtinctione ꝑmi tractatus tria facit. Primo enĩ oñdit q̃d ſit incarnatio. Scõo q̃liter ſpãliter filiũ incarnari decuit deducit. Tertio an ꝑr: ⁊ ſpũs ſcũs incarnari potuerũt. ingrit. Primũ faeit a ꝑncipio diſtinctionis vſq̃z ibi. Diligẽter vero. Scõm vo ſubiũgit ab inde vſq̃z ibi. Si vo queritur. Tertiũ aũt ſubiũgit vſq̃z ad finẽ diſtinctionis. In ſpãli. n. magr̃i ſnia ſtat in trib⁹ ꝓpõnib⁹. quarũ ꝑma ẽ hec. Viſibilis dei filij miſſio eſt ipſa vbi incarnatõ Hãc enim ꝓpõnẽ magr̃ ꝑbat auctẽ apl̃i dicẽtis q̃ i tpe plenitudinis. ſ. in tpe gr̃e q̃d initiũ habuit ab adnentu ſalnatoris nr̃i. pr̃ miſit filiũ ſuũ antiqs patrib⁹ ꝑmiſſũ in lege. cui⁹ q̃dẽ filij viſibilis incarnez miſſio dr̃ eẽ ipſa incarnatio. Scõa ꝓpõ eſt hec. Ꝛz etiaz a qualibet pſona diuina potuit natura humana aſſumi. nulla tr̃ pſonarũ ita cõgrue humanari potuit ſiẽ pſona verbi. i. filij. Hãc quidẽ ꝓpõnẽ magr̃ ꝑbat triplici rõne. Quarũ quidẽ rõnũ ꝑma ſumit̃ ex appꝛopato filij. ſ. ſapĩa. Hã pſonũ fuit vt de⁹ q̃ in ſapĩa oĩa ꝓ didit. per ſapiam ẽt oĩa reſtauraret. ⁊ hoc cõfirmat parabola euangelica de muliere querẽte ⁊ inuenientẽ dꝛagmã perditã. Luce. 15. Scõa rõ ſumit̃ ab origine ipſi⁹ filij. Hã origo filij ẽ eẽ ab alio. ꝓgruũ igitur fuit vt ꝑmo mitteret̃ ille qui eſt a ſolo ꝑre. ⁊ deinde ſpũs ſcũs q̃ eſt a ꝑre ⁊ filio. Et hãc rõnẽ cõfirmat auctoꝛitate bti Aug. 4. li. de ci. c. j. Tertia rõ ad idẽ colligit̃ ex ꝑprio filij. Hã ꝑprium filij ẽ eẽ filiũ. cũ g̃ ꝓgruũ fuit vt qui in deitate erat dei fili⁹ in humanitate fieret hoĩs filius. ne duos filios eſtimarem⁹ decuit pſonã filij ꝑcipue incarnari. Hãc rõnẽ cõfirmat auctẽ Aug. in eccl'iaſticis dogmatib⁹. c. 2. Tertia ꝓpõ eſt hec. Nũquis ꝑr: ⁊ ſpũs ſcũs incarnari poſſent ſi vellent aut voluiſſent. ad ſolũ tr̃ filiũ carnis aſſũptio terminata ẽ. Hãc ꝓbat per hoc q̃ vna ⁊ eadẽ ẽ diuina rũ perſonarũ potẽtia. ſi igit̃ ex illa potẽtia vna potuit incarnari ⁊ oẽs potuerũt incarnari. Poſtea magiſter obiicit ꝓtra ſuperius dicta. ſ. q̃ ſolus fili⁹ ſit ĩcarnat⁹. Et arguit ſic. Opera trinitatis adextra ſũt indiuiſa. ſi igit̃ fili⁹ aſſũpſit naturã humanã ⁊ ꝑr: ⁊ ſpũs ſc̃i ctus aſſũpſerunt. Aliogn aliq̃d faceret vna perſona qõ nõ faceret alia. ⁊ ſic opera trinitatis adextra eẽnt diuiſa. Ad quã obiectionẽ magr̃ dicit q̃ q̃z tota trinitas ĩcarnationẽ xp̃i ſit operata eo q̃ opera trinitatis ad extra ſint indiuiſa. ſola tr̃ perſona filij ẽ incarnata eo q̃ aſſumptio nature humane ad ipſũ terminat̃. qõ exẽplificat de tribus puellis vni de ipſis tunicã induct̃ib⁹. que oẽs operãtur ad indutionem ⁊ tr̃ vna ſola eſt induta. Et tr̃ in ſpeciali.

Quare totam humanã naturã accepit. et qd noie humanitatis vel humane nature intelligendum ſit.

Di. II.

c

T quia in homine tota humana natura vitio corrupta erat totā assumpsit. i aiam ⁊ carnē vt totaz curaret ⁊ scificaret. Qđ aūt humane nature siue humanitatis vocabulo aia ⁊ caro intelligi debeāt apte docz Hieron'. in expō ne catholice. fidei dicēs. Sic ꝓfitemur in xp̄o vnā filij eē psonā vt dicam⁹ duas pfectas et integras eē substātias. i. deitatis ⁊ humanitatis que ex aia ꝓtineť ⁊ corpe. Ecce apte oñdit humanitatis noie aiam ⁊ corpus intelligi. q̄ duo assumpsisse dei filius intelligitur vbi hominem siue humanitatē vel humanā naturā accepisse legiť. Errāt ergo qui noie humanitatis nō substantiā sed ꝓprietatē quandaz a qua hō noiatur signifi. cari ꝓtēdūt vbicūq; humanitas xp̄i memoratur. Ait enim Joā. damasce. Sciendū quidē est q̄ deitatis ⁊ humanitatis nomē substātiarum. s. naturarum est p̄tantiū. Natura enim nō sic accipitur i xp̄o. vt cū dicitur vna natura eē oīum hoīuz qđ euidenter idem Joānes oñdit differentem rōnē dicti assignans cū natura humana in xp̄o noiatur. ⁊ cum vna dicitur natura oīum hoīum. Ait enim. Cū vnā hoīum naturam dicimus sciendū est q̄ nō cōsiderantes ad aie ⁊ corporis rōnē hoc dicim⁹. Impossibile enim est vnius nature dicere domum corpus ⁊ animam ad inuicem cōparata. Sz q̄ plurime persone hoīum sunt oēs autem eādem suscipiunt rationem nature. oēs enim ex anima ⁊ corpore compositi sūt ⁊ oēs naturas anime pticipāt. ⁊ substantiā corpis possidēt cōem spēm plurimarū ⁊ differentiū personarū vnā naturā dicimus vniuscuiusq;. s. psone duas naturas hūtis. ⁊ in duab⁹ perfecte naturis anime. s. ⁊ corporis exūtis. In domino aūt iesu xp̄o nō est cōem spēm accipere neq; enim factus est nec est. nec aliquādo fiet alius. Sed xp̄s ex deitate ⁊ humanitate ē. in deitateq; ⁊ humanitate deus factus ē idez ⁊ hō pfectus. Totā ergo hominis naturaz. id est animā ⁊ carnē. ⁊ hoꝝ ꝓprietates siue accidētia assumpsit deus non carnē sine anima nec animam sine r ōne vt heretici voluerunt sed ⁊ carnē ⁊ animā cum sensibus suis. Unde Joā. damasce. ait. Omnia q̄ in natura nr̄a plātauit de⁹ v̄bū assūpsit. s. corp⁹ ⁊ animam intellectualē ⁊ hoꝝ idiomata. Tot⁹ enim totū assūpsit me. vt toti mihi salutez gratificet. Qđ enim inassumptibile est incurabile est.

Errōr ē quorundā tāgit q hūanitatē maleaccipiunt.

Hiero.

Jo. damasce.

Jo. damasce.

T quia in hoīe tota nā. Circa distinctionē istā secundā in qua mḡr agit de mō assumēdi naturā querunť tria. ꝑmo vtrū naturā aliq̄z vturi deo ypostatice ⁊ tn̄ non frui includat ꝓdictionē. 2° vtrū fuerit ibi aliq̄d mediū congruitatis. ⁊ vt includā vtrumq; mediū. s. intrinsecū vt aiaz ⁊ extrinsecū vt gram: quero vtrū verbū pri-

c

mo ⁊ imediate assumpserit totā naturā humanā 3° vtrū icarnationē ꝓcesserit corporis organizatio.

Circa primū arguiť q̄ sic. q: aut illa natura nata ē frui aut nō. primo mō nō pōt nō frui ꝓbatio tū q: illa vnio maior ē ista vnione que ē p̄ bītū glorie q: ꝑm Aug⁹. xiij. de tri. c. xix. In rebus p̄ tp̄us ortis sūma gr̄a ē vt filius dei fieret hō Sz ꝓdictio ē naturā vnitā p̄ bītū glie nō fruī. ḡ mlto magis de ista. Cōfirmať per Aug⁹. xiij. de tri. c. ix. vbi arguit per locū a minori. si filius dei naturaľ fact⁹ ē filius hois: igiť magis credibile ē q̄ filius hominis naturalis sit gr̄a filius dei si autez ꝓtia tenet vniuersaliť a maiori igiť in christo posito ante necessario ponit ꝓs. ⁊ p ꝓs q̄ necessario fruatur posset peccare: ⁊ ita de⁹ diceret peccare ⁊ dānari per ꝓs. Cōfirmať ista ꝓbatio p Ansel. ii. cur de⁹ hō. c. 4. primus hō erat peccabil' q: nō erat de⁹ igiť er ista vnione secūdus hō er qua erat de⁹ erat ipecabilis sz non erat ipeccabilis nisi q: beatus igiť ⁊c. 2m mēbrum diuisiōis icludit ꝓdictionē. s. q̄ aliqua natura nō nata frui possit ei vniri ypostatice. tū q: tūc natura nō p̄sonabilis personaret. Natura. n. que vniť persone in vnitate suppositi p̄sonať natura nō nata frui nō ē personabilis tū 2° q: tūc ēet cōicatio idiomatū. ⁊ sic de⁹ diceret esse lapis vel ignis. imo v̄ eē perfecti or cōicatio idiomatū tūc q̄z mōr: cū quelibet pars lapidis sit lapis. ⁊ qcquid dei ē de⁹. nō itaest de hoīe igiť ⁊c. Cōtra. iter duo imediate vniebať caro verbo ⁊ tn̄ non fruebať. qcquid aūt verbū potuit ꝓseruare sibi vnitū imediate: potuit imediate assumere.

In ista questione. sunt duo articuli. primus de natura nata frui an ista posset non frui. ⁊ 2° an natura nō nata frui possit assumi. Et dr̄ ad vtrumq; q̄ nō. Nō ad p̄imū arti. ponit taľ fruitio ꝓplet in hoc q̄ obm fruibile p̄s imutat ītellectū ad actū videndi ⁊ per hoc erit p̄sens voluntati alliciens illam vt necessario fruať fine p̄te. Sz per istā vnionē ē necessario ista imutatio intellectus igiť ⁊ ipa fruitio volūtať est necessario ꝓs ista imutationē. ꝓbatio minoris. Si oculus possit videre lucē inexistētē sibi ad potētiā lucis in se necessario sequeret q̄ ipa esset p̄s ⁊ imutās oculū ad videndū. Intellect⁹ aūt pōt videre aliq̄d p̄s in se igiť cū per vnionē istā lux increata sit p̄s intellectui in se erit necessario p̄s vt imutās intellectū ad intelligendū

Ideo. ii. 5. q. 6

Cōfirmať ꝑ aug⁹. iz. de. tri. c. 9. vbi arguit per locū a minori de duplici vnione. Preterea po⁹ fūdať in essentia aie nō e⁹ igiť essentialior ē ordo vt illud q̄ est in eētia redundet in potētias q̄z e⁹. sed beatitudo nō pōt esse in potētijs nisi necessario redūdet in essentiā igiť. nō pōt esse in essentia nisi redundet in potētias. sed per istū illapsū ſpēalē essentia aie beatificaťq̄z tū ē beatificabilis. q: fit vnū aliq̄d cuz deo igiť ⁊c. Cōfirmať q: beatitudo p̄us est in essētia q̄z in potētijs. Est. n. p̄⁹ in sup̄mo nature beatificabilis: eē ā magis hz rōnē sup̄mi respectu potētiarū q̄z e⁹ sz in essentia nō pōt poni beatitudo nisi q dā illapsus spēalis obi fruibilis i eē iste aūt illapsus q̄ ē in vnione est sup̄mus ⁊ iō per hūc natura sūme elenať. Mod⁹ declarās primā rōnē est taľ q: habit⁹ itellectualis aliq̄s est necessari⁹ vt repsentet obiectū sicut i āgelis. aliq̄s aūt ē facilitās ipaz pōm vt facili⁹ possit in ip̄m sicut in nobis hit⁹ gr̄ie nō ponit in ista vniōe ꝓpť primū q: per nihil formaliť informās naturā ē de⁹ sibi p̄s vt obm fruibile. sz tn̄ se repūtat volūtarie po⁹ potēti frui imediate vt obm fruibile. siľ si habit⁹ ille reqrit ꝓpť facilitatez vel ꝓpter aliq̄z elevationem potentie vt ipsa possit faciliť immutari a tali obiecto etiam sine tali habitu

pō nāe assumpte est sūme inclinata ⁊ eleuata ⁊ ppor tionata obiecto fruibili nā huiusmōi pō nāe assum pte p vnionē eleuata est ad eē sup nāle tō ipa potētia est sufficiēter eleuata ad opationē supnaturalez. supplet igit ista vnio ad verbū ꝗstū ad fruitionē qcqd hitus glorie posset facere in alijs.

Contra istā opi. ⁊ pmo ꝓtra cōclusionez in se arguo sic pus ex rōe prioris pōt esse sine posteriori absq; ꝓtradictōe ⁊ hoc qñ nulla ē necessaria ꝓnexio eox aliter nō saluarēt pōitas vni⁹ ad aliud. pz ex difinitōe eius. 5. metha. sz nā personalibus pri⁹ nāliter psonat ꝗs opet: ⁊ hoc qñ psonat in se q: opatio est suppositi perfectis ⁊ in nā intellectuali est psone igit qñ psonat i alio prius nāliter psonat in eo ꝗs operet. Jsta ꝓtia vltia pbat q: nā in eodez istāti nāe in quo psonaret in se si sibi dimitteret: in eodē personat in psona. assumēte g nō est ꝓtradictio nām istaz personari psona diuina: ⁊ tñ nō operari in fruendo. Preterea rōnez positōis duco ad oppositū pmo q: nā nulla necessario fruit obo nisi que necessario imutat ab eo vt pāte sz ista aia ñ necessario imutat ab eo tū q: nec ad actū intelligendi q: obm istō non necessario imutat aliquē intellectū nisi diuinū. nihil. n. extra causat nisi voluntarie ⁊ ptingent tuz q: nec ad actū fruēdi q: voluntas ex puris nālib⁹ non necessario fruit fine sicut oñsuz est di. i. pri. igit ipa nō necessario fruet fine nisi aliqd addat formalit sue nāe per qō sit necessitas ad fruendū. sz nihil hic ponit superadditū formalit in voluntate per istā vnionē sz tñ ponit quedā dependētia ad verbū igit ⁊c.

Preterea q̄ b negat necessitas hitus ip:obat q: sicut tactū est di. xvij. p. potissima rō ponēdi charitatē creatā ē vt act⁹ diligēdi deū sit in ptāte voluntatis nullū. n. agēs hz in ptāte sua actū nisi i ptāte ei⁹ sit totū illud qō necessario requirit ex parte ei⁹ ad talē actū. voluntas aūt creata ex puris nālibus nō hz in ptāte sua actū diligēdi bonū increatū meritorie vt act⁹ ei⁹ sit accept⁹ deo ⁊ iō necesse est ipam habere illud aliud qō requirit ad agēdū vt possit deū per illud meritorie diligere fruitio aūt multomagis excedit nām voluntatis hūane ꝗs act⁹ meritori⁹ q: fruitio est act⁹ vel forma supnaturalis ñ sic act⁹ meritori⁹. igit fruitio nō erit in ptāte voluntatis humane nisi ipa hēat aliꝗs formā supnaturalē que possit vti ad istuz actuz eliciendū. voluntas aūt humana assumpta a verbo est voluntas nāe humane vnioce cū nra. igit ipa nō pōt frui sine charitate. Et si obijciat q̄ qcquid deus pōt p cām efficientē mediā pōt p se. hitus autez iste qui ponit respectu fruitōis tñ est cā efficiens q: nulla alia cā pz discurrēdo p cās igit deus pōt p se sine quacūqz alia cā media cāre fruitionē in aia. Cōcedo cōclusionē sicut dicet di. xiij. huius. s. qō fruitio pōt imediate cāri a deo in aia. sz tūc respectu fruitiōis voluntas nō hz rōnez cāe actiue q: nō hz ex se q⁹ agat ⁊ ita nō diceret illa aia frui formalit vel eliciti ue sicut alie aie dicunt frui qō vī icōueniēs. Similiter istud dictū nō arguit necessitatē fruitiōis q: sm hoc voluntas se haberet tñ passiue respectu fruitionis. ⁊ hoc ex po⁹ ꝓtradictiōis ad ipaz necessitas aūt nō accipit ex pte illius qō est in po⁹ ꝺdictōis ad aliquid g̊ oporteret necessitatē hui⁹ fruitiōis attribuere deo. sz ipe nō necessario cāt eā sicut nec aliquid extra se. igit. Et si dicas q̄ imo q: p̄supposita imutatione itellect⁹ necessario cāt istud vt concomitās hoc ip:obatū ē di. i. p. q: cū inte⁹ vel visio ⁊ fruitio sint duo absoluta nō ē ꝺdictio pus cāri sine posteriori.

Preterea si ꝓcederet aiam christi posse sic se hāe ad fruitōnez sine hitu sicut aliā aiaz cū hitu vī oio superfluū in christo ponere hitus infusos qui tñ ab oibus ponunt. di. xiij. ⁊ xiiij. qō ē icōueniēs. Preterea

ex vi vniōis solū verbū est pñsaie assumpte. ⁊ hoc fm eē psonale igit si ex tali vnione sit idē pñs in rōe obi imutās nō plus habet nisi q̄ ex vi vnionis solus verbū imutet intellectū creatū ⁊ nō tota trinitas qō ē falsuz q: opa trinitat̄ sunt idiuisa in ꝓparatōe ad extra. Si dicas q̄ eadē est rō videdi tres personas ⁊ vnā q: qui videt vnā necessario videt oēs oñsuz ē. di. i. p. q. 2. q̄ hoc nō est necessariū fruēs vna fruit oib⁹ nec videns vnā necessario videt oēs.

Ad scōm articulū pncipalē dr̄ q̄ nō. ppter istaz rōnez. q: sicut de⁹ se hz ad omnē creaturā in illapsu generali quātū ad eē ⁊ opari ita vī se hēre ad hāc nām in illapsu spāli quātū ad hāc opationē ⁊ hoc eē. sed p̄mo mō nulli pōt illabi ad eē nisi cui illabitur ad opationē fm phy. 4. methau. in fine. q: vnūqō qz est tale cū pōt agere. cū aūt nō pōt agere nō est tale igit nō pōt illabi isti nāe illapsu spāli quātū ad eē nisi possit ei illabi quātū ad opationē spālē opatio spālis respiciēs obm supnaturale ē opatio videdi ⁊ fruēdi que nullo mō ꝓpetūt nature nō nate frui vt nature irrōali. igit ⁊c. Cōtra istud. natura intellectualis ē assūptibilis q: nō hz in se entitatē positiuā repugnātem depēdētie isti spāli ad v̄bū siue cōicationi ei⁹ v̄bo vt nā cōicat̄ suppositō. qcqd aūt ē cōicabile sic est assūptibile. ⁊ qō nō hz vñ repugnet sibi talis cōicatō nō hz vñ repuguet sibi depēdere ⁊ assumi a v̄bo. sed natura nō intellectualis nō hz perfectionē rōnez suppositi q̄s nā intellectualis. igit ⁊ natura nō intellectualis nō hz aliquā entitatē positiuā per quā repugnet sibi alt⁹ depē⁹ illa p̄dcā. igit ⁊ ipsa ex pte sui est assumptibilis. ⁊ v̄bū videt ex parte sua posse istā depēdentiā terminare cū sit indepēdēs in rōe suppositi. ⁊ ita pōt terminare depēdētiam ypostaticaz. Dic dicere tur q̄ hz natura lapidis possit depēdere ypostatice ñ tñ ad psonam vel ad terminū q: persona nō terminat depēdētiam nāe nisi psonabilis. Doc excludendo dico q̄ hz nature dependētes sint alterius rōnis ⁊ ita dependētie earū inquātū a fundamēto pñt habē distinctionē sūt aliquo⁹ alteri⁹ rōnis tñ idē termin⁹. ⁊ fm eandē rōnē ex parte ei⁹ pōt eē oium istarū dependentiarū. silr si natura angelica assumeret ipsa esset alterius rōnis a natura humana ⁊ sic eēt alia ⁊ alia dependētia huius nature ⁊ illi⁹ ⁊ tñ vtraqz posset dependere ad eūdē terminū vt ad personā v̄bi. Sed dicet q̄ vtraqz est psonabilis hz habeāt entitatē vel dependentiā alteri⁹ rōnis ⁊ iō vtraqz pōt vniri persone nō sic natura nō psonabilis. Contra istud. si v̄bū esz ypostasis indepēdēs ⁊ nō psona posset terminare dependētiā nature nō psonabilis. igit cū nihil tollatur ab ipso qō per se faciat ad rōnē terminādi dependētiam alterius per hoc qō est psona adhuc poterit terminare. nec tñ sequit q̄ natura assūpta lapidis psonaret quia personari nō tñ dicit vniri sed sic vniri. ita q̄ ille modus respic fūda^m vnitū siue assūp^m siue modus sit intrinsec⁹ illi vnioni siue māliter se hēat ad illā. posset. n. bñ poni q̄ relatio hēret aliquē mo^m intrinsecū. cātum tñ a fundamēto q̄ si iste modus superaddit⁹ p hoc q̄ ē eē psonabile nō sit intrinsec⁹ relationi tñ vt vnio significat̄ per hoc nomē psonatio nēcio ꝓnotatur ille modus. ē aūt modus iste q̄ fūdamētū natū eēt in se psonari si nō sumeret ab alio. ⁊ si ergo nā humana ⁊ lapidis ꝓueniāt in rōne depēdentie ad ypostasim tñ q: nō ꝓueniūt in rōne talis modi depēdētie ideo nō pñt ambe psonari. Alig tñ dīt q̄ hē ꝓpter distinctionē ypostasis ⁊ psone in v̄bo qō sibi pōt aliqd vniri in rōne ypostasis vt lapis. ⁊ tñ n in rōne psone. Cōtra sicut dictū est di. 8. p̄mi li. in deo nō est ordo aliquarū realitatū. quaruz vna ꝺbat aliā q: tūc nō eēt pfecte simplex. ⁊ ista ē rō quare de⁹ nō ē in genere. igit nō est in eo aliqua realitas a qua

ſit ypoſtaſis determinabilis a realitate a qua eſt p-ſona. imo nulla oio alia ⁊ alia ē realitas ſz diſtinctio-nē exptę rei a q̄ ſit ypoſtaſis ⁊ pſona. Dis aūt vnio re alis ē ad terminū realē ⁊ ſz q realis nō igit̄ pōt eſſe vnio realis ad ypoſtaſim ⁊ non ad perſonam: cum nulla ſit ibi diſtinctio realis. ⁊ ideo non dico naturā illaz irrōnalē non pſonari ⁊ nām nr̄am pſonari ppē aliq̄z diſtinctionē realē ypoſtaſis ⁊ pſone in termi-no dependētie. ſz ppter diſtinctionē realē relationū formaliť ppter modos quos bn̄t a fundamētis: vl̄ ſaltē quos cānt fundamēta.

Ad queſtionē igit̄ q̄ztū ad p̄mū articulū conce do q nō includit ꝓtradictōem naturā natā ſz frui vniri verbo ypoſtatice ⁊ nō frui eo ⁊ hoc ſi pona tur poſſe aſſumi ſine hītu creato ſicut ponit opi. im-probata. ſi aūt poneret̄ q neceſſario ad hoc q aſſu-meret̄ oporteret q hēret habitū glorie huiuſmodi neceſſitate nō video ppter rōnez poſitā ꝓtra opi. p dictā. Quātū etiā ad 2m articulū ꝓcedo rōnez factā ꝓtra opi. q: nā creata pōt depēdere nō tantū depen-tia cāti ad cām ſz dependētia ypoſtaſibilis ad ypo-ſtaſiz nō hz aliq̄d in ſe p q̄ō repugnet ſibi ſic depēde re. ⁊ verbū pōt terminare iſtā depēdētiā q: ſi nō ſit in eo diſtincta ra° ypoſtaſis ⁊ pſone tū ita pfecte hz qcqd requiriť ad pſonā ⁊ ypoſtaſiz vt terminet ſicut ſi nō eſſet perſona.

Ad argumēta p̄ncipalia. Ad p̄mū cū arguit q̄ztū ad p̄mū mēbrū diuiſionis de ꝓpatione duaz vnionū in ſe. ⁊ cū° ⁊ dico q iſta eſt maio: q̄ztuz ad actū p̄mū q: p hāc cōicať eē pſone aſſumētis nāe aſſumpte ⁊ etiā mō de facto iſta includit aliaz vnio-nē que eſt ad actū 2m ⁊ opari ſz de poſſibili ſi ſepara ret̄ iſta eēt maio: que eſt nāe ad verbū vt ad termi nū q̄ztū ad actū p̄mū nō q̄ztū ad actū 2m ⁊ eſſe bea tificū q: btitudo magis eſt in opatōe ⁊ iō iſta eēt ma io: quātū ad opationē. Vel magis ppꝛie loquen-do pōt dici q neutra ē maior alia. q: ſunt alteri° rō-nis ⁊ cū neutra neceſſario ĩcludat aliā pōt vna eē ſi-ne altera. Ad aug. ꝓcedit q ē ſūma gr̄a in iſta vni one q: ſūma gratuita ꝓdeſcēſio volūtatis diuine q̄ fuit p̄ncipiū aſſumptionis nō ē aūt ſūma gr̄a habitu alis ex vi vnionis in iſta vnione ſz de facto iſta con comitet̄ iſtā vnionē vī auctoꝛitas aug. pōt expoui de facto q: loqtur de reb° poſt tp̄s ortis q iter illas ſūma gr̄a ē in vnione nāe nr̄e ad verbū diuinum.

Augu⁹. nande conuenientiorem modum alium non fuisse nec esse oportuisse. Quid enim mentes nostras tantum erigit ⁊ ab immortalitatis desperatione liberat q̃ q̃ tanti nos fecit deus vt dei filius immutabiliter bonus in se manens quod erat ⁊ a nobis accipiens quod non erat dignatus nostrum inire consortium mala nostra moriendo perferret. Est ⁊ alia ratio quare isto potius modo q̃ alio liberare voluit. qz sic ⁊ iustitia superatur diabolus non potẽtia. Et quomodo id factum sit explicabo vt potero. Quadam iustitia dei in potestatem diaboli traditum est genus humanum peccato p̃mi hominis in omnes originaliter transeunte ⁊ illius debito obligante. Unde omnes homines ab origine sunt sub principe diabolo. Unde apostolus. Eramus natura filij ire. natura. s. vt est depranata peccato non vt ẽ recta creata ab initio. Ad ocdus autem ille quo traditus est homo in diaboli potestatez non ita debet intelligi tanquam deus hoc fecerit. aut fieri iusserit. sed q̃ tantum̃ permiserit iuste tamen. Illo enim deserente peccantem peccati auctor illico inuasit. nec tamen deus continuit in ira sua miserationes suas. nec hominẽ a lege sue potestatis amisit cum in diaboli potestate essẽ permisit. quia nec diabolus a potestate dei est alienus sicut nec a bonitate. Nam qualicunq; vita diabolus vel homo non subsisteret nisi per eum qui viuificat omnia. Nõ ergo deus hominem deseruit vt non se illi exhiberet deum. sed inter mala penalia etiã malis multa prestitit bona. ⁊ tandem hominem quem commissio peccatorum diabolo subdidit. remissio peccatorum per sanguinem christi data a diabolo eruit vt sic iustitia vincerẽtur diabolus non potentia. Sed qua iustitia. Jesu christi. Et quomodo victus est ea. Qz in eo nihil dignum morte inueniens occidit cum tamen. ⁊ vtiq; iustum est. vt debitores quos tenebat liberi dimittantur in eum credentes quem sine vllo debito occidit. Jõ autem potentia vincere noluit qz diabolus vitio peruersitatis sue amator est potentie. ⁊ desertor oppugnatorq; iustitie in quo homines magis eum imitantur qui neglecta vel etiam perosa iustitia potentie magis student eiusq; vel adeptione letantur vel cupiditate inflammantur. Jdcoq; placuit deo vt non potentia sed iustitia vincens hominem erueret. in quo homo eum imitari disceret. Post vero in resurrectione secuta est potentia. quia reuixit mortuus nunquã postea moriturus. Sz non ne iure equissimo vinceretur diabolus si potentia tantum christus cum illo agere voluisset vtiq;. sed postposuit christus quod potuit vt prius ageret quod oportuit. Justitia ergo humilitatis hominem liberauit quẽ sola potentia equissime liberare potuit.

Ro filio⁹ gre isto modo.

Nõ diabolus ñ ẽ alien⁹ a ptate dei.

Qua iustitia sit vict⁹ diabolus.

De causa inter deum ⁊ hominem ⁊ diabolum.

Si enim tres illi in causam venirent. s. deus. diabolus homo. diabolus ⁊ homo quid aduersus deum dicerent: non haberent. Diabolus enim de iniuria dei conuinceretur. quia seruum eius. s. hominem et fraudulenter abduxit ⁊ violenter tenuit. Homo etiam iniurius deo conuinceretur. quia precepta eius contempsit. ⁊ se alieno domio mancipauit. De hominis etiam iniuria conuinceretur diabolus. quia ⁊ illum prius fallaci promissione decepit. ⁊ post mala inferẽdo lesit. Iniuste ergo diabolus quantum ad se tenebat hominem. sed homo iuste tenebaꝫ. qa diabolus numquam meruit potestatem habere super hominem. sed homo meruit p culpam pati diaboli tyrannidem. Si ergo deus qui vtriq; preerat potentia hominem liberare vellet sola iussionis virtute hominem potuit rectissime liberare. Sed ob causam p̃missam iustitia humilitatis vti voluit. Qui duz in carne mortali crucifixus est iustificati sum⁹ idest per remissionem peccatorum eruti ỏ potestate diaboli. ⁊ a xp̃o iustitia diabolus victus est non potentia. Quomodo autẽ in ei⁹ sanguine nobis peccata sint dimissa supra expositum est.

Augu⁹. i lib. de tri.

De trãditiõe christi que dicitur facta a patre ⁊ a filio. a iuda ⁊ a iudeis.

Christus ergo est sacerdos idemq; hostia ⁊ precium nostre reconciliationis qui est se in ara crucis non diabolo. sed deo trinitati obtulit pro omnibus quantum ad precij sufficientiam. sed pro electis tantum quantum ad sufficientiam qz predestinat tantum salutem efficit. De quo ⁊ legitur q̃ sit traditus a patre. ⁊ q̃ seipsum tradidit. ⁊ q̃ iudas eum tradidit ⁊ iudei. Ipse se tradidit qz sponte ad passionem accessit. Et pater eum tradidit. quia voluntate p̃fis imo totius trinitatis passus ẽ. Judas tradidit ꝑdendo ⁊ iudei istigãdo. ⁊ fuit act⁹ iude ⁊ iudeoꝝ malus. ⁊ actus xp̃i vel p̃fis bonus. Opus xp̃i ⁊ p̃fis bonuz. qz bona p̃fis ⁊ filij volũtas malũ fuit opus iude ⁊ iudeoꝝ. qz mala fuit intẽtio. Diuersa fuerunt ibi facta siue opa. i. diuersi act⁹ ⁊ vna res siue factũ. s. passio ipsa. Jdcoq; doctores aliqñ vniũt in facto illo patrẽ filiũ. iudã. iudeuz aliqñ diuiũgũt. Respicientes enĩ ad passionez vnũ opus illoꝝ dicũt. Attẽdentes intẽtiões ⁊ actus facta diuersa discernũt. Vñ August. Facta est inquit traditio a patre. facta est traditio a filio. facta est traditio a iuda. vna res facta est. Quid ergo discernit inter eos. Quia hoc fecit filius et pater in charitate. Judas

Augu⁹.

vero in proditione. Videtis quia non quid faciat homo. sed qua voluntate consideraduz est. In eodem facto inuenimus deum quo iudam. deum benedicimus iudam detestamur quia deus cogitauit salutem nostram. Judas cogitauit precium quo vendidit dominum. filius preciuz quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio diuersa facta facit. cum tamē fit vna res ex diuersis. Ecce vnam rem dicit ibi fuisse ꝛ diuersa facta: quia vna ibi fuit passio sed diuersi actus. Et actus qdez iude ac iudeorum mali quibus operati sunt christi passionem que bonum est ꝛ opus dei est.

Quod christi passio dicitur opus dei ꝛ iudeorum ꝛ quomodo.

Passio ergo christi ꝛ opus dicitur iudeorum. quia ex actibus eorum prouenit ꝛ opus dei. quia eo auctore. idest eo volente fuit. Unde Augu⁹. Nemo aufert aiam christi ab eo quia potestatem habet ponendi ꝛ sumendi. ecce habes auctorem opis. Ponet animam. ecce habes opus auctoris. Et vt generaliter concludam quotiens in carne xpi aliquid patitur opus auctoris est. quia enim sua voluntate non alio cogente perpetitur ipe auctor est operis. Cum aūt passio christi op⁹ dei sit. ꝛ ideo bonuz. eamqz operati sint iudas ꝛ iudei. queritur an concedēdum sit eos operatos ibi esse bonum. Dic distinguendum ē Potest enim dici ꝙ operati sunt bonum. qz ex actibus eorum bonū prouenit. i. passio xpi ꝛ item ꝙ operati non sunt bonū sed malū. qz actio eorum non fuit bona sed mala.

Aug. in expone fidei catholice ꝑ feliciānum.

Si iudei sunt ibi operati bonū.

Circa istam 2o. di. in q̄ magr agit de ꝙueniētia ꝛ mō passionis. Querit vnū. vtrum s. necesse fuerit genus humanū reparari per passionē xpi. ꝙ nō. qz si nobilius ens lapsum nō necesse ē reparari per passionē xpi. nec min⁹ nobile. sed angelus q est nobilior homine lapsus est ꝛ nō est necesse ipsum reparari passione xpi nec alia. igitur nec hoiem. Rnd̄et ad hoc dupliciter. pmo qz nō tota nā angelox cecidit sicut hominū. ꝛ ideo ne tota spēs hoium piret necesse fuit reparari ꝛ nō angelū. Contra si qlibet angelus est alterius spēi ab alio sicut dicūt sic rndentes tūc tot sunt spēs quot individua. ꝛ qlibet spēs est nobilior spē humana ꝑm se. cū igitur multi angeli ceciderūt maius incōueniēs est tot spēs nō reparari sed pire in eternum q̄z vnam spēm infimā cuiusmodi est tota spēs humana respectu cuiuscūq̄z angeli. ꝛ maxime respectu tot cadentiū. Confirmaf. qz si eēnt duo celi ꝛ alterū anni hilaretur ꝛ eēnt multe muscе ꝛ annihilarenf dicere: ꝙ necesse est spēm muscarū reparari ꝛ nō celū. primo lū videf cū celū sit multo nobilius hoc de cōparatione angelox cadētiū ꝛ hoium. Ideo aliter respōdetur ꝙ qz homo alterius tētatione cecidit. s. diaboli angeli. non sed ppria volūtate solū. ideo debuit hō reparari. Unde Anselmus cur deus hō. c. 21. sicut angeli ceciderūt nullo alio nocēte. ita nullo alio adiuūante surgere nō debēt. Contra. factū ē plium magnuz inc elo rē. q̄ videf ꝙ sicut draco pugnauit cum Michaele sic eū tētanit. Preterea videf ꝙ draco. id est lucifer peccādo tentauit alios sibi ꝙsentiētes.

Tho. in ꝑti di. q. j. insolutiōe. 3 articuli

Tho. in 3°. di. j. q. pma.

Preterea ad pncipale glibet actus xpi sufficiens fuit ad redimēdum genus humanuz. igit nō fuit necesse redimi hoiem per passionē. aīs pbatur. quia actus est laudabilior passione. qz laus ꝙsistit in actu. modo illa passio xpi nō hz ꝙ sit sufficiēs meritorie nisi in relatione ad psonā verbi. eo aūt mō ꝛ actus eius elicitus in rone ad verbū fuisset sufficiēter meritorius Preterea. 3. ethi. c. 5. passionibus nec laudamur nec vituparamur. igit videf ꝙ passio nō sit meritoria sed actio. Preterea Anse. 2. cur deus hō. c. 14. approbat dictum discipuli sui ꝙ minima lesio illius psone fuit peior sicut ꝛ salus istius ptis ꝑciosior q̄z peccatū oium hoium sit malū. sed q̄zto pena satisfactoria dūmodo eēt sufficiēs posset eā minor lesio illi⁹ psone. tanto ꝙueniētior eēt. igit nō necesse nec decens fuit hoiem redimi morte xpi cū minor pena suffecisset. Preterea ꝑ passionē xpi nō potuerūt redimi occidētes xpm. igit nec genus humanū. aīs ꝓbaf. qz tātum malū erat actio illox ꝙtās vitā xpi quātuz bonum erat vita xpi. ꝛ tunc tāta erat inimicitia occidētis q̄z erat amicitia xpi recōciliātis. igit vita quā posuit moriēdo nō sufficit ad redimēduz peccatum occidētiū. qz meritū dz excedere culpaz ꝛ reatū si sit satisfactio sit plena. Contra Anse. cur de⁹ hō. c. 15. ecce vides quō rōnabilis necessitas exigat ex hominibus perficiendū eē ciuitatē supernā. nec hoc fieri posse nisi per remissionē pctōx quam nullus hō habere pōt nisi per hoiem q idē ipse sit deus atqz morte sua deo pctōres recōciliet. ex ipsse enim videf dicere ꝙ necesse erat hoiem redimi per mortē xpi. idē potest haberi ibidem. c. 3.

Ad istam questionem que est mere theologica ꝓpter quam solū videf Anse. fecisse totum librū cur deus hō ꝛ ibi videf eā soluisse. ꝑmo videndū est ꝑm Anse. ꝙ necessariū fuit hominē redimi. scōo ꝙ nō potuit redimi sine satisfactione. 3° ꝙ faciēda erat satisfactio a deo hoīe. q̄rto ꝙ cōueniētior modus fuit hic. s. per passionē xpi. Primum ostēdo ꝑm eū ꝙ necesse fuit hoiem redimi qz. 2. ē aia deus ꝛ nā nihil faciūt frustra. sed frustra fieret rōnalis creatura nisi posset ꝙsequi finem suū. s. bonū sūmuz ꝓpter se amare ꝛ ei per cognitionē ꝛ amorē ꝓpter se inherere. aut ꝙ deus deducit hoīem ad hunc finem aut nō. Si nō frustra igit factus fuisset. Si sic. cū iaz lapsus fuerit per pctm necesse est ipm repari hoc. c. i. 2. cur deus hō. ꝛ iō. 4. c. ꝙcludit ex his est facile cognoscere ꝙ aut hoc pficiet deus de nā humana qō incepit. aut inuanū fecit tā sublimē nām. scōum pbat qō sic. c. 25. ꝑmili. Cur iniust⁹ ē ois qui nō reddit dō dz. qz iniust⁹ ē ēt si nō reddat hoī qō dz. sz nullus iniustus admittit ad btitudinē eternā. igit q nō soluit dō qō dz nō saluabit. sed ois pctōr abstulit a deo honorē sibi debitū. igit quousqz satisfecerit ē debitor ꝛ iniustus. ꝙ. Si dicaf ꝙtra hoc ꝙ nō opz hoiem eē iniustū nisi satisfecerit. qz pōt excusari per impotētiam pōt ēt remitti offensa p sūmā miīcordiā dei remittētis sine satisfactione ipse excludit vtrāqz rnsionez. ꝑmo ꝑmā di. ꝙ impotētia excusaret si in ipam non sponte se deiecisset hō peccādo. qz igit sic se in impotentiam iecit. ideo ipsa impotētia ē pctm. qz debz eam nō habere: debet enim posse reddere honorez deo quē abstulit. ꝛ ideo si per pctm facit se impotentem ad reddēdum nō excusaf sz vitupaf. ꝛ ponit ex emplū. Si dominus precipiat seruo facere aliquod bonum opus. ꝛ precipiat sibi ne se precipitet in foueam sibi monstratam de qua non poterit surgere.

si seruus spōte pijciat se in foueā ꝓtēnēs mādatū dñi sui vt sic nō posset pficere opꝰ sibi p̄ceptū a dño nō excusatur ex impotētia. qz ipsam ipotētiā ipse fecit sibi sic in ꝓposito impotētiā satisfaciēdi fecit sibi homo per peccatū. ideo ex impotētia nō excusaf sed ē ei peccatum ⁊ iniustitia. nullus aūt iniustus admittitur ad btitudinē quare opz satisfacere vt fiat iustus. Contra secūdam rōnionem cum dī q remittiē per miseri cordiā. Quero aut remittiē ōbitū vt nō teneatur ad reddēdum deo honorē quē peccādo abstulit. ⁊ hoc ꝓpter impotētiā reddēdi qz ñ pōt reddere. aut dimittit penā ꝓpctis dādo btitudinē. Si p̄mū def illud ñ est aliud dicere nisi q deꝰ dimittit meritū qō habere nō pōt. talē aūt misericordiā attribuere deo derisio ē Si aūt remittat penā ⁊ facit hoiem btm̄. tūc beatificat hoiem ꝓpter pctm̄. qz. s. hz impotētiā reddēdi et satisfaciēdi quā dz nō hēre qō est hēre pctm̄. Tertiaz. s. q illa satisfactio q̄ debebaf ñ potuit fieri ab hoie puro. pbaf. 22. c. li. p̄mi. Nullus satisfacit p pctō hominis nisi reddat aliqd maius eo ꝓ quo pctm̄ facere nō debuerat. sed ꝓ oi eo qō ē citra deū vel esse pōt nō debuit peccasse. igiē nō pōt satisfacere nisi redderet deo aliqd maius oi creatura facta ⁊ possibili fieri. Sed maius oi creatura simul sapta sicuf arguit ibi nō pōt reddere purus hō. igiē opz deū satisfacere pro pctō. Preterea ad idē. si hō pctōr reddat deo solū illud qō dz si eēt innocēs ⁊ nunq̄z peccasset nō ē satisfactio pro pctō. sed oia que pōt hō facere. s. deū honorare: cor deo humilr offerre. misericordiaz in dando ⁊ dimittēdo: ⁊ obedientiā. ⁊ qcqd videf posse totuz dz deo ēt si nō peccasset. igiē hoc exhibēdo deo nō satisfacit ꝓ pctō. igiē regriē aliqd maius oībus his offerri deo ad hoc q̄ satisfactio valeat. qō nō pōt fieri a puro hoie. Preterea. c. 24. li. p̄mi arguit ad idez. sic hō nō pōt satisfacere deo ꝓ pctō nisi reddat deo totuz qō abstulit. sed abstulit deo qcquid de nā humana ōus facere ꝓposuerat. ꝓposuerat aūt de oībus iustis facere numerū electoꝝ. ad quē numerū perficiendum hō factꝰ ē. sed nullatenus potuit hoc reddere hō peccator. qz pctōr pctōrē iustificare neqt. ꝯ oportuit deuz hoiem qz nō potuit nisi deꝰ nec decuit nisi hō. sed hō pctōr nō potuit vt iam pz. nec decuit q aliqs innocēs nō descēdens ex Adam redimeret nos per mortem qz tūc nō fuisset hō restitutꝰ ad pstinā dignitatē vt soli deo seruiret. sed fuisset obligatꝰ illi homini quasi tm̄ ꝓ redēptione quātū deo ꝓ creatione. ⁊ ita posset reputare ipm̄ deū ꝓ repatione. sicut verū deū ꝓ creatiōe ⁊ pter hoc ille purꝰ hō quātūcūq̄z innocēs nō potuit satisfeciſſe sicut ꝓbant argumēta in. 3. articulo. de ista mā loquiē. c. penul. secūdi li. in sili de angelo. 4m s. q oportuit xp̄m satisfacere per mortē lz nō eēt debitor mortis. qō tm̄ arguit Anſel. 2. c. secūdi li. sic. rō docuit sicut pz in. 3. articulo q̄ oportebat illū q satisfacere debeat ꝓ hoie hēre aliqd maius oi eo qō est sb eo. qō sponte ⁊ nō ex debito deberet hō. vt sicut hō peccauerat per suauitatē se subijciēdo diabolo. ita vicat p aspitatē ipm̄ diabolū. nihil aūt aspius aut difficiliꝰ aut maius sub deo pōt hō ad honorē dei sponte ⁊ non ex debito pati q̄z mortē. igiē xp̄s hō qui maior erat oibus sub deo per mortē quā nō debuit pati satisfacere debuit. Hoc idē pz. c. 14. p̄. li. s. q̄z mors sufficit p oībus. vbi approbat rōnionē discipuli di. ipm̄ recte existimare in hoc q̄ dicit p̄us se malle infinitos mundos si eēnt redigi in nihil q̄z offendere deū. ⁊ potiꝰ deberet se velle magis oia pcta que fūt ⁊ fuerūt pmittere cadē super se q̄z hoiem xp̄m occidere. ⁊ concludit sic Anſel. videmꝰ hoc q violationi vite corporalis: huiꝰ hois nulla imēsitas vel multitudo pctōr extra psonā dei cōparari valet. hec Anſel. qz igiē fuit tā nobilis vita eius mors eius fuit multū accepta deo vt

per illā satisfacere possz. hec veraciter vt potui ex dictis eius collegi.

In istis dictis Anſel videnf aliq̄ dubia. Primo enim ipsa cōclusio in se videf dubia. cū velit q redēptio non possit eē nisi per mortē xp̄i. ⁊ per aliqd sponte oblatū extendēs oēm creaturā. p̄mo ꝓbo q aliter potuit hō redimi q̄z p mortē xp̄i. Aug. iz. de tri. c. x. Alius modus redimēdi hoiem deo nō defuit. eius enī ptāti cuncta subiacēt. nō ergo fuit necessitas in conclusione.

Preterea nō est aliq̄ necessitas q xp̄s hō redimat hominē p mortē nisi necessitas p̄tie. supposito q ordinauerit sic illū redimere. sicut si curro moueor. hec ē necessitas p̄tie. sed aūs est simplr ꝓtingēs. ⁊ silr p̄ns s. me currere ⁊ me moueri. silr xp̄m pati mortez fuit ꝓtingēs sicut ꝓtingēs fuit ipsum p̄uideri passurū. nulla ē ergo necessitas nisi p̄tie. s. si p̄uisus fuit pati patietur. sed tam aūs q̄z p̄ns fuit ꝓtingēs. ⁊ cū tali necessitate p̄ie stat simplr contingentia vtriusq̄z extremi tā aūtis q p̄tis. Preterea nulla ē necessitas genꝰ humanū reparari. igiē nec xp̄m pati. p̄tia de se pz. antecedēs ꝓbatur. qz si sic hoc nō est nisi qz hoies p̄destinati sunt ad gl̄iam. ⁊ lapsi nō possunt intrare nisi p satisfactionē. sed mō ita ē q p̄destinatio hois ꝓtingēs est ⁊ nō necessaria. sicut enim deus ab eterno contingenter p̄destinauit hoiez ⁊ nō necessario. qz nihil necessario opatur respectu aliquoꝝ extra se ordinando illa ad bonū. sic potuit nō p̄destinasse. nec ē incōueniens hoiem frustrari a btitudine nisi p̄supposita p̄destinatione hois. igiē nulla fuit absolute redemptiōis eius necessitas sicut nec p̄destinationis eiꝰ.

Contra ea que dicuntur in. 2°. ar°. an homo possit recōciliari deo sine satisfactione tangit in. 4. c. di. 15. q. i. de pnīa. sed dato q satisfactio reqrat non tamē requritur necessario q satisfaciens sit deus. nec hoc ꝓbatur. ⁊ quādo in tertio articulo dicitur q nō satisfacit quis deo nisi offerat deo aliqd maius formaliter q̄z sit illud p̄o quo peccare non debuit qō est maius tota creatura. credo salua reuerentia sua q hoc non est verum. non enim oportuit satisfactionem p̄o peccato p̄mi hominis excedere totam creaturam formaliter in magnitudine ⁊ perfectione suffeciſſet enim obtuliſſe deo maius bonuz q̄z fuerit malum illius hominis peccantis. Unde si Adam p gratiam datam ⁊ charitatē habuisset vnum vel mltos actus diligendi deū ꝓpter se ex maiori conatu li. ar. q̄z fuit conatus in peccando. talis dilectio suffeciſſet p̄o peccato suo remittēdo ⁊ fuisset satisfactum. ⁊ tunc ꝓpositio illa est falsa q debuit offerre deo aliqd maius omni eo p̄o quo peccare nō debuerat. sed sicut ꝓ amore creature vt obiecti diligibilis nō debuit peccare ita satisfaciendo debuit offerre deo aliqd maius attingendo per actū obiectiue q̄z sit creatura. s. amorem attingentem deuz ꝓpter se. ⁊ ille amor obiectiue vt terminaf in deum excedit amorem creature sicut deus creaturam. Unde sicut peccauit per amorem ignobilioris obiecti in infinitum. ita debuit satisfacere per amorem nobilioris in infinitum. ⁊ hoc suffeciſſet saltē de possibili. Dico igiē q amoris actus quem offerre debet satisfaciendo debet excedere amorem cuiuscūq̄z creature. qō verum est. ⁊ diligere obiectum nobilius satisfaciendo q̄z dilexerit peccando. tamen ille actus quo cōuertor ad deuz per amorem in sua formali ratione non est maior oi creatura. nec etiam amor christi creatus quo dilexit deum fuit talis. Unde ipse vult omnino infinitatez habere vbi nō est ex formali ratione rei.

Contra illud quod dicit in 3° articulo q nullus

nisi homo debuit satisfacere. hoc non videt absolute necessarium. q; vnus qui non est debitor potest satisfacere pro alio sicut p alio orare. Vñ sicut xps hō innocēs ñ debitor satisfec. sic si placuiss3 deo potuit vn9 bon9 angelus satisfecisse offerēdo aliqd placitū deo p nobis q; ipse acceptasset p oib9 pctis. q; tñ valet oē creatū oblatū p quāto de9 acceptat illud 7 nō plus sicut supra dictū ē. Preterea vn9 pur9 hō potuiss3 satisfacere p oibus si fuisset ꝓcept9 sine pctō sicut potuisset de possibili opatione spūs sci 7 mris 7 nat9 fuiss3 sicut fuit xps 7 de9 dedisset sibi summā grām quā potuisset recipe sicut dedit xpo sine meritis p̄cedētibus ex liberalitate sua. talis enim potuisset mereri delectionē pctī sicut 7 btitudinē. Et cū dicit q; tūc obligaremur ei tātum quātū deo. q; totū qđ ille haberet erat a deo. obligaremur tñ multū sibi sicut obligamur btē virgini 7 alijs scis qui meruerūt p nobis. semp tñ finaliter 7 sūme deo tanq3 ei a quo alior bona procedunt

Preterea videt de possibili. dico q; glibet pōt satisfacere p se. q; si data fuisset cuilibet boi ꝑma grā sine meritis sicut mō lz glibet sit filius ire cuilibet tamen dat ꝑmam grām sine meritis pprijs. 7 tūc meretur beatitudinē. igitur potuit etiā meruisse deletionem culpe.

Tunc ad quēstionem dico q; oīa huiusmōi que facta sunt a xpo circa redemptionē nr̄am nō fuerunt necessaria nisi p̄supposita ordinatione diuina q̄ sic ordinauit fieri. 7 tūc tñ necessitate ꝯñe necessariū fuit xpm pati sed totū fuit ꝓtingēs simplr 7 añs 7 ꝯñs Vñ credēdum est q; ille hō passus ē ppter iustitiam vidit enim mala iudeor que fecerāt 7 quomodo inordinata affectione 7 distorta afficiebant ad legem suā. nec pmittebāt boies curari in sabbato. 7 tñ extrahebāt oue vel bouē de puteo in sabbato. 7 multa alia Xps igit volēs eos ab errore illo reuocare per opa 7 sermones maluit mori q3 tacere. q; tūc erat vitas dicēda iudeis dicēdo eis vitatē ꝯ vota eor iniusta. 7 iō p iustitia mortuus ē. tñ de facto sui grā libere passionem suā ordinauit 7 obtulit se pri p nobis. 7 ideo mltum tenemur ei. ex quo enim aliter potuisset hō redimi. 7 tñ ex libera sua volūtate sic redemit multum ei tenemur. 7 amplius q3 si sic necessario 7 nō aliter potuissem9 fuisse redēpti. ideo ad aliciēdū nos ad amorem suum vt credo hoc p̄cipue fecit. 7 q; voluit hominē amplius teneri deo. sicut si aliqs genuisset primo hoiem 7 postea instruxisset eū in disciplina 7 scita te amplius obligaret ei q3 si tñ genuisset eum. sed si quis aliū genuisset 7 alius si fecisset alia nō teneretur genit9 tñ generāti sicut si fecisset sibi vtraq;. 7 hec est ꝯgruitas nō necessitas. Si aūt volum9 saluare Anſ. dicam9 q; oēs rōnes sue p̄cedūt suppositā ordinatione diuina que sic ordinauit hoiem redimi. 7 sic videtur p̄cedere ita q; de9 ex p̄ordinatione eterna q̄ p̄ordinauit nō voluit acceptare aliqd p redēptione hominuz nisi mortē filij sui. nulla tñ necessitate fuit absoluta. Unde in ps. Copiosa apud eum redēptio.

Ad primum p̄ncipale ꝑm Apl'm. 11. ad Cor. Muq3 angelos appre hēdit sed semē Abrahe. tūc dico q; arm illud ē bonuz. sicut mortale ꝯ illos q; ponūt angelos singulos in singulis spēbus. sed ista credo falsū. iō nō cecidit aliq̄ spēs angelica tota. lz forte de q̄libet spē ceciderit aliquis. tūc teneo illā rñsionē. q; q; tota spēs humana cecidit ideo magis debuit reparari. Alia ēt rñsio ibi data sumit ab Anſ. iō pōt ēt valere. q; hō peccauit suggestione dyaboli q̄ fuit alteri9 rōnis 7 suggestiōe vtōris 7 forte nō ita efficaciſ fecit angelus. q; lz aliq̄ tētatio fuit alijs ruina luciferi. tñ nō ita efficax sicut homis a dyabolo. Ad 2m p̄cedo absolute q; p bonū velle po

tuit satisfeciſſe ſz tñ aliter voluit. Et cū dicis q; actus sunt laudabiliores passionib9. dico q; verū ē loquēdo de actu virtutis q̄ distinguit ꝯ passionē que non accidit ex virtute. 7 sic loquit' pbs. tñ passiones penales 7 maxime mors q̄ est ex actu virtutis accepta separatim est laudabilior q3 act9 virtutis circa delectabile. Vñ act9 virtutis circa tristabile est magis meritorius q3 act9 vtutis circa delectabile. 7 passiones volūtarie comitātes actū vtutis simlr accepte sūt magis meritorie q3 act9 tñ. Vñ Saluator de Paulo dixit. Ostēdā ei quāta oporteat eū pati. nō dixit quāta oportuit eū agere. Nō g; xps voluit sic pati p̄cessit ex amore intēso finis 7 nr̄i quo dilexit nos ꝑ ꝑ deū. Ad aliud cū dr̄ q; minima lesio ist9 psone fuit maior malū q3 oia pcta. ſ. pbat ꝓpositū. s. q; alr potuiss3 redimē q3 p mortē. dico tñ q; lesio illa valuisset tñ p quāto fuiss3 accepta. Ad aliud dico q; pctñ occidentium xpm potuit redimi. tñ Anſ. dicit. i 5. c. 2. q; nō potuerūt cuz sciēter occidisse. ſ tñ nō credo. sed credo q; lz scissēt eū deū p vnionē adhuc potuissēt eū occidisse. 7 si hoc fecissent adhuc eor pctñ fuisset remediabile p passionē xpi q; plus dilexit de9 illā passionē acceptādo. q3 odisset eor malū. vñ nō potuerūt hēre actū tā difformem in malitia sicut fuit bon9 bonitati moraliſ actus volūtatis quo xps voluit pati. q; act9 ille habuit bonitatē. nō solū ex potētia volitiua sz ex sūma charitate q̄ voluit mori 7 aliquō ex illa psona. sed act9 aliorū malus nō habuit tātā malitiā ex habitu p̄cedēte ordinato. Et qđ apls dicit q; si cognouissēt nunq3 dñm glie crucifixissent loquit' nō de iudeis sz de p̄cipibus mūdi. ſ. de demonib9. q; si scissent eū eē verū deuz nō instigassēt hoies ad ei9 mortē. 7 hoc ppter bonum secuturū ex morte. ſ. redēptionē hois. qđ bonuz nolebāt accidere. Vñ ꝑmo qñ ignorauerūt hoc instigauerūt iudeos ad mortē. postq3 vo sciuerūt ipm eē verū deū psuaserūt ꝯria. vñ vxor pylati misit ad eū dicens Nichil tibi 7 iusto illi multa enim passa sū ista nocte in visu ppter eū. bñ tñ voluissent ipm mori sine redemptione humani generis si fieri potuisset.

Ista est distinctio. xx. huius tertij libri. In qua magister postq3 egit de passione christi in quantum est malorum nostror remotiua. Agit singulariter de eius congruentia. Et tria facit. Primo assignat causam passionis congruentem. Secō causam ipsius efficientem. Tertio remouet dubitationem incidentem. Primum vsq; ibi. Christus ergo est sacerdos. Secūdum vsq; ibi. Cum igitur passio xpi. Tertium vsq; ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionib9 quarum ꝑma est. Quāuis deus aliomodo potuisset hominem q3 per xpi mortem redemisse. ſ. per omnipotentiam. modus tamen fiendi per mortē xpi maiorem habuit congruentiam. Hāc magister ponens querit. Utrum deus per alium modum potuerat genus humanum redemisse q3 per mortem xpi. Et respondet q; sic. sed iste modus quo liberauit ipsum fuit cōgruentior. qđ ostendit ex duobus. Primo ex nostra voluntate. Nam per hoc q; nos redemit p mortem filij sui mens nostra in deum magis dirigitur 7 ad ipsius amorē magis excitatur. Secūdo ostendit idem ex dei iustitia. Nam deus iuste permisit hoiez a dyabolo possideri. cum igitur non videatur cōgruum q; deus per potentiam hoc infringeret qđ iustitia mediante permisit. cōuenientius apparet q; dyabolum in assūpta humanitate superaret q3 q; alio modo. videlicet per potentiam de ipsius manu liberaret Qualiter autem per iustitiam hoiem de ipsius manu liberauit hoc declarat dicens. q; quia dyabolus christum occidit in quo nulla causa mortis reperta fuit. ideo iustum fuit: vt dyabolus perderet suam

ptãtem ſuper oẽs in xp̃m credentes. Et ſubdit q̃ ſi de⁹ p potẽtiã ⁊ nõ iuſtitiã vt p̃mittẽ humanũ gen⁹ ỏ manu dyaboli abſtuliſſz nulli in hoc iniuria illata fu iſſet, q⁹ erquo tã hõ liberãdus q̃z dyabolus ipz tenẽs ſub dei ptãte erãt ꝓſtituti. De⁹ ſine cuiuſcũqz iniuria ſolo p̃cepto hoiem potuiſſet de manu dyaboli libaſ-ſe, poti⁹ tñ voluit libare ipſũ p iuſtitiã ,ppter cãs poſi tas. Scõa ,ppõ ẽ hec. ¶Paſſionis xp̃i op⁹ tã xp̃i q̃z in-deox exñs ẽ nr̃e redẽptionis cã efficiẽs. ¶Hanc magr̃ ponẽs dicit q̃ xp̃s qui ſe obtulit hoſtiã ⁊ p̃ciũ redẽptõ nis nr̃e fuit cã efficiẽs ⁊ auctor nr̃e ꝑciliationiſ. ⁊ hoc q̃ztũ ad oẽs quo ad ſufficiẽtiã. ſed ſolũ q̃ztũ ad electoſ quo ad efficiẽtiã. q⁹ nõ oẽs ſz tñ electi finalẽ paſſiõis xp̃i fructũ recipiũt. Et ſubdit q̃ xp̃s q̃druplr traditus fuit. ſ. a ſeipſo, a p̃e, a iuda, a iudeis. Diuerſimode tñ a ſeipſo ⁊ a p̃e ex charitate, Judas aũt ⁊ iudei tra diderũt ipm ex malitia ⁊ iniqtate. Uñ ifert q̃ paſſio xp̃i fuit opus dei ⁊ iudeox. Dei qdẽ. q⁹ a deo volẽte ⁊ ipſo ei⁹ auctore facta ẽ. Judeox vo. q⁹ ex ipſox acti b⁹ ꝓſecuta ẽ qõ vlteri⁹ ꝓfirmat aũcte b. Aug. Tertia ,ppõ ẽ hec. Quãuis iudei xp̃m occidẽdo q̃ztũ ad op⁹ opatũ bonũ fecerũt. tñ quantũ ad op⁹ opans peſſime egerũt. ¶Hãc magr̃ ponẽs mouet dubiũ tale. Cũ paſ-ſio xp̃i vt dictũ eſt ſit op⁹ dei. ⁊ p ꝓns bonũ. Utruz ex hoc opuſ iude ⁊ iudeox q eandẽ paſſionẽ opati ſũt eti az debeat dici bonũ. Et rñdet q̃ habito reſpectu ad op⁹ opatũ. ſ. ad ipaz paſſionẽ opati ſunt bonũ. Sz ha bito reſpectu ad opus opans. ſ. intẽtionẽ qua hoc fe-cerunt operati ſunt malũ. Et tñ in ſpeciali.

Si in chriſto diuiſio in morte fuit anie vel carnis a verbo,

Di. 21.

Oſt predicta con/

p

ſiderandum eſt vtrũ in mor-te a verbo ſit ſeparata anima. vel caro. Quidam putauerũt carnem ſicut ab anima ita a diuinitate in mor te fuiſſe diuiſam. Si enim inquiũt anima me dia diuinitas ſibi carnem vniuit ſicut ſuperi-us pretaratum eſt. ergo quando diuiſa eſt ca-ro ab anima diuiſa eſt etiam a diuinitate quia non potuit ab anima ſeiungi per quaz verbo erat vnita quin a verbo diuideretur. Fuit au tem diuiſa ab anima in morte. alioquin vera mors ibi non fuiſſet. Quia vt ait Auguſtin⁹ ¶Mors quaz timent homines ſeparatio ẽ aie a carne. ¶Mors autem quam non timent ſepa ratio eſt anie a deo. Atraq̃ vero dyaboli ſua ſu homini ꝓpinata eſt. Si ergo in .chriſto ho mine vera mors fuit diuiſa eſt ibi anima a car ne. ac per hoc diuinitas a carne. ¶Huic ſue pro babilitati addunt auctoritatis teſtimonium. Ambro. enim tractans de xp̃i derelictione q̃ in cruce voce magna clamans dixit. Deus de us meus vt quid me dereliquiſti ait. Clamat homo ſeparatione diuinitatis mortuus. Hã cum diuinitas mortis libera ſit. vtiq̃ mors ibi eſſe non poterat niſi vita diſcederet q⁹ vita diuinitas eſt. ¶Hic videtur tradi q̃ diuinitas ſeparata ſit in morte ab homine que niſi diſceſ ſiſſet homo ille mori non poſſet. Quod illi ad carnem referunt quam dicũt a deo ſeparatam

Opinio quorun-dã aſſe-rẽtiũ car nẽ a dei tate di-uiſam,

Aug. ſr̃ ps. 17.

Aucte i ducunt Ambr. i expõe.

Quibus reſpondemus illam ſeparationez ſic eẽ accipiendam. ſicut intelligitur derelictio que illis verbis ſignificatur. Ut quid me dere liquiſti. Quomodo ergo chriſtus derelictus erat a patre cum in cruce derelictum ſe clama bat. ¶Non receſſerat deus ab homine ita q̃ eẽt ſoluta vnio dei ⁊ hominis. Alioquin fuit q̃dam tempus quando chriſtus adhuc viuus homo erat ⁊ non deus. q⁹ adhuc viuus ſe de relictum clamabat non dereliquendum. Si q̃ illa derelictio vnionis intelligatur ſolutio an te facta fuit ſolutio dei ⁊ hominis q̃ chriſtus mortuus eẽt. Sed quis hoc dicat. Fateamur ergo deum quodãmodo illum hominem in morte deſeruiſſe. q⁹ poteſtati perſequentium eum expoſuit ad tempus non ſuam potentiã exercendo illum defendit vt non moreretur. Separauit ſe diuinitas q⁹ ſubtraxit protectio nem ſed non ſoluit ſe. Separauit ſe foris vt ñ adeſſet ad defenſionem ſed non intus defuit ad vnionem. Si non ibi cohibuiſſet potenti am ſed exercuiſſet. non moreretur chriſtus. ¶Mortuus eſt chriſtus diuinitate recedente. ideſt effectum potentie defendendo non exhi bente. ¶Hiceſt hyrcus apopompeyus qui al-tero hyrco immolato in ſolitudinem mitteba tur vt legitur in leuitico. Duo enim hyrci hu manitas ⁊ diuinitas chriſti intelligunt. ¶Hu manitate ergo immolata diuinitas chriſti in ſolitudinez abiit. ideſt in celum. Unde Eſici us. In ſolitudinem. ideſt in celum tẽpore paſ ſionis diuinitas abiiſſe dicitur non locuz mu tans ſed quodammodo virtutem cohibens. vt poſſent impii conſummare paſſionẽ. Abi it ergo. i. virtutem cohibuit ⁊ portauit iniqui tates noſtras non vt haberet ſed vt conſume ret deus enim ignis cobſumens eſt. Ex his ſatis oſtenditur premiſſa verba Ambroſii ſic eẽ accipienda vt predixim⁹.

Rñſio.

Aliam inducunt auctoritatem.

Alii quoq̃ auctoritati in/

nituntur qui aſſerunt diuinitatem in morte receſſiſſe ab homine ſcõm carnem. Ait enim Athana. ¶Baldictus qui totum hominem quem aſſumpſit dei filius denuo aſſumptum vel liberatum tertia die a mortuis reſurrexiſ-ſe non confitetur. fiat fiat. Si inquiunt denuo aſſumptus eſt homo in reſurrectione quem aſſumpſerat in incarnatiõe. depoſuit ergo eũ in morte. ſeparata ergo fuit diuinitas in mor te ab humanitate. Quibus reſpondemus q̃ ſi in his verbis aſſumptio talis intelliga-tur quid fit ſm vnionem non carnem tãtum ſed totum hominem. i. animaz⁹ carnẽ ỏnuo ſibi vniuit in reſurrectione. quia nõ ſimplici-ter hominẽ ſed totum hoiem aſſumptũ dicit

Athan.

Qualiſ ỏ hacau ctorita-te argu-mẽtãdo ꝓcedũt Rñſio.

Totum ergo hoiem in morte deposuit.i.animam ⁊ carnē. Sed qs nisi hostis veritatis dicat animā a verbo depositam. Et tñ nisi hoc fateātur qꝫ totus hō sit assumptus nō pro eis facit illa auctoritas que totum dicit assumptū

Determiatio auctis.

Sciendū est ergo athanasiū id dixisse ꝓtra illorū perfidiaz qui resurrectionē xp̄i negabāt putantes in morte detineri eum qui solus inter mortuos liber est. Ideo illum maledicit q non cōfitetur totum hoiem denuo assumptū resurrexisse.i.xp̄m aīam denuo corpori cōiunxisse.⁊ in illis duobus denuo coniunctis i resurrectione vere ſm hominē vixisse sicut ante mortem. Nam in morte separata est anima a carne. Unde vere dicitur xp̄s mortuꝰ.ſz neutrum separatum est a verbo dei.

Auctoritatibus astruit a verbo carnem in morte non esse diuisam.

Sicut augu. super Joānez

docet tractans illud dñi verbum. Ego pono animam meā vt iterū sumam eā. Nemo tollit eam a me. sed ego ponā eam. a meipso potestatē hēo ponēdi eam ⁊ iterū sumēdi eā. Dic animā dicit emissam. A quo emissa est a seipa nō est emissa. qz seipsam nō posuit. nec verbū aīam posuit vel carnē. Caro ergo aīam posuit. sed potestate in se manētis deitatis. Dotētia ergo deitatis anima diuisa ē a carne. ſz neutrū a v̄bo dei. Añ Aug. Uerbū ex quo suscepit hominē.i. carnē ⁊ animā nunq̄ deposuit animā vt eēt aīa a verbo separata. sed caro posuit animā quādo expirauit qua redeūte surrexit. Mors ergo ad tēpus carnem ⁊ animaz separauit. sed neutrum a v̄bo dei. Caro ergo ponit ⁊ sumit aīam nō ptāte sua sed potestate inhabitantis carnem deitatis. Dic euidenter traditur nec animam nec carnē a verbo dei in morte eē diuisam. vt aliquo modo soluta fuerit vnio. Unde Augu. contra felicianum. Ab

Aug. super Jo.

sit vt xp̄s sic senserit mortem vt quātum in se est vita vitam perdiderit. Si enim hoc ita esset vite fons aruisset. Sensit ergo mortē participatione humani affectus quē sponte susceperat nō nature sue perdidit poētiam per quam cuncta viuificat. Sic in sepulchro xp̄s carnez suam cōmoriendo nō deseruit. sicut in vtero virginis cōnascendo cōformauit. Mortuus est ergo descendente vita. sicut passus est nō p eunte potentia nemo tollit animā eius ab eo. qz potestatez hz ponēdi ⁊ sumēdi. Ecce ⁊ hic habes xp̄m nō deseruisse carnem in morte. et vitam nō discessisse a mortuo. ⁊ qꝫ sponte tradidit spūm nō alius extorsit. Unde Ambroꝰ Emisit xp̄s spiritum. ⁊ tamen quasi arbiter euruendi suspendēdiq̄ corporis. Emisit spūm: non amisit. pendebat in cruce ⁊ omnia cōmouebat. Sed vnde emisit. ex carne: quo emisit.

Ambr. in li. 3. ō spū scō.

ad patrem.

Qua ratione xp̄s dicit mortuꝰ ⁊ passus.

Recedēte vero anima mor

tua est xp̄i caro. ⁊ qz caro mortua est mortuus est xp̄s. Sicut enim mortuus dicitur deus qñ mortuus est homo. ita mortuus homo dicit qñ mortua est caro. Separatio anime mors carnis fuit. Propter carnē ergo vnitam verbo que mortua est dicitur deus mortuus. ⁊ pter carnem ⁊ animam que vtraq̄ dolorem sensit dicitur deus passus cum diuinitas omnis doloris expers existeret. Unde Aug. Uerbum caro factum est. vt per carnem panis celestis ad infantes transiret. ⁊ ſm hoc ipsum v̄bum crucifixum est. sed non est mutatus in bonum hominem homo in illo mutatus est vt melior fieret q̄ erat. Per illud ergo qđ hō erat mortuus est deus. ⁊ per illud qꝫ deus erat homo excitatus est ⁊ resurrexit. Quicquid passus ē homo. non potest dici non passus est deus. qñ deus erat homo. Quomodo potes dicere te non passum iniuriam si vestis tua conscindatur. q̄uis vestis tua non sis tu. Multomagis ergo quicqd patitur caro vnita verbo debebat dici deus pati ſz verbuz nec mori nec corrumpi nec mutari potuerit. Sz quicquid horum passus est in carne passus est. De hoc etiam Ambro. in li. tertio de spiritu sancto ait. Quod verbi caro patiebatur manens in carne verbum in se pro corporis assumptione referebat vt pati diceretur. qz caro patiebatur. sicut scriptum est. Christo in carne passo. Dic docetur qua ratiōe deus vel dei filius passus vel mortuus dicitur. non qz mortem senserit inquantum deus est. sed qz caro ei vnita mortua est. Secūdum quam rationem dicit Augu. Siquis dixerit atq̄ crediderit filium dei deum passum anathema sit. Cuius dicti causam ex qua intelligentia sumenda est aperiēs. in eodem subdit. Siquis dixerit qꝫ in passione dolorem sentiebat filius dei deus ⁊ non caro tantum cum anima quaz sibi acceperat anathema sit. Sane ergo dici potest qꝫ mortuꝰ est deus ⁊ non mortuus. passus est dei filius ⁊ ñ passus. Spūs sca est tertia persona ⁊ non passa. crucifixum est verbum ⁊ non crucifixum. sed ſm alteram naturam passus est ſm alteraz impassibilis. Unde Ambrosius. Generalis ista est fides. quia christus est dei filius ⁊ natus ex virgine quem quasi gigantem propheta describit. eo qꝫ biformis gemineq̄z nature vnus sit consors diuinitatis ⁊ corporis. Idem ergo patiebatur ⁊ non patiebatur. moriebatur ⁊ non moriebatur. sepeliebatur ⁊ non sepeliebatur. resurgebat ⁊ non resurgebat. Resurgebat ſm carnem que mortua erat. non scđm v̄buz quod apud deum semper manebat.

Ambr. super Lu. per ꝑs.

Ambr. li. 3. de spū scō.

Jrca illam. 21. di. in qua magister agit ō statu rpi in morte ⁊ de ꝓsequētibus corp⁹ rpi post separationē aie. Querit vnum. vtrū. s. corpus rpi fuisset putrefactum si resurrectio nō fuisz accelerata. q sic. natura nō incipit motū quem terminare nō pōt. 2. metha. ⁊. 6, phisi. in fine. terminus aūt corruptiōis mixti viuētis est putrefactio ſm phm. 4. methau. sz natura incipit illā in separatione anime a corpore. illa enim separatio est inchoatio ad putrefactionem ⁊ resolutionē in elemēta sicut pz in alijs hoibus. ergo videt q corpus fuisset putrefactū si resurrectio nō fuisset accelerata. Preterea xps assumpsit passiones nāe humane viuētis ſm Dam. 66. Totū hominem ⁊ oia que sunt hois assumpsit ꝓter pcm. s. esuriem: sitim: laborē: dolorē: lachrymas: corruptionez mortis agoniā: timorem: ⁊ talia que vniuersaliter insunt homini. oia enim assumpsit vt oia sanctificaret. hec ille. igit per eādem rōnem assumpsit passiones nature mortue que nāliter oibus insunt, talis passio ē putrefactio ⁊ resolutio. ergo. Cōtra in psal. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Ad questionem istaz respondet, b quolibet. 12 q. 12. q aliquid est futurū quo ad cās nāles si nō phiberet sed dimittit sue cālitati, qō tm non est futurum nec euenire poterit ꝓpter cām supiorem ꝓhibentez cās nāles inferiores suā cālitatē exercere. Et iō simpliciter illud dicendū est esse futurū qō est futuruz ſz cām superiorez vincētez. nō autē q eet futurū ſm causas inferiores si sue causalitati relinquerent. Exēplū de hoc ponit Esaie. 38. de Ezechia cui Esaias nūciauit mortē. ⁊ mortuus fuisset nālit ſz cās inferiores: sz tamē deus ab eterno vidit oīonem suā ⁊ deuotionez ⁊ lachrymas. ideo ꝓhibuit cālitatē cārum inferiorū ⁊ vltra terminū nālē addidit sibi. 15. annos vt patz vbi supra. sic dicūt in ꝓposito ⁊ totū bene vsqz huc q corpus rpi in morte fuisset putrefactum quātuz ē ex parte cārū inferior naturaliū si nō fuisset ꝓhibite. qz hab uit cām intrinsecā resolutionis. s. calorē ⁊ humorem ⁊ extrinsecā sicut alia corpora. s. calorē frigus et talia: quarū cālitatē prohibuit deus ⁊ ꝓhibuisset etiam si corpus illud non fuisset viuificatū vsqz ad generalē resurrectionē. et q illud dicēdū est esse simpliciter futurū qō futuruz est ſm cās supiores vincētes cālitatē inferior cārum quātū in eis esset. ideo simpliciter dicēdum est q illud corpus nunqz fuisset putrefactum, ⁊ ſm illam viā tenēdum est ⁊ vere q etiam illa sunt simplr possibilia que sunt possibilia sedz cām superiorē nō aūt que ſm inferiorē nisi ſm quid. vsqz huc bene dictū est. Sed vltra quomodo fuisset corpus illud ꝑseruatū a corruptione ⁊ resolutione in elementa. dicit q per miraculū nō quidē nouum sed antiquū quo. s. illud corpus rpi fuit vnitū ꝑmo vbo indissolubiliter ſm Dam. li. 3. c. 3. vel. 49. ſz aliam cotationez. Contra ꝓbo q hoc fuit nouo miraculo, q naturaliter actiuo approximato naturaliter passiuo nō impediris per cām nālem impediētem: actiuz nāliter agit in passiuū, ⁊ passiuū naturalit patitur. ⁊ si impediat eius actio ꝑ cām supernālē. ℔ erit per miraculū nouū, sicut pz de igne triū pueroruz in Daniel. sed corpus rpi in morte fuit nāliter passibile ⁊ resolubile q nō fuit gl'iosum, ꝓstat nec illa vnguēta. s. myrrha ⁊ aloes ꝓhibuissent semp resolutionez qn aliqñ alteratio fuisset inchoata ⁊ terminata lz nō ita cito sicut si nō fuisset corpus illud vnctū ⁊ habuisset sibi approximatū actiuū nāle intrinsecū ⁊ extrinsecum nō impedita per aliā cām supiorem. igit si corpus illud nō fuisset aliquādo resolutū hoc fuisset nouo

miraculo. Sed dices q argumētū bñ ꝓbat q per miraculū sed nō per nouū. Contra vbum antiquo miraculo quo ꝑmo sibi vnivit corpus illud nō impediuit passionē corporis sui aīati. q: stāte illo miraculo corpus illud patit clauationē: lanceationē ⁊ mortē immo si impediuisset illius passibilitatē erquo corpus erat passibile hoc fuisset necessario nouo miraculo: erquo per antiquū non fuit ꝓhibitū. ergo eodez modo si ꝓhibuisset sicut ꝓhibuit resolutionē corporis sui. ex quo fuit resolubile hoc fuit nouo miraculo non antiquo. Preterea duplex est ꝓcessus nature vnus quo ab imperfecto tēdit ⁊ ꝓficit in pfectum. ⁊ hec est via generationis. alius quo a pfecto deficit ⁊ tendit in imperfectū. ⁊ hec est via corruptionis in ꝑmo ꝓcessu pz q in seminaliter generatis natura incipit a semine ⁊ alterādo inducit sanguinē. ⁊ vltra per alterationē ducit sanguinē in carnem ⁊ ossa. ⁊ hoc in organizationē ⁊ figurā ꝓuenientē anie. Si ergo xps vniuisset sibi nām ita q nā habuisset cursum suū. sz q ꝑmo vniuisset sibi sanguinē. ⁊ mediante sanguine successiue carnē. ⁊ mediāte carne carnē organizataz si sic fecisset tūc non impediuisset cursum nāe successium nisi per nouū miraculū aliud ab illo quo primo vniuit sibi sanguinē. quia illo stāte potuit natura hēre cursum suum. ideo si cursus impediret hoc eēt necessario nouo miraculo. eodē modo opz dicere dē ꝓcessu naturali defectiuo. quia nō obstāte ꝑmo miraculo quo corpus fuit vnitū vbo fuisset corpus naturaliter putrefactū nisi alio miraculo fuisset ꝑseruatum

Preterea diuinitas in carne viua non ꝓhibuisz fluruz carnis per sudores ⁊ labores nō obstante ꝑma vnione nisi fecisset nouū miraculū. igitur nec resolutionem corporis mortui nisi in nouo miraculo. Hec dictum Dam. facit ꝓ eo. non enim loquit de vnione corporis ad suppositum. sed vnione duarū naturarū in supposito qō expresse patet per verba sua. dicit enim sic in trāslatione Licon. inuertibiliter ⁊ inalterabiliter vnite sibiuicē nature. neqz natura diuina ereūte a ꝓpria simplicitate, neqz vtiqz humana: vertēte in diuinitatis nām illa igit aduerbia inalterabiliter ⁊ inuertibiliter nō referunt ad corp⁹ ⁊ suppositū sed ad istas duas naturas q: vult q neutra versa est in aliā. sed mānserūt distincte in supposito. Si referr ad idepositionē nature a supposito ita q nunqz dimiserit qō assūpsit. ⁊ hoc per antiquū miraculum. tūc antiquo miraculo semp ꝑseruasset vnionē partium nāe humane. s. anima cuz corpore. ⁊ si vnqz fuerunt separata sicut fuerūt: tūc opz dicere q nouo miraculo fuit mortuus. erquo enim antiquo miraculo fuit mortuus. nisi non superuenisset aliud semp fuissent partes inter se vnite sicut fuerunt in vbo: segtur erquo fuerūt separate q hoc fuit nouo miraculo.

Tunc dico cum eo in ꝑmo. non autem in secundo Sed nouo miraculo fuit corpus ꝑseruatum a putrefactione ita q alia volitione ſm rōnem voluit corp⁹ vniri vbo. ⁊ alia corpus ꝑseruari a resolutione impedien do actiones cārū nālium. ⁊ nō ponit aliud ꝓ miraculo nisi alia volitio ſm aliā ⁊ aliā rōnem respectu diuersoz obiectoz. ⁊ ſm illā viā plus valet rō beati Petri qua probauit corpus eius nō eē putrefactum q: ita cito accelerauit resurrectionē. Quātū autez ad depositionē ꝓ verbo Dam. dico q xps nunquā aliquā ꝑncipaliū partium deposuit. sed semp vtraqz fuit sibi vnita in morte, tñ lz partes manerēt vnite verbo nō tñ inter se. ⁊ ſm hoc pōt dici deposuisse qō assumpsit q: assumpsit totā nām vnitā ⁊ integratam ex partibus ⁊ in morte talis natura non sic fuit vnita ⁊ integrata ex partibus: sicut erat quando fuit assumpta.

Ad primum principale dico q̄ maior est vera si natura nō ꝓhiberet a fortiori agēte: sed de⁹ voluit inchoare motū illū ꝓ separationē aīe q̄ consonabat effectui redēptionis: nō aūt voluit illū terminari per putrefactionē corporis: quia talis putrefactio nullo mō nobis fuisset ꝓficua. q̄ nō meritoria. ℣Per idē ad 2ᵐ q̄ assumpsit passiōēs nature viuētis: qa illis nobis meruit: sed non nature mortue cuiusmodi est putrefactio: nō quin posset putrefieri si non ꝓhiberet ꝓ nouum miraculū. sed hoc ꝓhibet ꝓpter cōmodum nostr̄: qa putrefactio nihil nobis valuisset: nec fuit decēs: imo fuisset cā erroris ⁊ incredulitatis resurrectiōis eius. Ad illud psal. in oppositū. ℣Non dabis sanctū tuum vi. c. verū est de facto. quia sicut volūtate eterna voluit corp⁹ illud vniri verbo q̄d fuit miraculū: ita ēt voluit q̄ illud corpus tam animatum nō putrefieret. etiā si resurrectio fuisset ꝓlongata. ⁊ ēt ne in illo triduo inchoaret: bene. n. fuisset ibi aliqua ichoatio resolutiōis nō obstātib⁹ illis vnguētis nisi fuisset nouū miraculum. Ad damas. eodem modo dicendum est.

